Francis Pigott –
1837.

261

with J. Chapman's

best wishes

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΚΕΤΙΔΕΣ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ

ΚΑΙ

Η ΕΝ ΤΑΥΡΟΙΣ.

EURIPIDIS

SUPPLICES MULIERES

IPHIGENIA IN AULIDE

ET

IN TAURIS

CUM

NOTIS JER. MARKLANDI INTEGRIS

ET ALIORUM SELECTIS.

ACCEDUNT

DE GRÆCORUM QUINTA DECLINATIONE IMPARISYLLABICA ET INDE FORMATA LATINORUM TERTIA QUÆSTIO GRAMMATICA,

EXPLICATIONES VETERUM ALIQUOT AUCTORUM,

EPISTOLÆ QUÆDAM AD D'ORVILLIUM DATÆ,

CUM

INDICIBUS NECESSARIIS.

OXONII:

Sumptibus J. Cooke et J. Parker; et J. Mackinlay, Londini.

1811.

Excudebant Collingwood et Socii, Oxonii.

TIBERIO HEMSTERHUSIO

ET

PETRO WESSELINGIO

VIRIS DOCTISSIMIS,

ET SUMME INTER SE AMICIS.

PETIT a vobis hujus Dramatis Commentator, ut sine offensa sibi licuerit vestra nomina, πρόσωπον τηλαυγὲς, FABULÆ præfixisse; in observantiæ tamen non fictæ, verique affectus testimonium, ab extero homine, et vobis ignoto, profectum.

Non quod ob eruditionem, in qua tamen neminem superiorem habetis, beatos vos et prædicandos existimat; neque ob judicium, quod in vobis pari passu cum eruditione incedit: ea parvi æstimat præ amabilibus istis animi dotibus, quæ non nisi *veræ* eruditionis, et *recti* judicii fructus sunt effectusque, *Modestia*, *Candore*, et *Humanitate*: quibus vos præditi, omnibus hominibus prodesse cupitis, neminem læditis; ne obloquio quidem, usitato isto literarum hodiernarum condimento. Sit anima mea vobiscum!

Quo enim eruditionis nomen, si barbarorum animos retineamus? Quo simulationem rei optimæ, si absit veritas? Quid prodest, si pro mitibus, probis, simplicibus, ingenuis, modestis, benevolis erga omnes homines, quales promittit *Literata Institutio;* ea nos dimittat feroces, maledicos, versutos, insolentes, malignos, implacabiles omnibus qui a nobis dissentire ausi fuerint, etiam in nugis? Mallem sane literas alphabeti nescire, quam hujusmodi esse literatum, etiam si ista conditio daretur, ut vos rerum cognitione exæquarem. Hanc enim morum pravitatem nulla doctrina pensare potest, non si *omnem noverimus scientiam, et linguis Hominum et Angelorum loquamur.* Enimvero res absurda est *Eruditio* sine *Bonis Moribus;* in quibus, cum primas partes teneant *Modestia* et *Humanitas,* si quis homo natus, his neglectis, in ista sibi placet, næ ille, quicunque sit, præpostere et stulte elegit, et τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος.

Longe aliter vos, revera eruditi, non ad famam hominum, neque ad speciem, compositi. Apud vos nihil illiberale, nihil ferox et truculentum: mitia omnia, modesta, ingenua; Concordiæ, Musis, et Humanitati convenientia. Quo fit, ut vestra disciplina exemplisque excitata patria juventus, ad æmulationem morum atque erudi-

tionis vestræ feliciter succreverit; et *Belgium Fœderatum*, quod alioquin Viris Doctissimis, adhuc viventibus, insigniter ornatum prius erat, in hoc genere nunc adeo floreat, ut (ne memorem quatuor viros præclaros, quos morte non ita pridem amisistis, Burmannum, Drakenborchium, Dorvillium, Piersonum) ex nulla gente, ut mihi videtur, tam illustris catalogus virorum omnis antiquitatis peritorum hoc tempore possit contexi, quam ex vestra parva regione. Utinam exemplum ad vicinos vestros, mari disjunctos, pertineret!

Quodcunque autem de nobis futurum sit, nihil certe gratius aut utilius omnibus qui Literas Humaniores amant, optare potest Auctor harum notarum, quam ut vos diutissime pergatis facere quod facitis! VALETE.

April. v°. MDCCLXIII.

LECTORI S.

HÆ notæ pleræque multis abhinc annis scriptæ erant. quas postquam scripsisset Auctor, nactus est hujus dramatis et utriusque Iphigeniæ collationem cum tribus codicibus ex Bibliotheca Regia Parisiensi, qui hic notantur literis A. B. C. Hæc omnia Editicni parata erant. Quum autem rure degens, valetudine infirmissima, et senectute jam ingruente, insuper observasset quanto in neglectu a plerisque fere haberetur lingua Græca et totum hoc literaturæ genus, studiis hominum alio, ut fit, conversis; maluit has notas non edere, et eas mihi donavit, qui exemplaria aliquot hujus dramatis et notarum edenda jam curavi. Addita sunt præcipua, quæ Viri eruditi in hanc Fabulam notarunt, quatenus ad notitiam Auctoris pervenerunt. Effeci quoque, ut opusculum De Græcorum Quinta Declinatione Imparisyllabica &c. Londini editum duobus abhinc annis, cujus exemplaria erant paucissima, denuo recusum, his subjiceretur. Absente Auctore, vicem ejus ad prelum suscepit Vir Doctissimus Joannes Jortinus S. T. P. cujus eruditæ curæ multum debere hanc Editionem profitetur Commentator. Ne fierent Indices, obstitit Auctoris oculorum infirmitas, et arthritis sævissima. Vale.

W. H.

DOCTISSIMO,

Et, quod longe præstantius est,

HUMANISSIMO VIRO,

WILHELMO HEBERDEN, M. D.

DEFERUNTUR HÆ NOTÆ IN EURIPIDIS UTRAMQUE IPHIGENIAM,

ARBITRATU EJUS VEL CREMANDÆ VEL IN PUBLICUM EMITTENDÆ:

EA TAMEN LEGE,

UT, SI EDITIONE DIGNÆ AB ILLO CENSEANTUR,

QUEMADMODUM OLIM JUDICAVIT IN SUPPLICIBUS,

EXSTET SIMUL HÆC PAGINA,

QUÆ TESTETUR ANIMUM MEMOREM BENEFICIORUM AB EO COLLATORUM IN ANNOTATOREM,

JER. MARKLAND.

LECTORI S.

J. MARKLANDUS.

NOLUI mutare quidquam in contextu sine Manuscriptorum auctoritate, nisi raro, et in locis de quibus dubitare, foret vel cæcum existimare Lectorem, vel malignum. Liberius egi in distinctionibus, et in versione, in qua mentem annotatoris fere potes perspicere. Quando locum non intellexi, monui, opinor, (certe volui,) et reliqui quod in Cantero et Barnesio interpretibus inveni. Ad hujus editionem, contextus et notæ plerumque exiguntur. Difficiliora in quibus nulla erat corrupti textus suspicio, rarius attigi, ne in molem nimiam hæ notæ, jam satis longæ, excederent. Uberiores scripseram, sicut in Supplicibus: sed omisi, ne doctioribus essem molestus, et Euripidem nimis onerarem. Multa sine dubio me fugerunt; in multis falsus fui. Collationes exemplarium Parisiensium cum utroque dramate, quæ notantur literis A. B. C.; et item * Oxoniensis cum Iphig. Taurica, debeo humanitati virorum eruditissimorum: istas, Samueli Musgrave, M. D.; hanc, Carolo Hall, S. T. P. Decano Bockingensi.

* Codex Oxoniensis est Editio Aldina cum MS. collata, quæ annum circiter 1805. Curatorum jussu e Bibliotheca Bodleiana in Collegium Wadhamense immigravit.

MONITUM.

MONENDUS es, amice lector, nos contextum a Marklando concinnatum plerumque secutos esse, nonnulla tamen, quæ in melius mutari poterant, haud illibenter correxisse; sed nunquam, ut speramus, sine idonea auctoritate. In notis Marklandi omnia integra dedimus ; ex Musgravio aliisque ea selegimus, quæ studiosæ Juventuti haud inutilia fore videbantur. Quum Iphigenia prior tertiam fere partem typis excusa esset, traditæ sunt nobis in manum notulæ quædam ex exemplari R. Porsoni Prof. Gr. Cantab. non ita pridem magno literarum nostrarum dispendio erepti, descriptæ; quas post versum 585 suis locis repositas invenies. Ceteræ petantur ex addendis.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ARGUMENTUM XYLANDRI.

Græcorum classis ad Trojam proficiscens in Aulide detinebatur, quod nullus ventus navigationem dabat. Calchas vates respondit Iphigeniam Agamemnonis filiam Dianæ immolandam : ita fore, ut ventus existat. Agamemnon domum mittit, accersitque Iphigeniam, Achilli se eam locaturum prætendens. Mater Clytæmnestra una venit. Sed, re comperta, acriter cum marito expostulat, Achillem quoque sibi adstipulantem habens. Iphigenia autem persuadet utrisque, ut ipsam pro salute Græciæ sinant immolari. Diana vero eam, cum esset mactanda, abripit, inque locum ejus cervam supponit. Scena Tragœdiæ est in Aulide. Chorus constat Aulidensibus (*Chalcidensibus*) mulieribus.

ΤΑ ΤΟΥ

ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΠΡΕΣΒΥΤΗΣ.

ΧΟΡΟΣ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ.

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ.

ΑΧΙΛΛΕΥΣ.

ΘΕΡΑΠΩΝ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Προλογίζει δὲ ὁ Ἀγαμέμνων.

ΘΕΡΑΠΩΝ] Hic idem est qui supra Πρεσβύτης appellatur, et qui in Scenam initio Fabulæ cum Agamemnone ingressus est. vide vers. 855. et seqq. Hinc colligere licet, has Tabulas *Dramatis personarum*, utcumque Antiquas, non tamen ab ipso Auctore his Fabulis præfixas fuisse. nam ipse Euripides non potuit tale παρόραμα admisisse.

ΑΓΓΕΛΟΣ] *Personæ Dramatis* collocari debent in Tabula personarum eodem ordine, quo in Scenam ingressæ sunt. Hic itaque Ἄγγελος poni debuit in Quinta sede, inter Μενέλαος et Κλυταίμνηστρα. Quod si hic Ἄγγελος, qui ultimo loco ponitur, diversus sit (uti videtur esse) ab eo *Nuncio* qui ingressus est supra ver. 414, debuit signari, ΕΤΕΡΟΣ ΑΓΓΕΛΟΣ, ALIUS NUNCIUS, quemadmodum fit in Nostri *Phœnissis*, *Hippolyto*, et *Bacchis*; et in Aristophanis *Acharnensibus* et *Avibus*.

ΕΥΡΙΠΙΔΟΥ

ΙΦΙΓΕΝΕΙΑ Η ΕΝ ΑΥΛΙΔΙ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

Ω ΠΡΕΣΒΥ, *δόμων τῶνδε πάροιθεν*
στεῖχε. ΠΡΕΣΒΥΣ. *στείχω. τί δὲ καινουργεῖς,*

Cl. Musgravius admodum probabiliter putat hujus Dramatis Prologum deperditum esse. Vide eum Exercit. in Eurip. 1, 8. p. 25. [Ex hac fabula Ælianus de Animal. VII. 29. duos versus cum dimidio citat, quos tantum abest, ut inter ea quæ supersunt, invenias, ut ne locum quidem, ubi commode exstare potuerunt. Ii sic se habent: *Ἔλαφον δ' Ἀχαιῶν χερσὶν ἐνθήσω φίλαις Κεροῦσσαν, ἣν σφάζοντες αὐχήσουσι σὴν Σφάζειν θυγατέρα.* Hæc dubitari non potest, quin a Diana enunciata sint; cujus Persona cum Prologo, in hac præsertim Tragœdia, convenientissima sit, versenturque hi versus, ut et multi apud Euripidem Prologi, in prædictione rerum futurarum, magna exinde oritur suspicio, fragmentum hoc ex vero Prologo, quem proinde nunc desideramus, desumtum esse. Accedit etiam, quod systema Anapæsticum nusquam alibi ab Euripide in initio Tragœdiæ positum sit: nam Rhesi quidem Prologus itidem intercidit, testante fabulæ Argumento, prout in MSS. exhibetur. Obstat tamen, quod Diana, cujus personæ unice accommodata est oratio, et Agamemnonem alloqui videatur, et eo sermone utatur, qui de summo rei exitu omnem et curam et dubitationem sustulisset. Verum isti scrupulo non magnam vim tribuo. Fieri enim potest, ut, quæ citat Ælianus, ad Agamemnonem vel absentem, vel non audientem, dicta sint; cujus rei cum multa exempla apud alios auctores, tum nonnulla apud Euripidem, habemus. vid. Hec. 55. Androm. 222. Iph. T. 379. Habet porro aliquid in hanc partem momenti, quod vox *ἄθραυστα*, quam ex hac fabula citat Hesychius, nuspiam inter ea, quæ supersunt, compareat. Neque enim Hemsterhusio, Viro Summo, assentiri possum, pro *ἄριστα* v. 57. ex hac Hesychii glossa reponenti *ἄθραυστα*. Sed de hoc suo loco. Scholiast. Aristoph. Ran. 1345. *ἔστι δὲ τὸ προεγκείμενον ἐξ Ἰφιγενείας τῆς ἐν Αὐλίδι.* Versus quos ibi interpretatur hi sunt: *Ἀλκύονες, αἳ παρ' ἀενάοις θαλάσσης Κύμασι στωμύλλετε· Τέγγουσαι νοτεροῖς πτερῶν Ῥανίσι χρόα δροσιζόμεναι.* Hæc in superstite fabula frustra quæras. An locum habuerunt in Chori *πάροδον* ante v. 154. *Musgravius.*]

Ἀγάμεμνον ἄναξ; ΑΓ. πεύσει. ΠΡ. σπεύδω.
μάλα τὸ γῆρας τοὐμὸν ἄυπνον,
καὶ ἐπ' ὀφθαλμοῖς ὀξὺ πάρεστιν.
ΑΓ. τίς ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΠΡ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος αΐσσων, ἔτι μεσσήρης.
ΑΓ. οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων,
οὔτε θαλάσσης· σιγαὶ δ' ἀνέμων
τόνδε κατ' Εὔριπον ἔχουσιν.
ΠΡ. τί δὲ σὺ σκηνῆς ἐκτὸς ἀΐσσεις,
Ἀγάμεμνον ἄναξ;
ἔτι δ' ἡσυχία τῇδε κατ' Αὖλιν,
καὶ ἀκίνητοι φυλακαὶ τειχέων·
στείχωμεν ἔσω. ΑΓ. ζηλῶ σε, γέρον·
ζηλῶ δ' ἀνδρῶν, ὃς ἀκίνδυνον
βίον ἐξεπέρασ' ἀγνὼς, ἀκλεής·
τοὺς δ' ἐν τιμαῖς ἧσσον ζηλῶ.
ΠΡ. καὶ μὴν τὸ καλόν γ' ἐνταῦθα βίου.
ΑΓ. τοῦτο δέ γ' ἐστὶν τὸ καλὸν, σφαλερόν·
καὶ τὸ φιλότιμον

4. *μάλα τὸ γῆρας τοὐμόν.* Ob metrum admisissem *τοι* (quod habet, nescio unde, margo Barnesii) si vel in uno Exemplari invenissem. Vera Scriptura potuit esse *δὴ* vel *γὰρ*, vel *τόδε*. Quæ sequuntur, Καὶ ἐφ' ὀφθαλμοῖς, &c. valde ambigua sunt.

[6. Hunc locum ita vertit Ennius, *Quid nocti' videtur? in altisono Cæli clupeo temo superat Stellas, cogens sublime etiam Atque etiam noctis iter.* Vide Scaligeri Conject. in Varronem p. 143. ed. 1581.]

[12. De v. *ἀΐσσω τρισυλλαβῶς* pronunciato vide Porsonum ad Hec. 31.]

16. *στείχομεν εἴσω.* Codd. Parisiens. A. B. C. et marg. Barnes. habent *στείχωμεν ἔσω* quod usitatius est. et iis obsecutus sum. [Sed Aldinam *στείχομεν εἴσω* defendit Musgravius.]

19. *ἧσσον ζηλῶ.* Stobæus Serm. LVI. pro *ζηλῶ* habet *ἐπαινῶ*: ut noster Hippolyt. 264. Οὕτω τὸ λίαν ἧσσον ἐπαινῶ τοῦ μηδὲν ἄγαν.

22. *καὶ τὸ φιλότιμον.* Metrum poscit, vel, *καὶ* $\overset{\text{το}}{\text{φιλότιμον}}$ vel, *τό τε φιλότιμον.*

γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον.
τοτὲ μὲν, τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέν-
τ᾽, ἀνέτρεψε βίον·
τοτὲ δ᾽ ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαὶ
καὶ δυσάρεστοι διέκναισαν.
ΠΡ. οὐκ ἄγαμαι ταῦτ᾽ ἀνδρὸς ἀριστέως.
οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ᾽ ἐφύτευσ᾽ ἀγαθοῖς,
Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς·
δεῖ δέ σε χαίρειν, καὶ λυπεῖσθαι·
θνητὸς γὰρ ἔφυς· κἂν μὴ σὺ θέλῃς,
τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν᾽ ἔσται.

[23. Vix dubito quin huc adluserit Macho Athenæi VI. p. 243. F. 244. A. Locus est facetissimus, et plane dignus qui a nobis exscribatur: Ὁ Χαιρεφῶν κρεάδι᾽ ὀψωνεῖ ποτε, Καὶ τοῦ μαγείρου, φασὶν, ὀστῶδες σφόδρα Αὐτῷ τι προσκόπτοντος ἀπὸ τύχης κρέας, Εἶπεν, μάγειρε, μὴ προσίστα τοῦτό μοι Τοὐστοῦν. Ὁ δ᾽ εἶπεν, ἀλλὰ μήν ἐστιν γλυκύ. Καὶ μὴν τὸ πρὸς ὀστοῦν φασὶ κρέας εἶναι γλυκύ. Ὁ Χαιρεφῶν δὲ, καὶ μάλ᾽ ὦ βέλτιστ᾽, ἔφη, ΓΛΥΚΥ ΜΕΝ, ΠΡΟΣΙΣΤΑΜΕΝΟΝ ΔΕ ΛΥΠΕΙ ΠΑΝΤΑΧΗ.]

[27. Stobæus XCIII. p. 560, 22. ed. Tigur. 1559. versuum turbato ordine sic repræsentat,

οὐκ ἄγαμαι ταῦτ᾽ ἀνδρὸς ἀριστέως
Ἀγάμεμνον Ἀτρεῦ. δεῖ δέ σε χαίρειν,
κἂν μὴ σὺ θέλῃς τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται.
οὐκ ἐπὶ πᾶσιν ἔφυς ἀγαθοῖς,
καὶ λυπεῖσθαι, θνητὸς γὰρ ἔφυς.

Error ortus est ex scribendi modo; quum enim librarius locum sic exaratum reperisset,

οὐκ ἄγαμαι ταῦτ᾽ ἀνδρὸς ἀριστέως — οὐκ ἐπὶ πᾶσιν σ᾽ ἐφύτευσ᾽ ἀγαθοῖς
Ἀγάμεμνον, Ἄτρευς. δεῖ δέ σε χαίρειν — καὶ λυπεῖσθαι, θνητὸς γὰρ ἔφυς,
κἂν μὴ σὺ θέλῃς, τὰ θεῶν οὕτω νενόμισται.

columnarum rationem parum perspectam habens, versus a dextra collocatos suis sedibus reponere neglexit.]

[28. ἀριστέως. Conferenda Porsoni nota ad Med. 5.]

29. οὐκ ἐπὶ πᾶσίν σ᾽ ἐφύτευσ᾽ ἀγαθοῖς. Stobæus Serm. CIII. citat πᾶσιν ἔφυς ἀγαθοῖς. quod potuit esse, πᾶσί σ᾽ ἔφυσ᾽ ἀγαθοῖς. Codices Parisienses, Editt. vetustæ, et Plutarchus *De audiend. poët.* p. 33. et *Consol. ad Apollon.* p. 103. legunt, πᾶσί σ᾽ ἐφεύτευσ᾽: nisi quod Cod. A pro σ᾽ habet δ᾽. Vulgatam veram puto.

33. τὰ Θεῶν οὕτω νενόμισται. Codd. Par. Aldina, et cæteræ Editt. pro νενόμισται habent βουλόμεν᾽ ἔσται. quam veram esse Euripidis manum non dubito, si pro ἔσται legatur ἐστιν. Plutarchus quoque T. II. p. 103. citat βουλομένων ἔσται. Idem est τὰ βουλό-

σὺ δὲ λαμπτῆρος φάος ἀμπετάσας,
δέλτον τε γράφεις
τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις,
καὶ ταυτὰ πάλιν γράμματα συγχεῖς,
καὶ σφραγίζεις, λύεις τ' ὀπίσω,
ῥίπτεις τε πέδῳ πεύκην, θαλερὸν
κατὰ δάκρυ χέων·
καὶ τῶν ἀπόρων οὐδενὸς ἐνδεῖς
μὴ οὐ μαίνεσθαι. τί πονεῖς; τί πονεῖς;
τί νέον, τί νέον περί σοι, βασιλεῦ;
φέρε, κοίνωσον μῦθον ἐς ἡμᾶς·
πρὸς δ' ἄνδρ' ἀγαθὸν, πιστόν τε φράσεις·
σῇ γάρ μ' ἀλόχῳ τότε Τυνδάρεως
πέμπεν φερνὴν,
ξυννυμφοκόμον τε δίκαιον.

ΑΓ. ἐγένοντο Λήδᾳ Θεστιάδι τρεῖς παρθένοι,
Φοίβη, Κλυταιμνήστρα τ' ἐμὴ ξυνάορος,

μενα quod τὸ βουλόμενον (ut ver. 1270.) id est, τὸ βούλημα, *Deorum voluntas ita habet*, Dii sic volunt.

39. pro πέδῳ Cod. A. παιδω. contra, ver. 430. πρασσετε pro πράσσεται, Idem.

[39. πευκὴν. Musgravius interpretatur *lariceam tabellam*, cera oblitam, cui Epistola pro more ejus ævi inscripta erat. Valckenærius ad Hippol. 1253. similiter vertit *tabellas ligneas*. Pergit vir doctissimus: "Hanc picturam jure velut admirabilem laudat ipse quoque Poëta *Michaël Arnoldus Racinius, dans les Mémoires de Littérature de l'Académie R. des Inscript. et B.-L.* T. VIII. p. 290. Euripidem, illinc, ut opinor, sumpta, feliciter *Ovidius* in sororem transtulit, illegitimum amorem suum fratri per epistolam indicaturam, Met. IX. 522. *Incipit, et dubitat; scribit, damnatque tabellas; Et notat, et delet; mutat, culpatque, probatque; Inque vicem sumtas ponit, positasque resumit.*"]

42. τί πονεῖς. Codd. Par. τι πονεις; τι πονεις; ultimum τί πονεῖς in multis Editt. deest.

46. Non mutarem τότε in ποτὲ [probat Musgravius] contra omnia Exemplaria. vide *Helen.* 1087. *Orest.* 99. *Supplic.* 737. Sophocl. *Ajac.* 664. 1262. Aristoph. *Thesmoph.* 13.

[47. Nota πέμπεν sine augmento, quod nescio an in Anapæsticis legitime factum.]

Ἑλένη τε· ταύτης οἱ τὰ πρῶτ᾽ ὠλβισμένοι,
μνηστῆρες ἦλθον, Ἑλλάδος νεανίαι.
δειναὶ δ᾽ ἀπειλαὶ, καὶ κατ᾽ ἀλλήλων φόνος
ξυνίσταθ᾽, ὅστις μὴ λάβοι τὴν παρθένον.
τὸ πρᾶγμα δ᾽ ἀπόρως εἶχε Τυνδάρεῳ πατρὶ,
δοῦναί τε μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως
ἅψαιτ᾽ ἄριστα· καί νιν εἰσῆλθεν τάδε,
ὅρκους ξυνάψαι, δεξιάς τε συμβαλεῖν
μνηστῆρας ἀλλήλοισι, καὶ δι᾽ ἐμπύρων
σπονδὰς καθεῖναι, κἀπαράσασθαι τάδε,
ὅτου γυνὴ γένοιτο Τυνδαρὶς κόρη,
τούτῳ ξυναμυνεῖν, εἴ τις ἐκ δόμων λαβὼν
οἴχοιτο, τόν τ᾽ ἔχοντ᾽ ἀπωθοίη λέχους,
κἀπιστρατεύσειν, καὶ κατασκάψειν πόλιν,
Ἕλλην᾽ ὁμοίως, βάρβαρόν θ᾽, ὅπλων μέτα.
ἐπεὶ δ᾽ ἐπιστώθησαν, εὖ δέ πως γέρων

53, 54. φόνος ξυνίσταθ᾽. Legendum puto, φθόνος ξυνίσταθ᾽, *invidia, odium, ira oriebatur, constabat.*

46. δοῦναί τε, μὴ δοῦναί τε, τῆς τύχης ὅπως Ἅψαιτ᾽ ἄριστα. Expressum videtur ex Æsch. Ἱκέτ. 384. Ἀμηχανῶ δὲ, καὶ φόβος μ᾽ ἔχει φρένας Δρᾶσαί τε, μὴ δρᾶσαί τε, καὶ τύχην ἑλεῖν. Conjeceram ex sensu, τῆς τύχης θ᾽ ὅπως: cui favet Æschyli καὶ τύχην ἑλεῖν. Sed aliter sumi potest.

[57. ἄριστα. Huc refert Hemsterhusius probante Valckenærio ad Herodot. III. init. Hesychii Glossam ἄθραυστα· ἀπρόσκοπα. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ ἐν Αὐλίδι. Sed vulgatam defendit Musgravius.]

57. εἰσῆλθεν τάδε. Barnesius τόδε. [τόδε placet Musgravio.] parum refert. Sed τάδε frequentius. vide Valckenærium ad Phœniss. 430.

62. τούτῳ συναμύνειν. Anapæstus in secundo loco (nam tertia syllaba in συναμύνειν longa est) vitabitur scribendo συναμυνεῖν, in Futuro. et ita Heathius. Isocrates Encom. Helen. p. 422. Ed. Genev. πίστεις ἔδοσαν ἀλλήλοις, ἦ μὴν βοηθήσειν, εἴ τις, &c. De hac re loquitur.

63. τόν τ᾽ ἔχοντ᾽ ἀπώσασθαι. Codd. A. B. C. απωθοιη (omitto Accentus quia in Collatione quam nactus sum omittebantur) pulchra et Attica restitutione. Et jam τὸν ἔχοντα est *maritum*, quemadmodum definitur Joan. iii. 29. ὁ ἔχων τὴν νύμφην, νυμφίος ἐστίν. Vide Andromach. 970.

64. καὶ κατασκάπτειν. Codex C. κατασκαψειν. quod confirmat συναμυνεῖν, et probat scribi debere κἀπιστρατεύσειν pro κἀπιστρατεύειν.

ὑπῆλθεν αὐτοὺς Τυνδάρεως πυκνῇ φρενὶ,
δίδωσ' ἑλέσθαι θυγατρὶ μνηστήρων ἕνα,
ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι.
ἡ δ' εἵλεθ' (ὡς γε μή ποτ' ὤφελεν λαβεῖν)
Μενέλαον. Ἐλθὼν δ' ἐκ Φρυγῶν ὁ τὰς θεὰς
κρίνας ὅδ' (ὡς ὁ μῦθος ἀνθρώπων ἔχει)
Λακεδαίμον', ἀνθηρὸς μὲν εἱμάτων στολῇ,
χρυσῷ τε λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι,
ἐρῶν ἐρῶσαν ᾤχετ' ἐξαναρπάσας
Ἑλένην πρὸς Ἴδης βούσταθμ', ἔκδημον λαβὼν
Μενέλαον. ὁ δὲ καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας μόρῳ

68. δίδωσ' ἑλέσθαι. Omnia Exemplaria, quantum scio, consentiunt in Δίδωσιν. Plene antea distinguebatur post φρενὶ, ver. 67, Sensu et Constructione pendentibus.

69. ὅτου πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φίλαι. Cod. Par. B. habet αφροδιτην, quod verum esse potest; et tunc Constructio erit, [εἰς] ὅτου ἀφροδίτην πνοαὶ φίλαι φέροιεν [αὐτήν.] *ad cujus amorem flatus grati eam ferrent.* Nonnullis placebit Ὅτου.

[72. Κρίνας. Κρίνων Clemens Alex. l. c. et versu proximo στολὴν Mss. Clementis.]

72. ἀνθρώπων. Clem. Alexandrinus Pædag. III. 2. citat Ἀργείων pro ἀνθρώπων. vere, ut mihi videtur: *ut narrant Argivi* vel *Græci*, nempe, qui eum viderunt. Non dubito quin ἀνθρώπων sit ex Interpolatione eorum qui acceperunt μῦθος pro *fabula*.

74. χρυσῷ τε λαμπρός. Scribi posset δὲ, ob præcedens μὲν; sed Clemens retinet τε.

76. Ἑλένην, πρὸς Ἴδης βούσταθμ' ἔκδημον λαβών. Μενέλαος οὖν καθ' Ἑλλάδ' οἰστρήσας, &c. Neque lingua, neque sensus recte habet. Clemens loco citato legit ἔκδημον λαβὼν Μενέλαον. unde obvium erat, ἔκδημον λαθὼν Μενέλαον· ὃς καθ' Ἑλλάδ', &c. *Latens peregre-profectum Menelaum: qui per Græciam, &c.* λαθὼν Μενέλαον est *clam Menelao*, ignaro Menelao, qui Cretam profectus erat. Sic λαθὼν τυράννους, Elect. 93.

Hæc scripseram. sed cum Par. Codd. A. B. C. habeant eodem sensu Μενελαον ο δε, pro ὃς, ita edidi.

77. οἰστρήσας μόνος. Iidem Codd. omnes pro μόνος (quod nihili est, utcumque incrustatum in Versione, *desertus a conjuge*) habent μορῳ. Latet aliquid. Proximum est πόρῳ vel πόρον, ut οἰστρήσασα κέλευθον, eodem sensu, Æschyl. Prometh. 835. Conjici quoque potest, οἰστρήσας, τορῶς Ὅρκους παλαιοὺς, &c. *aperte, perspicue.* Vel δρόμῳ, ut Aristoph. Ὀρν. 205. θεύσονται δρόμῳ. et Ion. 1156. Quæ omnia incerta sunt. Edidi μόρῳ, MSS. lectionem, ut aliorum opinationibus sit locus. et 78. scribi *potest*, Τυνδάρεῳ, casu tertio, cum Interpretibus. vid. ad Iph. Taur. 460. [οἰστρήσας μόρῳ. Ingeniose Toupius Appendic. Theocrit. p. 30. emendat πόθῳ; quod si probabis, præterea legendum οἰστρηθείς. Menander apud Strabonem X. p. 452. οἰστρῶντι πόθῳ.]

ὅρκους παλαιοὺς Τυνδάρεω μαρτύρεται,
ὡς χρὴ βοηθεῖν τοῖσιν ἠδικημένοις.
τοὐντεῦθεν οὖν Ἕλληνες, αἴξαντες δορὶ,
τεύχη λαβόντες, στενόπορ' Αὐλίδος βάθρα
ἥκουσι τῆσδε, ναυσὶν, ἀσπίσιν θ' ὁμοῦ,
ἵπποις τε, πολλοῖς θ' ἅρμασίν γ' ἠσκημένοι·
κἀμὲ στρατηγεῖν, κᾆτα Μενέλεω χάριν,
εἵλοντο, σύγγονόν γε. τἀξίωμα δὲ
ἄλλος τις ὤφελ' ἀντ' ἐμοῦ λαβεῖν τόδε.
ἠθροισμένου δὲ καὶ ξυνεστῶτος στρατοῦ,
ἥμεσθ', ἀπλοίᾳ χρώμενοι, κατ' Αὐλίδα.
Κάλχας δ' ὁ μάντις ἀπορίᾳ κεχρημένοις
ἀνεῖλεν, Ἰφιγένειαν, ἣν ἔσπειρ' ἐγὼ,
Ἀρτέμιδι θῦσαι, τῇ τόδ' οἰκούσῃ πέδον,
καὶ πλοῦν τ' ἔσεσθαι, καὶ κατασκαφὰς Φρυγῶν,
θύσασι· μὴ θύσασι δ', οὐκ εἶναι τάδε.
κλύων δ' ἐγὼ ταῦτ', ὀρθίῳ κηρύγματι

80. *αἴξαντες δορί.* Apud Aristot. Rhet. III. 11. male legitur *ποσί.* Dubito de sanitate et de Versione horum, *ruentes ad bellum.* Mallem *δόρυ*, si hic sit loci sensus, intellecta præposit. *εἰς*, utpote post participium *motus*, ut sæpissime.

83. *ἵπποις τε, πολλοῖς θ' ἅρμασίν γ' ἠσκημένοι.* Simplicius videretur, *Ἵπποις τε πολλοῖς, ἅρμασίν τ' ἠσκημένοι.* et eo tendunt Codd. Par. qui omittunt *γ'*. *Ἵπποις πολλοῖς*, ut Phœniss. 113. Et ita Reiskius. *ἵππων τ' ὄχλον*, ver. 191.

84. *κἀμὲ στρατηγεῖν, κᾆτα Μενέλεω χάριν, Εἵλοντο.* Sensui et Metro satisfaceret, *Κἀμὲ στρατηγήσοντα, Μενέλεω*, &c. ut Herodian. VII. 23. *τὸν υἱὸν αὐτοῦ, στρατηγήσοντα δὴ τοῦ πλήθους, εἵλοντο.* Vel, *στρατηλατοῦντα*, quod verius puto. Ceteræ Conjecturæ, *κάρτα, δῆτα, ἀλλὰ, πᾶσι*, pro *κᾆτα*, omnes sunt æque incertæ. Sensus loci est satis perspicuus.

87. *ἠθροισμένου δέ.* Forte scripsit *γὰρ*, non *δέ*.

88. *κατ' Αὐλίδα.* Semel alibi, nisi fallor, (Iph. Taur. 26.) inveneris hanc Terminationem *Αὐλίδα* in Euripide. Quin et ibi Metrum ferret *Αὖλιν*.

89. *ἀπορίᾳ κεχρημένος, Ἀνεῖλεν.* *Κεχρημένοις Ἀνεῖλεν*, certum puto. Et ita Heathius. Vid. Æschyl. Agamemn. 208. Ultimæ vocum syllabæ, præcipue ad finem versuum, depravationi sunt maxime obnoxiæ. Exempla aliquot posui ad finem Fabulæ.

92. *κατασκαφὰς Φρυγῶν.* Vid. ver. 64. 535. 1379. Codd. tamen omnes Par. *κατασφαγας.*

Ταλθύβιον εἶπον πάντ᾽ ἀφιέναι στρατὸν,
ὡς οὔποτ᾽ ἂν τλὰς θυγατέρα κτανεῖν ἐμήν.
οὗ δή μ᾽ ἀδελφὸς, πάντα προσφέρων λόγον,
ἔπεισε τλῆναι δεινά. κᾀν δέλτου πτυχαῖς
γράψας, ἔπεμψα πρὸς δάμαρτα τὴν ἐμὴν,
πέμπειν Ἀχιλλεῖ θυγατέρ᾽ ὡς γαμουμένην,
τό τ᾽ ἀξίωμα τἀνδρὸς ἐκγαυρούμενος,
ξυμπλεῖν τ᾽ Ἀχαιοῖς οὕνεκ᾽ οὐ θέλοι λέγων,
εἰ μὴ παρ᾽ ἡμῶν εἶσιν εἰς Φθίαν λέχος.
πειθὼ γὰρ εἶχον τήνδε πρὸς δάμαρτ᾽ ἐμὴν,
ψευδῆ ξυνάψας ἀντὶ παρθένου γάμον.
μόνοι δ᾽ Ἀχαιῶν ἴσμεν ὡς ἔχει τάδε,
Κάλχας, Ὀδυσσεὺς, Μενέλεώς θ᾽. ἃ δ᾽ οὐ καλῶς
ἔγνων τότ᾽, αὖθις μεταγράφω καλῶς πάλιν
εἰς τήνδε δέλτον, ἣν κατ᾽ εὐφρόνης σκιὰν
λύοντα, καὶ ξυνδοῦντά μ᾽ εἰσεῖδες, γέρον.
ἀλλ᾽, εἶα, χώρει, τάσδ᾽ ἐπιστολὰς λαβὼν,
πρὸς Ἄργος. ἃ δὲ κέκευθε δέλτος ἐν πτυχαῖς,
λόγῳ φράσω σοι πάντα τἀγγεγραμμένα·
πιστὸς γὰρ ἀλόχῳ, τοῖς τ᾽ ἐμοῖς δόμοισιν εἶ.

100. πέμπειν Ἀχιλλεῖ. Mallem, si quis Cod. MS. daret, Πεμπειν Στέλλειν Ἀχιλλεῖ. quod elegantius videretur, quia præcessit ἔπεμψα. vid. ver. 119. 362. Sophocl. Philoct. 499. Œdip. Colon. 302.

102. τοὔνεκ᾽ οὐ θέλοι. Barnesius οὕνεκ᾽ recte. Vide Eranium Philonem edit. Valckenær. v. τοὔνεκα.

103. εἰς Φθίαν. Cod. B. εις Τροιαν. Nil muta. λέχος et λέκτρον est *uxor*: unde *lectus* Poëtis Latinis. *Felix Admeti conjux*, et lectus *Ulyxis*: Propertius II. 5. i. e. *Penelope*.

105. ἀντὶ παρθένου. Opinor [sic etiam Musgravius] ἀμφὶ παρθένου, *de virgine*, ut ver. 1347. Conjicitur ἀντιπαρθένου, una voce; et ἀρτιπαρθένου, *jam modo adultæ virginis*. Neutram harum vocum scio, neque invenire possum.

109. κατ᾽ εὐφρόνης σκίαν. Codd. A. B. κατ᾽ ευφρονην. Quis non videt unde hoc venerit?

ΠΡ. λέγε, καὶ σήμαιν', ἵνα καὶ γλώσσῃ
ξύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ.
ΑΓ. πέμπω σοι, πρὸς ταῖς πρόσθεν
δέλτοις, ὦ Λήδας ἔρνος,
μὴ στέλλειν τὰν σὰν ἶνιν πρὸς
τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας,
Αὖλιν ἀκλύσταν·
εἰς τὰς ἄλλας ὥρας γὰρ δὴ
παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.

117. *λέγε καὶ σήμαιν', ἵνα καὶ γλώσσῃ Σύντονα τοῖς σοῖς γράμμασιν αὐδῶ.* Hi duo Anapæsti poni debuerunt post *δόμοισιν εἶ*, ver. 114. Et ita Reiskius. Xenophon Cyropæd. lib. iv. *ἀναγνῶναι δέ σοι, ἔφη, καὶ ἃ ἐπιστέλλω, βούλομαι, ἵνα εἰδὼς αὐτὰ, ὁμολογῇς, ἐάν τις σε πρὸς ταῦτα ἐρωτᾷ.* [Et sic, Musgravio etiam assentiente, nunc reformavi.]

120. *τὰν κολπώδη πτέρυγ' Εὐβοίας, Αὖλιν ἀκλύσταν.* *Brodæus*: "*κολπώδη πτέρυγα, σκέπασμα, sinuosum tegmen*, id "est, portum undique a ventis tutum." Sed quæro adhuc, unde *Aulis*, quæ erat in *Bœotia*, appelletur *πτέρυξ* (*ala*) *Eubœæ?* Sic enim video doctos Interpretes intellexisse, quasi vox *Αὖλιν* esset appositiva ad *πτέρυγ' Εὐβοίας*. Sed puto non ita esse: et duo loca hic, opinor, significantur, *Chalcis* in *Eubœa*, et *Aulis* in *Bœotia*. *Ne adducas tuam filiam ad Chalcidem et ad Aulidem:* quasi scriptum fuisset (et, credo, scriptum fuit) *Καὖλιν ἀκλύσταν·* adeo enim vicinæ erant hæ urbes, Euripo solum discretæ, ut ponte jungerentur, et quod ad *hanc* factum erat, ad *illam* factum fuisse dici posset (confer Matt. xv. 39. cum Marc. viii. 10.); sed non ideo Aulis in *Bœotia* recte appellari videtur *ala Eubœæ*; non magis quam Chalcis in *Eubœa* dici potuit *ala Bœotiæ*. *Πτέρυξ* est quicquid procurrit ultra reliquum corpus, sicut *alæ* in avibus: vide Salmasium ad Tertullian. De pallio, p. 58, 59. et Hesychium v. *Πτέρυγες* et *Πτερύγια*. Hinc *alæ* in Exercitu dictæ putantur (Gellius xvi. 4.) *quod circum legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur.* In hujusmodi vero terræ prominentiis, sive *πτέρυξι*, conditas fuisse tum *Chalcida* in Eubœa, tum *Aulin* in Bœotia, certum est, quia inter eas angustissimus esset Euripus, ponte *διπλέθρῳ* junctus, Strabo lib. IX. p. 615. Ubicumque autem terra hoc modo in mare procurrit, *sinus* fere efficitur: inde *κολπώδης πτέρυξ*. Eadem Metaphora qua Chalcis hic appellatur *ala* Eubœæ, Enna dicitur *umbilicus* (*ὀμφαλὸς*) Siciliæ, Callimacho Hymn. in Cerer. ver. 15. et Ætna Siciliæ *frons* (*μέτωπον*) Pindaro Pyth. I. et Salmydesso (qui sinus est in Ponto, Stephan. de Urb.) attribuitur *γνάθος*, *maxilla*, apud Æsch. Prometh. 725. et Cithæron mons appellatur (Phœniss. 809.) *ὄμμα Ἀρτέμιδος*, *oculus Dianæ*.

Ibid. Distingui potest, *Αὖλιν* (seu *Καὖλιν*) *ἀκλύσταν· εἰς τὰς ἄλλας Ὥρας γὰρ δὴ Παιδὸς δαίσομεν ὑμεναίους.* et ita Basis Anapæstica præcedet parœmiacum. Omittit *τὰς* Cod. A. pro *δὴ* Reiskius *τῆς*. Male Erasmus *διοίσομεν*.

ΠΡ. καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρων ἀπλακὼν,
οὐ μέγα φυσῶν θυμὸν ἐπαίρει
σοὶ, σῇ τ' ἀλόχῳ;
ΑΓ. τόδε καὶ δεινόν. ΠΡ. σήμαιν' ὅ τι φῄς.
ΑΓ. ὄνομ' οὐκ ἔργον παρέχων Ἀχιλεὺς,
οὐκ οἶδε γάμους, οὐδ' ὅ τι πράσσομεν,
οὐδ' ὅτι κείνῳ παῖδ' ἐπεφήμισα,

124. *καὶ πῶς Ἀχιλεὺς λέκτρ' ἀμπλακών.* Ad sensum scribi potuit, Ἀχιλεὺς εἰ λέκτρ' ἤμπλακεν· sed verius videtur, Ἀχιλεὺς λέκτρ' ἀμπλακέων· Et sic Heathius. λέκτρα est κατὰ λέκτρα. Et ita in Alcest. 241. Ὃς ἀρίστης ἀμπλακέων ἀλόχου, ubi nunc vulgo legitur ἀμπλακών. Aldina habet Ἀχιλεὺς, hic, et ver. 128.

[124. λέκτρων ex emend. Scaligeri et Musgravii pro λέκτρ' repositum. ἀπλακὼν pro ἀμπλακὼν non modo metrum, sed consuetudo etiam Atticis perpetuo servata postulabat. In Alcest. 241. quem locum citat Marklandus, dudum est emendatum ὅστις ἀρίστης ἀπλακὼν ἀλόχου.]

[125. φυσῶν. Sic Musgravius pro Aldina φυσσῶν.]

127. Ita distinguendus, Τόδε καὶ δεινόν· σήμαιν' ὅ τι φῄς.

[127. Personarum notæ additæ auctore Musgravio.]

130. παῖδ' ἐπέφησα. Sensus, Lingua, et Metrum poscunt ἐπεφήμισα, ut ver. 1356. ubi Achilles dicit, Ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι, *Quam pater mihi nuncupaverat.* φατίζειν hoc vocat ver. 135. 936. προσειπεῖν πόσιν τινί. Iphig. Taur. 370. ἐκλήθης πόσις infra hac Fab. ver. 908. ad Achillem: quod est *maritus nuncupatus* Apuleio Milesiar. IV. κατονομάζειν Hesychius v. Τάλις· ἡ μελλόγαμος παρθένος, καὶ κατωνομασμένη τινί. Lucianus in libello *Prometheus es in verbis*, p. 13. τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημίζεις αὐτοῖς. *sapientissimi istius Titanum* (i. e. Promethei) *nomine appellas eos*, sc. sermones. Ex qua locutione discimus quid sit ἐπιφημίζειν τὴν παῖδα (vel θυγατέρα) τινὶ, nempe, futuri *mariti nomine eam appellare* et distinguere, ita ut post hanc patris nuncupationem, illa non amplius Iphigenia *simpliciter*, sed *Achillis Iphigenia* ab omnibus vocetur: quod est, opinor, Hesychii, κατωνομασμένη τινὶ, *denominata alicui*, ἡ ὀνομασθεῖσά τινι Suidæ, τῇ λεχθείσῃ δάμαρτι σῇ, ver. 904. Τὸ ὄνομα τὸ σὸν κεκλήσθω ἐφ' ἡμᾶς, dicunt Fœminæ ad Virum, Esai. iv. 1. Vide Plutarchum in Gracch. p. 825. D. E. et Demetr. p. 912. A. Hunc morem respicit Penelope apud Ovidium Heroïd. 1. 83. *tua sum*, TUA DICAR *oportet:* PENELOPE CONJUX *semper* ULIXIS *ero:* quæ est plena locutio, *Penelope Ulixis conjux*. Ejusdem formæ est *Hectoris Andromache* apud Virgilium: et sic *Marcia*, petit a Catone Lucan. II, 343. ut sibi *liceat tumulo scripsisse*, CATONIS MARCIA. ita ἡ Κλεισθένεος Ἀγαρίστη Herodot. VI. 31. et probabiliter Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ Joan. XIX. 25. Hujusmodi ἐπιφημισμένας *coronari* solitas esse discimus ex ver. 905. vide Paschalium De Coron. II. 16. De mediis syllabis verborum passim omissis consule Virum doctissimum Jac. Phil. Dorvillium in penu Critica ad Chariton. Aphrodis. lib. viii. p. 693. et ignosce longitudini hujus et præcedentis Notæ in ver. 120. in quo genere, non frequenter peccaturus sum.

νυμφείους εἰς ἀγκώνων
εὐνὰς ἐνδώσειν λέκτροις.
ΠΡ. δεινά γε τολμᾷς, Ἀγάμεμνον ἄναξ.
οὕτω τῷ Θεᾶς σὴν παῖδ' ἄλοχον
φατίσας, ἦγες σφάγιον Δαναοῖς;
ΑΓ. οἴ μοι, γνώμας ἐξέσταν·
αἶ, αἶ. πίπτω δ' εἰς ἄταν.
ἀλλ' ἴθ', ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ
μηδὲν ὑπείκων. ΠΡ. σπεύδω, βασιλεῦ.
ΑΓ. μὴ νῦν, μήτ' ἀλσώδεις ἵζου
κρήνας, μήθ' ὕπνῳ θελχθῇς.
ΠΡ. εὔφημα θρόει.
ΑΓ. πάντῃ δὲ πόρον σχιστὸν ἀμείβων,

132. ἐνδώσειν λέκτροις. Scribo ἐκδώσειν, proprium vocabulum in hac re; exempla ubique sunt; multa in hoc dramate.

133. δεινά γε τολμᾷς. Vel γ' ἐτόλμας, quia loquitur de *priore* consilio Agamemnonis, ut φάτισας, et ἦγες.

134. ὃς τῷ τῆς Θεᾶς. Codices, Aldina, et Vett. Editt. pro Ὅς τῷ habent Οὕτω. Lego, Οὕτω (vel Οὕτως) τῷ Θεᾶς, &c. cum Interrog. post Δαναοῖς; Τῷ vero, ante Θεᾶς, omnino necessarium est. τὴν in Ed. Barn. pro σὴν operarum est, opinor. ver. 137. pro πίπτω legi potest πίπτον, i. e. ἔπιπτον.

[138. Ennius apud Festum, *Procede: gradum proferre pedum Nitere: cessas?*]

140. σπεύδω. Cod. B. σπευσω: frequenti commutatione literarum δ et σ.

141. μὴ νῦν, μήτ'. Mallem, Μή νυν, μήτ', &c. ut νυν sit encliticum, *igitur*.

142. μήθ' ὕπνῳ θελχθῇς. Hoc dicit Agamemnon, quia questus erat Senex (ver. 4.) se *somnolentum* esse.

143. εὔφημα θρόει, *Bona verba, quæso!* Quare ita respondet Senex? Quia vox ὕπνῳ terruit eum, utpote *infausta* et *mali ominis*. Nam *Somnus* et *Mors* Fratres existimabantur: Pausanias Laconic. p. 195. unde *Mors* χάλκεος ὕπνος Homero, *ferreus somnus*, Virgilio. Ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάοσιν· et alibi, Ὕπνῳ κασιγνήτῳ θανάτοιο. Vide Plutarch. Consol. ad Apollonium p. 107. et Val. Flaccum VIII. 74. Plautus Amphit. I. 1. 42. *hic pugnis faciet hodie ut* DORMIAM. et mox, *Quid si ego illum tractim tangam ut* DORMIAT? i. e. moriatur, εὐφήμως: non enim dicere amabant *mortuus est*, sed *dormit*. Poëta apud Stobæum, Tit. CXX. Πᾶς γὰρ λέγει τις; ὁ μακαρίτης οἴχεται, Κατέδαρθεν εὐδαίμων· *abiit beatus iste*, OBDORMIVIT *felix*. Hinc *Nox* quoque inter δύσφημα, notante Strabone lib. iii. p. 222. Nox enim *Mater* erat *Mortis* et *Somni*, Hesiod. Theogon. 211. *Nutrix*, Pausan. Eliac. prior. p. 321.

λεῦσσε, φυλάσσων μή τίς σε λάθῃ,
τροχάλοισιν ὄχοις παραμειψαμένη,
παῖδα κομίζουσ' ἐνθάδ' ἀπήνη
Δαναῶν πρὸς ναῦς.
ΠΡ. ἔσται τάδε. ΑΓ. κλήθρων δ' ἐξόρμα.
ἢν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσῃς,
πάλιν ἐξορμάσεις τοὺς χαλινοὺς,
ἐπὶ Κυκλώπων ἱεὶς θυμέλας.
ΠΡ. πιστὸς δὲ, φράσας τάδε, πῶς ἔσομαι,
λέγε, παιδὶ σέθεν, τῇ σῇ τ' ἀλόχῳ;
ΑΓ. σφραγῖδα φύλασσ', ἣν ἐπὶ δέλτῳ
τῇδε κομίζεις.
ἴθι. λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη

145. *μή τι σε λάθῃ*, &c. Lege, ex Metro et Sensu, *μή τις σε λάθῃ*, sc. *ἀπήνη*, quod sequitur. vid. Iph. Taur. 67. Aristoph. Ὀρν. 1191.

146. *τροχάλοισιν ὄχοις*. Cod. A. *τροχαλοις οχοις*. Voluit forte, *Τροχάλοις ἐν ὄχοις*.

149. *ἔσται*. ΑΓ. *κλήθρων* &c. Cod. B. Εσται ταδε. ΑΓ. κληθρων εξορμα. Codex C. Εσται ταδε. Multo frequentius Ἔσται τάδε. unde forte hic scribendum: Ἔσται τάδε. ΑΓ. Κλήθρων ὅρμα, intellecta præpositione ἐκ. [*τάδε* nunc editum cum Musgravio.]

150. *ἢν γάρ νιν πομπαῖς ἀντήσαις*. Opinor *νιν ἀντήσαις* non esse Græcum, quia docent Veteres, *νιν* esse Accusativum, non Dativum. Potuit scripsisse *σφὶν*, *illis*: sc. Iphigeniæ et comitatui ejus. Πομπαῖς, *missu* meo, hac missione. Idem est *ἀποστολαῖς* Phœn. 1060. *πομπαῖς Εὐρυσθέως*, *missu* Eurysthei, Herc. Fur. 580. De adventu Clytæmnestræ, nihil suspicatus est Agamemnon. Legi quoque potest *νῦν* pro *νιν*, et, *πομπαῖς* regi ab *ἀντήσῃς*. Πομπαῖς tunc erit Ἰφιγενείᾳ πεμπομένῃ. [De *ἀντάω* cum accusativo vide Musgravium ad Sophocl. Antig. 993.]

Ibid. *ἀντήσαις*. Ald. *ἀντήσας*. Vel ex Sono conjeceram *ἀντήσῃς*. et ita clare exhibent Codd. A. B.

151. *Πάλιν ἐξορμάσεις τοὺς χαλινούς*. Corruptum existimo *ἐξορμάσεις*: certus sum *τοὺς χαλινοὺς* ita esse. Conjecturæ omnes (*ὁρμάσεις τοῖσδε* vel *τούς γε χαλινοὺς*) incertæ sunt: sensus loci satis certus est. De vocibus *ἐξόρμα* ver. 149. et *ἐξορμάσεις* hoc loco, vide Cl. Grævium ad Lucian. Solœcist. p. 741. Secunda in *χαλινοὺς* semper est longa.

[152. Κυκλώπων. Architecti hi fuere, qui Prœtum ex Asia reducem comitati sunt: vid. Strabon. p. 373. ed. Paris. Inter alia opera, quibus Græciam ornarunt, Mycenarum mœnia fuere, prout testantur Pausanias p. 232. 39. (VII. 25. p. 589.) et Hesychius in Κυκλώπων ἕδος. *Musgravius*.]

157. *τῇδε*. Cod. B. *τηνδε*. correctum hoc modo, *τῇνδε*. Suprascripta lectio plerumque verior est et correctior, (quod semel monuisse sufficiat) nisi sit Explicatio. Vide Iphig. Taur. 1380.

λάμπουσ' ἠὼς,
πῦρ τε τεθρίππων τῶν ἀελίου.
ξύλλαβε μόχθων.
θνητῶν δ' ὄλβιος εἰς τέλος οὐδεὶς,
οὐδ' εὐδαίμων·
οὔπω γὰρ ἔφυ τις ἄλυπος.

ΧΟΡΟΣ.

ἔμολον ἀμφὶ παρακτίαν στροφὴ α'.
ψάμαθον Αὐλίδος ἐναλίας,
Εὐρίπου διὰ χευμάτων
κέλσασα, στενόπορθμον
Χαλκίδα, πόλιν ἐμὰν, προλιποῦ-
σ', ἀγχιάλων ὑδάτων τροφὸν
τᾶς κλεινᾶς Ἀρεθούσας,
Ἀχαιῶν στρατιὰν ὡς ἴδοιμ' ἂν,
Ἀχαιῶν τε πλάτας ναυσιπόρους
ἡμιθέων· ὡς ἐπὶ Τροί-

168. στενόπορθμον. Vocis νεοθαλεῖ, quæ huic in Antistropha respondet, penultima brevis est Ion. 112. unde hic scribendum forte, στενόπορον Χαλκίδα, ut ver. 1496. Αὐλίδος στενοπόροις ὅρμοις, i. e. Αὐλίδος στενοπόρου. vid. et Iph. Taur. 890. [στενόπορον etiam Musgravius.]

[170. Ἀρεθούσας. Notæ in Homerum sub Didymi nomine laudatæ ad Odyss. N. v. 408. Ἀρέθουσαι δὲ τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ. Proclus, καίτοι πολλαχοῦ κοῦφον μὲν ὕδωρ ἐστὶν, πονηρὸν δὲ, ὡς ἐν Χαλκίδι Πλούταρχος ἱστορεῖ τὸ τῆς Ἀρεθούσης. *Brodæus.*]

171. ὡς ἴδοιμ' ἄν. Cod. A. και ιδοιμ αν. de qua re (ὡς pro καὶ) vid. in nota subsequenti. Heathius legit ὡς ἂν ἴδοιμ' ἂν, propter Antistrophen. verum puto, ὡς ἂν ἰδοίμαν, pro ἰδοίμην.

173. ἡμιθέων. Defenditur ex Hesiod. Op. et Dier. 159. Nihilominus, multo plura sunt quæ mihi persuadent Euripidem hoc loco scripsisse Ἠϊθέων, *juvenum.* [Probat Musgravius.]

Ibid. οὓς ἐπὶ Τροίαν. Cod. B. et Editt. antiquæ legunt ὡς pro οὓς, et Brodæus recte explicat *quoniam.* Cod. Reg. A. και επι: ut ver. 171. pro ὡς, idem habet και. Hujusce mutationis ratio petatur ex Montfaucon. Palæograph. Græc. lib. V. p. 345, 346. Sic Rheso 849. pro ὡς σὺ iste Cod. habet και συ. Contra, Heracl. 683. pro καὶ μὴ, idem, ως μη. et ita alibi. Dicit Chorus: *Venimus huc a Chalcide*

αν ἐλάταις χιλιόναυσιν,
τὸν ξανθὸν Μενέλαον
ἁμέτεροι πόσεις
ἐνέπουσ', Ἀγαμέμνονά τ' εὐπατρίδαν
στέλλειν ἐπὶ τὰν Ἑλέναν,
ἀπ' Εὐρώτα δονακοτρόφου
Πάρις ὁ βουκόλος ἂν ἔλαβεν,
δῶρον τᾶς Ἀφροδίτας,
ὅτ' ἐπὶ κρηναίαισι δρόσοις
Ἥρᾳ Παλλάδι τ' ἔριν, ἔριν
μορφᾶς, ἁ Κύπρις ἔσχεν.
πολύθυτον δὲ δι' ἄλσος Ἀρ- ἀντιστρ. α΄.
τέμιδος ἤλυθον ὀρομένα,
φοινίσσουσα παρῆδ' ἐμὰν
αἰσχύνᾳ νεοθαλεῖ,
ἀσπίδος ἔρυμα, καὶ κλισίας
ὁπλοφόρους Δαναῶν θέλου-
σ', ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι.
κατεῖδον δὲ δύ' Αἴαντε συνέδρω,
τὸν Οἰλέως, Τελαμῶνός τε γόνον,
τῆς Σαλαμῖνος στέφανον,

ut videremus Exercitum et Classem Græcorum: NAM (ὡς) *nostri mariti nobis narraverunt*, &c. [οὓς probat Musgravius, et sic Scaliger.]

187. παρηῖδ' ἐμάν. Vera scriptura est παρῇδ', ut ver. 681. ubi vide Barnesium, et ad Helen. 1095. sed præcipue Dorvillium ad Chariton. p. 180. Versu præcedenti ὀρόμενα est Canteri bona restitutio, pro ὁρωμέναν. [Musgravio placet ἦλθον ὁρωμέναν.]

189. Ἀσπίδος ἔρυμα. *Munitionem* vel *vallum clypei*, i. e. *castra clypeatorum* seu *militum*, distinctorum a *nautis*. ἀσπὶς pro ἀσπιδηφόρος, ut δόρυ pro δορυφόρος, passim.

191. ἵππων ὄχλον τ' ἰδέσθαι. Scribo, ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι. vide Strophen. et ita Heathius. Andromach. 759. Herc. Fur. 976. Codd. Par. A. B. omittunt τ'.

194. τῆς Σαλαμῖνος στέφανον. Libri Regg. A. B. τοις σαλαμινιοις. C. σαλαμινιοις. Aldina τοῖς. unde non dubium est quin vera Scriptura sit Τοῖς Σαλαμινίοις. Schema est Colophonium, ut χαλινὸν τῷ ἵππῳ, pro

Πρωτεσίλαόν τ', ἐπὶ θάκοις
πεσσῶν ἡδομένους μορ-
φαῖσι πολυπλόκοις,
Παλαμήδεά θ', ὃν τέκε παῖς ὁ Ποσει-
δᾶνος· Διομήδεά θ', ἡ-
δοναῖς δίσκου κεχαρημένον·
παρὰ δὲ, Μηριόνην, Ἄρεος
ὄζον, θαῦμα βροτοῖσι·
τὸν ἀπὸ νησαίων τ' ὀρέων
Λαέρτα τόκον· ἅμα δὲ Νι-
ρέα, κάλλιστον Ἀχαιῶν.
τὸν ἰσάνεμόν τε ποδοῖν ἐπῳδὸς α΄.
λαιψηροδρόμον Ἀχιλῆα,
τὸν ἁ Θέτις τέκε, καὶ
Χείρων ἐξεπόνασεν,
εἶδον αἰγιαλοῖσι
παρά τε κροκάλαις
δρόμον ἔχοντα σὺν ὅπλοις.
ἅμιλλαν δ' ἐπόνει ποδοῖν
πρὸς ἅρμα τέτρωρον
ἑλίσσων περὶ νίκας.

τοῦ ἵππου. Distinctiones mutavi ex necessitate Constructionis. μινιοις in pronuntiatione duarum est tantum syllabarum. [Musgravio placet Brodæi emendatio, τῆς Σαλαμῖνος. Et sic, metro postulante, reposui. Synizesis, quam comminiscitur Marklandus, mihi certe parum arridet.]

195. Πρωτεσίλαόν τ'—ἡδομένους—Παλαμήδεά θ'. Aliud Schema, nempe, Ἀλκμανικὸν, quando inter duo nomina numeri Singularis, Verbum vel Participium plurale intervenit. vide Lesbonactem p. 179. et Notam eruditiss. editoris Valckenærii.

209. ἐξεπόνασεν. Forte, ἐξεπόνασσεν. [Quid voluerit Marklandus, nescio.]

[211. Κροκάλαις. Hesychius, κροκάλαι, ψῆφοι, ἀκταὶ, ἄμμος.]

ὁ δὲ διφρηλάτας βοᾶτ' Εὔ-
μηλος Φερητιάδας,
ᾧ καλλίστους εἰδόμαν
χρυσοδαιδάλτους στομίοισι πώλους
κέντρῳ θεινομένους· τοὺς
μὲν μέσους, ζυγίους, λευ-
κοστίκτῳ τριχὶ βαλιούς·
τοὺς δ' ἔξω, σειραφόρους,
ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων,
πυῤῥότριχας, μονό-
χαλα δ' ὑπὸ σφυρὰ
ποικιλοδέρμονας.
οἷς παρεπάλλετο
Πηλείδας ξὺν ὅπλοις, παρ' ἄντυγα,
καὶ σύριγγας ἁρματείους.
ναῶν δ' εἰς ἀριθμὸν ἤλυθον, στροφὴ β'.
καὶ θέαν ἀθέσφατον,
τὰν γυναικείαν ὄψιν ὀμμάτων
ὡς πλήσαιμι, μείλινον ἁδονάν.
καὶ κέρας μὲν ἦν
δεξιὸν πλάτας ἔχων
Φθιώτας ὁ Μυρμιδόνων Ἄρης,

217. Cod. B. φερεητιαδας. "Ita concinnius constituentur hi versiculi, Ὁ δὲ διφρηλάτας βοᾶτ' Euripideus Εὔμηλος Φερητιάδας Glyconius πολυσχηματιστος." *Heathius.*

219. pro στομίοισι Codd. Par. στομιοις.

224. pro καμπαῖσι Cod. A. λαμπαισι.

227. pro Ποικιλοδέρμονας Ald. Steph. et omnes Codd. Parisini Ποικιλλοδερμονας. et versu 230. pro παρ' ἄντυγα, Cod. A. ιπ αντυγα, quasi præcessisset ὅπλοισιν. Ver. prox. seq. mallem γ' ἁρματίους, si admittatur Heathii dispositio.

234. μείλινον ἁδονάν. Sequor Codd. Paris. in scriptura vocis μείλινον; in accentu, Ald. et Steph. quamquam non displiceret μείλιχον, ex Pindar. Pyth. IX. et Olymp. I. Homero, aliisque. Barnesius mavult μείλιον, *delinitricem*. [μείλιχον etiam Musgravius.]

πεντήκοντα ναυσὶ θουρίαις.
χρυσέαις δ' εἰκόσιν
κατ' ἄκρα Νηρῆδες ἕστασαν θεαὶ
πρύμνας, σῆμ' Ἀχιλλείου στρατοῦ.
Ἀργείων δὲ ταῖσδ' ἰσήρετμοι   ἀντιστροφὴ β'.
νᾶες, ἕστασαν πέλας·
ὧν ὁ Μηκιστέως στρατηλάτας
παῖς ἦν, ὃν τρέφει Ταλαὸς πατὴρ,
Καπανέως τε παῖς
Σθένελος. Ἀτθίδος δ' ἄγων
ἑξήκοντα νῆας ὁ Θησέως
παῖς, ἑξῆς ἐναυλόχει, θεὰν
Παλλάδ' ἐν μωνύχοις
ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν θετὸν,
εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις.

240. κατ' ἄκραν Νηρῆδες. Κατ' ἄκρα, opinor; id est, ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα, ver. 258. ex Homeri νηῶν ἄκρα κόρυμβα, Iliad. l. 241. Litera ν adhæsit ex subsequenti. Piersonus quoque legit ἄκρα, et Πρύμνας (ver. 241.) pro Πρύμναις, Verisimil. l. 2. p. 26. [et sic nunc editum probante Musgravio.]

Hic σῆμα occurrit, non σᾶμα; et iterum ver. 275. Ἠλίδος, ver. 280. ἦγεν, 284. Νήσους, 287. et nonnulla alia, quæ per α, more Dorico, in Choris usitatius scribuntur. Unde colligere licet, si fidendum sit Exemplaribus, Dorica in Choris non semper prælata fuisse. vid ad ver. 527.

[244. ὁ Μηκιστέως. Sc. Euryalus, de quo Homerus Il. B. 565. τοῖσι δ' ἅμ' Εὐρύαλος τρίτατος κίεν, ἰσόθεος φὼς, Μηκιστέως υἱὸς Ταλαϊονίδαο ἄνακτος. Mox πατὴρ interpretandum, tanquam pater. *Musgravius.*]

245. Ταλαὸς ὃν τρέφει πατήρ. Ὃν τρέφει Ταλαὸς πατήρ. vide Strophen. ver. 248. pro νῆας Cod. C. ναυς.

250. Παλλάδ' ἐν μωνύχοις Ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν &c. *Palladem in equestribus alatis curribus habens.* Lego, Παλλάδ' ἐν Μωνυχίοις Ἔχων πτερωτοῖσιν ἅρμασιν &c. *Palladem in Munichiis alatis curribus habens.* Μωνυχίοις est Ἀττικοῖς, ut notum est omnibus, a Μωνυχία vel Μουνυχία (Hippol. ver. 760.) portu Atticæ. Πτερωτὰ ἅρματα, *alati currus*, sunt *naves*. exempla sunt ubique. νυχίοις, tres ultimæ syllabæ vocis Μωνυχίοις, in pronuntiatione pro duabus solum sunt habendæ. vid. ver. 194.

[250. μωνύχοις. Recte Interpres, *equestribus*. Palladem curru vectam effingere mos erat, quia in Gigantomachia ἐπήλασεν Ἐγκελάδῳ ἵππων τὸ ἅρμα, Pausan. p. 275, 34. (viii. 47. p. 695.) *Musgravius.*]

252. Εὔσημόν τε φάσμα ναυβάταις. Mallem, Εὔσημόν τι φάσμα, ut ἄσπετόν τι θαῦ-

τῶν Βοιωτῶν δ' ὅπλισμα, ποντίας　　στροφὴ γ'.
πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν,
σημείοις εὐστολισμένας.
τοῖς δὲ Κάδμος ἦν
χρύσεον δράκοντ' ἔχων
ἀμφὶ ναῶν κόρυμβα·
Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς
ἆρχε ναΐου στρατοῦ·
Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός.
Λοκροῖς δὲ τοῖσδ' ἴσας ἄγων
ναῦς Οἰλέως τόκος, κλυτὰν
Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν.
ἐκ Μυκήνας δὲ τᾶς Κυκλωπίας,　　ἀντ. γ'.
παῖς 'Ατρέως ἔπεμπε ναυβάτας
ναῶν ἑκατὸν ἠθροισμένους·
σὺν δ' Ἄδραστος ἦν

μα, Sophocl. Trachin. 978. παρθένος, πάγκαλόν τι χρῆμα, Lucian. Dial. Marin. p. 247. et innumera ejusmodi. Post hanc Antistrophen abest integer 'Επῳδὸς β'.

254. νῆας εἰδόμαν, Σημείοις ἐστολισμένας. Τοῖς δὲ, &c. Codd. et Editt. εὐστολισμένας. Lego et distinguo, Πεντήκοντα νῆας εἰδόμαν. Σημεῖον εὖ 'στολισμέναις Ταῖσδε Κάδμος ἦν, &c. Versus secundus est Iambus dimeter acatalectus. vid. Antistrophen. Legi potest divisim, Ταῖς δὲ, pro ταύταις δὲ, *his vero*. εὖ 'στολισμέναις, ut ἤδη 'σπαρμένα, pro ἐσπαρμένα, Aristoph. Εἰρήν. 1140. ubi pro ἢ τυχεῖν, scrib. ἢ 'ντυχεῖν, i. e. ἢ ἐντυχεῖν.

259. Λήϊτος δ' ὁ γηγενὴς Ἆρχε ναΐου στρατοῦ, Φωκίδος δ' ἀπὸ χθονός. Distinguendum semiplene post στρατοῦ· deinde legendum, Φωκίδος τ' ἀπὸ χθονὸς: scil. εἰδόμαν ὅπλισμα, ex superioribus repetendum: *Bœotorum classem vidi, cui præerat Leïtus, ex Spartorum posteris : et* vidi classem *ex terra Phocensi*. Ita vitabitur Absurdum vulgatæ.

262. Λοκροῖς δὲ τοῖσδε ἴσας ἄγων Ναῦς 'Οϊλέως τόκος. Scalig. et Canter. Λοκρὸς: Heathius Λοκρῶν. Forte Λοκρὰς — ἄγειν. Τοῖσδ' sc. Phocensibus : nisi quis malit ταῖσδ', sc. ναυσί. vide Homer. Catal. Nav. ver. 31. 41. Si retineatur ἄγων, subintellige ἦν.

264. Θρονιάδ' ἐκλιπὼν πόλιν. Scribendum, Θρονειάδ', epenthesi Poëtica. Θρονειὰς πόλις est Θρόνιον Homeri, Iliad. B. 533.

265. Κυκλωπιας in Cod. B. scribitur Κυκλωπειας.

268. σὺν δ' Ἄδραστος ἦν ταγὸς, &c. De Menelao hæc intelligenda esse mihi quoque videntur. Clarum esset si pro Ἄδραστος scriptum fuisset ἀδελφός. Sed quis

ταγὸς, ὡς φίλος φίλῳ,
τᾶς φυγούσας μέλαθρα
βαρβάρων χάριν γάμων
πρᾶξιν Ἑλλὰς ὡς λάβοι.
ἐκ Πύλου δὲ Νέστορος
Γερηνίου κατειδόμαν
πρύμνας, σῆμα ταυρόπουν
ὁρᾷν, πάροικον Ἀλφεόν.
Αἰνιάνων δὲ δώδεκα στόλοι ἐπῳδὸς γ΄.
ναῶν ἦσαν, ὧν ἄναξ Γουνεὺς
ἆρχε. τῶνδε δ' αὖ πέλας,
Ἤλιδος δυνάστορες,
οὓς Ἐπειοὺς ὠνόμαζε πᾶς λεώς·
Εὔρυτος δ' ἄνασσε τῶνδε.

probabilem caussam tantæ mutationis potest reddere? Eadem difficultate premitur ὕπαρχος Sophoclis, Ajac. 1129. Nam ἀγαστὸς, ἀγαυὸς, et similia, forte non sunt mentione digna. Mihi locus immedicabilis videtur, licet sciam Viros Doctos in diversum abituros. Ego minime dubito, quin multa, etiam eorum quæ sensum bonum continent, et in quibus consentiunt MSS. interpolata tamen sint in his Dramatibus, et in aliis Antiquis Scriptoribus. Exemplum sit ver. 72. [Ἄδραστος. Facile intelligitur, Poetam de Adrasto, Polynicis socero, non loqui, utpote qui brevi post captas ab Epigonis Thebas mortem obierit. Pausan. p. 41, 14. ed. Sylb. (I. 43. p. 103.) Verba ὡς φίλος φίλῳ indicare videntur aliquem, qui caussas inimicitiæ cum Agamemnone habebat, quas tamen publico bono posthabuerat. Id ego ad Adrastum refero, Polynicis filium, cujus meminit Pausan. p. 62. (II. 20. p. 156.) quippe ad quem regnum Argivorum a Pelopidis jam occupatum hæreditario jure pertinebat. De Historia Adrasti et Argivorum, deque Argis civitate ab Agamemnone subacta, multa et scitu digna habet Eustathius Vol. I. p. 288. ed. Rom. Vide etiam Schol. Pindar. Nem. IX. δυωδ. γ΄. denique Strabon. X. p. 426. A. *Musgravius.*]

[272. πρᾶξιν. Hesychius, πρᾶξις, ἀπαίτησις.]

275. πρύμνας, σῆμα ταυρόπουν, Ὁρᾷν πάροικον Ἀλφεόν. Metrum poscit Πρύμναισι, et Sensus hanc Distinctionem, Γερηνίου κατειδόμαν Πρύμναισι σῆμα, ταυρόπουν Ὁρᾷν, πάροικον Ἀλφεόν. Vide Strophen. Codd. Par. A. B. habent Ὁραν τον παροικον: Solito more inserendi Articulum. Heathius quoque distinguit post Ὁρᾷν. Brodæus videtur legisse ταυρωπὸν, contra metrum; quod Vir ille Magnus sæpe parum curavit.

[282. Εὔρυτος. Homerus non Eurytum, sed filium ejus, Thalpium, cum Amphimacho, Cteati filio, Elidensibus

λευκήρετμον δ' Ἄρη
Τάφιον ἦγεν ὧν Μέγης
ἄνασσε, Φυλέως λόχευμα,
τὰς Ἐχίδ ας λιπὼν
νήσους, ναυβάταις ἀπροσφόρους.
Αἴας δ' ὁ Σαλαμῖνος ἔντροφος,
δεξιὸν κέρας
πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε·
τῶν ἄσσον ὥρμει, πλάταισιν
ἐσχάταισι συμπλέκων,
δώδεκ' εὐστροφωτάταισι
ναυσὶν, ὡς ἄϊον, καὶ ναυβάταν
εἰδόμαν λεών·
ᾧ τις εἰ προσαρμόσει
βαρβάρους βάριδας,
νόστον οὐκ ἀποίσεται.
ἔνθα δ' ἄϊον, εἰδόμαν
νάϊον πόρευμα.
τάδε κατ' οἴκους κλύουσα, συγκλήτου

præficit. vid. Il. B. 260. collat. cum Pausan. p. 149, 34. (V. 3. p. 380.) *Musgravius.*]

284. Τάφιον ἦγεν· ὧν Μέγης Ἄνασσε. Delevi punctum post ἦγεν, ut Constructio sit, Μέγης δὲ — ἦγεν ἄρη Τάφιον ὧν ἄνασσε. ex Homeri Catal. 134. Τάφιον pro Ταφίων, et collective ὧν potius quam Grammatice οὗ. Mox, pro Ἐχίδνας, Brodæus Ἐχίνας, ex Homero: Barnesius, Ἐχινάδας. [Vide Athenæum I. p. 30. D.]

[287. ναυβάταις ἀπροσφόρους. Piraticam enim exercebant Taphii, ut diserte testatur Strabo p. 459. A. Suidas: Τάφιος, ἐθνικὸν, ὁ λῃστής. *Musgravius.*]

296. προσαρμόσοι. Cod. A. προσαρμοσει. non male. [Et sic cum Musgravio editum.]

[297. Βάριδας. Barbarum navigii genus est, cujus descriptionem vide apud Herodot. II. c. 96. *Musgravius.*]

299. Ἔνθα δ' ἄϊον, εἰδόμαν. Mallem, Ἐνθάδ' ἄϊον, εἰδόμαν, &c. *Hic* (sc. Aulide) *vidi, audivi,* &c. Distinguit inter ἐνθάδε et κατ' οἴκους. Quæ sequuntur, in Aldina ita concipiuntur, Τάδε κατ' οἴκους κλύουσα συγκλήτου, Μνήμην σώζομαι, στρατεύματος: ut κλύουσα συγκλήτου στρατεύματος, sit, περὶ συγκλήτου στρατεύματος. Scripsisse potuit, Μνήμῃ. σώζομαι est σώζω.

μνήμην σώζομαι στρατεύματος.

ΠΡ. Μενέλαε, τολμᾷς δεῖν', ἅ σ' οὐ τολμᾷν χρεών.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ἄπελθε, λίαν δεσπόταισι πιστὸς εἶ.

ΠΡ. καλόν γέ μοι τοὔνειδος ἐξωνείδισας.

ΜΕ. κλάοις ἂν, εἰ πράσσοις ἃ μὴ πράσσειν σε δεῖ.

ΠΡ. οὐ χρῆν σε λῦσαι δέλτον, ἣν ἐγὼ 'φέρον.

ΜΕ. οὐδέ σε φέρειν δεῖ πᾶσιν Ἕλλησιν κακά.

ΠΡ. ἄλλως ἁμιλλᾷ ταῦτ', ἄφες δὲ τήνδ' ἐμοί.

ΜΕ. οὐκ ἂν μεθείμην. ΠΡ. οὐδ' ἔγωγ' ἀφήσομαι.

ΜΕ. σκήπτρῳ τάχ' ἆρα σὸν καθαιμάξω κάρα.

ΠΡ. ἀλλ' εὐκλεές τοι δεσποτῶν θνήσκειν ὕπερ.

ΜΕ. μέθες. μακροὺς δὲ, δοῦλος ὢν, λέγεις λόγους;

304. λίαν δεσπόταισι. Multæ Editt. inserunt γε post λίαν. Codd. A. B. C. recte omittunt; prima enim in λίαν sæpe producitur: ob quam rationem prima in λιπαρεῖν longa esse dicitur, utpote a λίαν παρεῖναί τινι. Qualis vero sententia est hæc! Sed memineris, Menelai ori inditam esse ab Euripide, qui illum summopere contemsit.

307. ἐγὼ φέρω. Iidem Codices, εγω φερον. recte. hoc est ἐγὼ 'φέρον, seu ἔφερον.

309. ἄλλως ἁμιλλῶ. Piersonus, [ad Mœrin p. 16.] Reiskius, et Heathius, ἁμιλλᾷ. Sed mendum erat, opinor, in voce ἄλλως, pro qua scribendum, Ἄλλοις ἁμιλλῶ ταῦτ', *Cum aliis discepta de his rebus;* nempe, cum Agamemnone. ita Supplic. 195. Αλλοισι—ἁμιλληθεὶς, et τοῖς ἀρίστοις ἁμιλλᾶσθαι, Plutarch. Cat. Major. p. 342. B. Cum præpositione πρὸς, ead. pag. D. Vid. Andromach. 128. [ἁμιλλῶ. Ita Ms. uterque et Lib. P. ut jam eleganter Barnesius. Aldus ἁμιλλᾷ. *Musgravius.*]

310. οὐκ ἂν μεθείμην. Οὐκ ἂν μεθείην, Sophocl. Philoct. 1337. loco simili: et Noster Alcest. 1111. nulla sensus differentia, magna constructionis; cum μεθίημι Accusativum post se trahat, μεθίεμαι Genitivum, docente Dawesio Miscell. Crit. p. 238.

313. μακροὺς δὲ δοῦλος ὢν λέγεις λόγους. Multo animosius erit cum nota interrog. post λόγους, et magis ex usu. vide Helen. 1646. Orest. 1553. Aristoph. Avib. 912. Plautum Asinar. II. 4. *tun' libero homini male servus loquere?* O quantas difficultates tolleret hæc punctuatio interrogativa, si restitueretur Evangelio D. Lucæ xxiv. 34. Ἠγέρθη ὁ Κύριος ὄντως, καὶ ὤφθη Σίμωνι; *Resurrexit Dominus revera, et apparuit Simoni?* Quasi dixissent subsannantes: Quid? isti Simoni, qui tribus abhinc diebus illi, et omni ejus notitiæ renunciavit? non probabile est: *non credimus*, Marc. xvi. 13. Parum in S. Scripturis versatus est, qui nescit, λέγοντας ibi significare, *quærentes, interrogantes:* et ὅτι, *nempe*, vel, *quæ sequuntur.*

ΠΡ. ὦ δέσποτ᾽, ἀδικούμεσθα· σὰς δ᾽ ἐπιστολὰς
ἐξαρπάσας ὅδ᾽ ἐκ χερῶν ἐμῶν βίᾳ,
Ἀγάμεμνον, οὐδὲν τῇ δίκῃ χρῆσθαι θέλει.

1021. Pro σθένει Codd. A. C. σθένω. et B. $σθεν^{ει.}_{ω.}$ quasi esset ὁ σθένος in recto, æque ac τὸ σθένος· quemadmodum ὁ σκότος et τὸ σκότος, ὁ σκύφος et τὸ σκύφος. Argutum magis quam necessarium videri potest, εἰ τὸ πρᾶγμα τῷ λελογισμένῳ πράσσοιμι &c. τῷ λελογισμένῳ foret λογισμῷ, cui opponeretur σθένει.

ΑΧ. ἡμεῖς σε φύλακες, οὗ χρεὼν, φυλάσσομεν,
μή τις σ' ἴδῃ στείχουσαν ἐπτοημένην
Δαναῶν δι' ὄχλου, μηδὲ πατρῷον δόμον
αἴσχυν'. ὁ γάρ τοι Τυνδάρεως, οὐκ ἄξιος
κακῶς ἀκούειν· ἐν γὰρ Ἕλλησιν μέγας.
ΚΛ. ἔσται τάδ'. ἄρχε· σοί με δουλεύειν χρεών.
εἰ δ' εἰσὶ θεοὶ, δίκαιος ὢν ἀνὴρ σύ γε
ἐσθλῶν κυρήσεις· εἰ δὲ μὴ, τί δεῖ πονεῖν;

ΧΟ. τίν' ἄρ' ὑμέναιος διὰ λωτοῦ Λίβυος, στροφή.

1028. *φυλάσσομεν Μή τις σ' ἴδῃ στείχουσαν.* Post *φυλάσσομεν* (vel *φυλάξομεν*: licet illud defendi possit) ponenda est plena distinctio. Deinde legendum, Μή τις δ' ἴδῃ στείχουσαν &c. *Cave autem ne quis te videat euntem* &c. et scribendum, *μηδὲ πατρῷον* &c. *neque patris domum dedecora.* vide Andromach. 876. seqq. Pro σε φύλακες Cod. A. γε: frequenti mutatione γ et σ.

1033. *ἔστιν τάδ'. ἄρχε.* Mallem, ἔσται τάδ', *Hæc erunt:* i. e. ita faciam. sæpissime ita scribit. Si Codd. consentiant in Ἔστιν τάδ', sensus erit, *Vera dicis;* et de Tyndareo intelligendum. Sed prius verum puto. Notabis voces ἄρχε, et δουλεύειν, a Regina fastosa.

[1033. ἔσται pro ἔστιν editum ex em. Marklandi. Vide Porsonum ad Hec. 894.]

[1034. Pro σύ γε Valckenærius ad Hippol. 952. legendum censet σύ τοι.]

1036. *τίς ἄρ' ὑμέναιος* — &c. Ἔστασαν ἰαχὰν, Ὅτ' ἀνὰ Πήλιον &c. Dolet videre hunc Chorum, omnium in Euripide, mea opinione, pulcherrimum et suavissimum, ipso initio tam fœde habitum. Ne te morer, lego et distinguo, Τίν' ἄρ' ὑμέναιος, διὰ λωτοῦ Λίβυος, Μετά τε φιλοχόρου κιθάρας, Συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσσᾶν, Ἔστασεν ἰαχὰν, Ὅτ' ἀνὰ Πήλιον &c. Chorus confert nuptias Thetidis et Pelei, cum his simulatis et funestis nuptiis filii eorum Achillis, et Iphigeniæ; et dissimilitudinem deflet. Constructio est: Τίνα ἄρα ἰαχὰν ὑμέναιος ἔστησε διὰ λωτοῦ Λίβυος—ὅτε αἱ Πιερίδες—ἦλθον εἰς γάμον Πηλέως—καθ' ὕλαν Πηλιάδα; Τίν' ἄρα, ut Helen. 343. Hoc loco ὑμέναιος potest esse Deus Hymenæus. Præpositiones διὰ, μετὰ, et ὑπὸ, ejusdem fere hic sunt significationis et exprimunt id quod Latini *per* tibiam, *cum* cithara, *sub* fistulis. Λωτοῦ male vertitur *fistula*, cum sit *tibia*; et συρίγγων æque male *tibiis* pro *fistulis*. Secunda in ἰαχὰν hic longa esse debet: vide Antistrophen. et ita in ἰάχει Herc. Fur. 349. Helen. 1502. Heraclid. 783. Homerus quoque (in edit. qua utor, Oxon. 1675. 8vo.) secundam in ἰάχουσα producit, Iliad. E. 343. Nisi in istis locis, ut et hic, per κ et χ scribendum sit, ut Æschyl. Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 641. Ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας. De locutione ἔστησεν ἰαχὰν, adi dicta ad vers. 786. Notam interrog. quæ erat post ἰαχὰν, posui infra post ὕλαν. Pro καλαμόεσσαν mallem καλαμοεσσῶν vel καλαμοεσσᾶν. Video jam Porto suboluisse de ἔστασεν pro ἔστασαν, et de Hymenæi persona. Non absimiliter incipit Act. V. Supplicum Nostri, Τί φέγγος, τίν' αἴγλαν &c. [Locum edidi Marklandi et Musgravii judicio obsecutus.]

μετά τε φιλοχόρου κιθάρας,
συρίγγων θ' ὑπὸ καλαμοεσσᾶν,
ἔστασεν ἰακχάν;
ὅτ' ἀνὰ Πήλιον αἱ καλλιπλόκαμοι
Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν
χρυσεοσάνδαλον ἴχνος
ἐν γᾷ κρούουσαι,
Πηλέως εἰς γάμον ἦλθον
μελῳδοὶ, Θέτιν ἰαχή-
μασι τόν τ' Αἰακίδαν
Κενταύρων ἐν ὄρεσι κλείουσαι,
Πηλιάδα καθ' ὕλαν.
ὁ δὲ Δαρδανίδας, Διὸς
λέκτρων τρύφημα φίλον,
χρυσέοισιν ἄφυσσε λοιβὰν
ἐν κρατήρων γυάλοις,
ὁ Φρύγιος Γανυμήδης.
παρὰ δὲ λευκοφαῆ
ψάμαθον εἱλισσόμεναι
κύκλια πεντήκοντα κόραι
Νηρῆος, γάμους ἐχόρευσαν.
ἀνὰ δ' ἐλάταισι, στεφανώδει τε χλόᾳ ἀντιστρ.
θίασος ἔμολεν ἱπποβότας

1041. Πιερίδες ἐν δαιτὶ Θεῶν. Longe abesse ab his numeris videtur Antistrophicum, Παῖδες αἱ Θέσσαλαι, Μέγα φῶς. Si deleatur αἱ, idem erit numerus temporum in utroque. Et ita Heathius.

1044. Cod. A. Πηλεος. B. delet εις. quasi fuisset Πηλῆος, ut Νηρῆος mox.

1047. Pro κλείουσαι, Ald. et B. κλυουσαι. Ibid. αν ορεσι A.

1050. λέκτρων τρύφημα. Scribo λέκτρων τὸ τρύφημα φίλον. vid. Antistroph.

1054. Pro λευκοφαῆ Port. Steph. λευκοφανῆ. sequor Aldinam, et Barnes.

1057. Forte, Νηρῆος γάμον (non γάμους) ἐχόρευσαν, in antistropha voce Πηλέως pro dissyllabo accepta, ut sit Parœmiacus.

Κενταύρων ἐπὶ δαῖτα τὰν θεῶν,
κρατῆρά τε Βάκχου.
ΜΕΓΑ δ' ἀνέκλαγον, Ω ΝΗΡΗΙ ΚΟΡΑ,
παῖδες αἱ Θεσσαλαὶ, ΜΕΓΑ ΦΩΣ,
μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ μουσᾶν
τ' εἰδὼς, ΓΕΝΝΑΣΕΙΣ,
Χείρων ἐξωνόμασεν,
ΟΣ ΗΞΕΙ ΧΘΟΝΑ ΛΟΓΧΗ-
ΡΕΣΙ ΣΥΝ ΜΥΡΜΙΔΟΝΩΝ

1060. Pro τῶν Θεῶν Aldina τὰν, sc. δαῖτα. Recte. et ita Codd. A. B. Θεῶν est monosyllabon.

1062—1074. Totus hic locus sic forte distingui et legi potest, donec acriori examini subjiciatur: Μέγα, δ' ἀνέκλαγον, Ὦ Νηρηΐ κόρα, Παῖδες Θεσσαλαὶ, μέγα φῶς, Μάντις ὁ Φοῖβος, ὁ Μοιρᾶν τ' Εἰδὼς, ΓΕΝΝΑΣΕΙΣ, Χείρων ἐξονόμασσεν, Ὃς ἥξει χθόνα (λογχή- ρεσι σὺν Μυρμιδόνων Ἀσπισταῖσι) Πριάμοιο, κλεινὰν Γαῖαν ἐκπυρώσων, Περὶ σώματι χρυσέων Ὅπλων Ἡφαιστοπόνων Κεκορυθμένος ἐνδυτοῖς, Θεᾶς Ματρὸς δωρήματ' ἔχων &c.

Hæc Pindaro videntur digna. quam brevissime potero, explicabo. Utrumque μέγα cum φῶς conjungo, sic ut Heathius, quocum deleo αἱ post Παῖδες, ob metrum. Παῖδες Θεσσαλαὶ sunt *Musæ, Pierides*. Mela, II, 3. *hic* (in Thessalia) *Musarum parens domusque, Pieria.*

[1062. In hoc et proxime sequentibus versibus canticum Thessalidum, Phœbi et Chironis, cum verbis Chori confusum est. Ex persona Chori sunt δ' ἀνέκλαγον—Παῖδες αἱ Θεσσαλαὶ—Μάντις ὁ Φοῖβος—ὁ Μουσᾶν τ' Εἰδὼς—Χείρων τ' ἐξωνόμασεν. Reliqua simul sumta carmen nuptiale efficiunt. Μέγα—ὦ Νηρηΐ κόρα—μέγα φῶς—γεννάσεις (i. e. *in lucem edes*) ὃς ἥξει χθόνα et quæ sequuntur usque ad Μακάριον. Quod ut clarius inter legendum cognoscatur, literas unciales in carmine hoc imprimendo adhiberi velim. εἰδὼς cum genitivo construi apud Homerum passim videas. ἐξωνόμασεν hic non significat *nomine vocavit*, sed *profatus est*. Confer Hom. Il. XV. 218. XXIV. 286. Soph. Œd. Col. 298. Hesychius; ἔκ τ' ὀνόμαζε, καὶ ἔλεγεν. Venustissimam hanc emendationem Tyrwhitto debeo, a quo inter sermones familiares didici. *Musgravius.*]

1064. ὁ Μοιρᾶν τ' Εἰδώς. Scil. Chiron: ut τόξων εὖ εἰδὼς, Homero: *citharæ sciens*, Horatio: apud quem Epod. XIII. Chiron, utpote Deus, (Sophocl. Trachin. 727.) prædicit de Achille, quod et facit de Cyrene, Pindar. Pyth. IX. Vulgata Μουσᾶν non est ad rem; et ipsæ Musæ hæc loquuntur. De τ' ad finem versus, non initio, vid. Valckenær. ad Phœniss. 891. Pro τ' Cod. B. γ. et pro Μάντις ὁ Φοῖβος, Codd. omnes, μαντις δ' ὁ Φοιβος. [Lectionem Μουσᾶν defendit Musgravius, citans Statii Achill. I. 118. 186.]

1065. γεννάσεις. Dorice pro γεννήσεις, *gignes, paries:* quam significationem hujus verbi hoc loco, suggessit mihi, nisi fallit memoria, vir doctiss. Sam. Musgravius. Vulgo vertitur *generationes.*

1067. Voces λογχήρεσι—Ἀσπισταῖσι parenthesi inclusi ob nihil aliud nisi ut connexus pateret inter χθόνα et Πριάμοιο.

ΑΣΠΙΣΤΑΙΣΙ ΠΡΙΑΜΟΙΟ ΚΛΕΙΝΑΝ
ΓΑΙΑΝ ΕΚΠΥΡΩΣΩΝ,
ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΙ ΧΡΥΣΕΩΝ
'ΟΠΛΩΝ 'ΗΦΑΙΣΤΟΠΟΝΩΝ
ΚΕΡΟΡΥΘΜΕΝΟΣ, ΕΝΔΥΤ' ΕΚ ΘΕΑΣ
ΜΑΤΡΟΣ ΔΩΡΗΜΑΤ' ΕΧΩΝ
ΘΕΤΙΔΟΣ, 'Α ΝΙΝ ΕΤΙΚΤΕ
ΜΑΚΑΡΙΟΝ. Τότε δαί-
μονες τᾶς εὐπατρίδος
γάμον Νηρηΐδος ἔθεσαν
πρώτας, Πηλέως θ' ὑμεναίους.
σὲ δ' ἐπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν ἐπῳδός.
πλόκαμον Ἀργεῖοι, βαλιὰν
ὥστε πετραίων ἀπ' ἄντρων ἐλθοῦσαν,
ὀρέων μόσχον ἀκήρατον,
βρότειον αἱμάσσοντες λαιμὸν,

1071. περὶ σώματι. Canterus περιζώματι. Dubito an περίζωμα de *armis* recte dici possit. Videtur esse imitatio Homerici istius, Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἕσσαντο ΠΕΡΙ ΧΡΟΙ νώροπα χαλκόν. Quid sit περίζωμα vide Athenæum VII, 11. p. 290. Plutarch. Paul. Æmil. p. 273. A. Romulo p. 31. C. Strabon. lib. XV. p. 1048. A. B. Pausan. Attic. p. m. 82.

1073. ἐνδυτοῖς, pro ἔνδυτ' ἐκ, est ex conjectura. sed κεκορυθμένος, *armatus*, eodem modo dativum post se habet apud Homerum passim, et alios: et ἐκ ante Θεᾶς, minime est necessarium. Δωρήματα Θεᾶς sunt Virgilio *dona Deæ*, et *dona parentis*. Homer. Iliad. T. 18. Τέρπετο δ' ἐν χείρεσσιν ἔχων Θεοῦ (Vulcani) ἀγλαὰ δῶρα. Ἐνδυτὰ ὅπλων, ut ἐνδυτὸν νεβρίδος Bacch. 137. Moneo, Catullum in De Nupt. Pel. et Thet. multa ex hoc Musarum cantico videri sumsisse, vel respexisse.

1078. γάμον Νηρηΐδος ἔθεσαν Πρώτας, &c. Ἔθεσαν γάμον, ut θήσομεν θοίνην 722. Pro Νηρηΐδος conjeceram cum Heathio, Νηρήδων, ut Δαίμονα πρῶτον Μακάρων Bacch. 377. et Ἀχιλλέα πρῶτον Ἑλλάδος, Andromach. 1237. *primis Urbis*, Horat. Epist. I, 20. 23. Sequitur, Σὲ δ' ἐπὶ κάρα &c. quasi dixisset, Tales erant Thetidis nuptiæ: Tu vero, O Iphigenia, coronaberis, non ut Sponsa, sed ut Victima. Hic est sensus, satis planus: Sed constructionem et versionem non præstabo istorum, ἐπὶ κάρα στέψουσι καλλικόμαν πλόκαμον.

1081. γ' ἁλιᾶν. Scaliger βαλιὰν. sc. μόσχον, *maculosam juvencam*. ut βαλιαὶ λύγκες, Alcest. 579.

οὐ σύριγγι τραφεῖσαν, οὐ-
δ' ἐν ῥοιβδήσει βουκόλων,
παρὰ δὲ μητέρι νυμφοκόμον
Ἰναχίδαις γάμον.
ποῦ τὸ τᾶς αἰδοῦς,
ἢ τὸ τᾶς ἀρετᾶς δύνασιν ἔχει
σθένειν τι πρόσωπον,
ὁπότε τὸ μὲν ἄσεπτον ἔχει
δύναμιν, ἁ δ' ἀρετὰ κατόπισθεν
θνατοῖς ἀμελεῖται,
ἀνομία δὲ νόμων κρατεῖ,
καὶ κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς,
μή τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ;

ΚΛ. ἐξῆλθον οἴκων προσκοπουμένη πόσιν,
χρόνιον ἀπόντα, κἀκλελοιπότα στέγας·

1087. *μητέρι νυμφοκόμον Ἰναχίδαις γάμον.* Mallem, Παρὰ δὲ ματέρι νυμφοκόμῳ, Ἰναχίδαις γάμον. *Sed apud matrem sponsæ-ornatricem, Alicui ex Argivis uxorem:* id est, σὲ γάμον, *te*, O Iphigenia, futuram *uxorem* alicui Argivo, vel Græco, ut videbatur. Ἰναχίδαις *alicui ex Argivis*, ut εἰς φίλους, *ad aliquem ex amicis*, Iph. Taur. 59. sic ἐξ Ἀτρειδῶν, hac Fab. 842. ὑπ' ἐκείνοις, *sub aliquo ex illis*, Lucian. Dial. Cyclop. et Nept. In seqq. vers. 1095, 1096. voces ἀγὼν et Θεῶν φθόνος sunt significationis admodum ambiguæ et incertæ. Θεῶν φθόνος, sæpe significat, *Deorum ira*; et ἀγὼν *periculum*, quemadmodum vertitur: sed et notare potest, *discrimen, contentio*, &c. et φθόνος, *invidia, odium*, &c.

1098. *προσκοπουμένη πόσιν.* Cod. C. προσσκοπουμένη, ut προσσημαίνειν, quod ex Aristotele citat Budæus Gr. Ling. p. 658. προσσαίνω Æschyl. Prometh. 834. et Noster Hippol. 863. προσσείειν Æschyl. Sept. Theb. 1031. Diverso sensu vertitur προσκοπούμενος τὸ σὸν Med. 460. *tuo commodo prospiciens.* non recte tamen, opinor; sed, *prævidens tuam conditionem*, tuum statum in exilio, quod secum mala multa fert. Non puto multa esse verba Græca a σ incipientia quæ hoc modo componuntur. Vult Clytæmnestra, *prospectura maritum*, quemadmodum fit, cum adventus alicujus cupide exspectatur. Chorum alloquitur. Vers. 1100. pro δακρύοισί θ', mallem δακρύοισι δ', quia mihi non adhuc liquet, θ' vel τε usurpatum esse quando non connectit.

ἐν δακρύοισί θ' ἡ τάλαινα παῖς ἐμὴ,
πολλὰς ἱεῖσα μεταβολὰς ὀδυρμάτων,
θάνατον ἀκούσασ', ὃν πατὴρ βουλεύεται.
μνήμην δ' ἄρ' εἶχον πλησίον βεβηκότος
Ἀγαμέμνονος τοῦδ', ὃς ἐπὶ τοῖς αὑτοῦ τέκνοις
ἀνόσια πράσσων αὐτίχ' εὑρεθήσεται.

ΑΓ. Λήδας γένεθλον, ἐν καλῷ σ' ἔξω δόμων
εὕρηχ', ἵν' εἴπω παρθένου χωρὶς λόγους,
οὓς οὐκ ἀκούειν τὰς γαμουμένας πρέπει.

ΚΛ. τί δ' ἐστιν, οὗ σοι καιρὸς ἀντιλάζυται;

ΑΓ. ἔκπεμπε παῖδα δωμάτων πατρὸς μέτα,
ὡς χέρνιβες πάρεισιν ηὐτρεπισμέναι,
προχύται τε βάλλειν πῦρ καθάρσιον χερῶν,
μόσχοι τε, πρὸ γάμων ἃς θεᾷ πεσεῖν χρεὼν
Ἀρτέμιδι, μέλανος αἵματος φυσήματα.

ΚΛ. τοῖς ὀνόμασιν μὲν εὖ λέγεις, τὰ δ' ἔργα σου
οὐκ οἶδ', ὅπως χρή μ' ὀνομάσασαν, εὖ λέγειν.
χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτός· οἶσθα γὰρ πατρὸς
πάντως ἃ μέλλει, χὐπὸ τοῖς πέπλοις ἄγε

1112. πῦρ καθάρειον ἐκ χερῶν. Ἐκ deest Cod. A. Unde adstruitur πῦρ καθάρσιον χερῶν. [Markland. ad Suppl. 1211. *Porsonus.*] vide ver. 1472. Helen. 875. Herc. Fur. 936. Καθάρσιον quoque conjicit Piersonus Verisim. I, 5. et Reiskius.

1116. εὖ λέγειν. Defenditur multis locis. non quin εὐλογεῖν Euripidis scripturam hic putem.

1117. χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτός. οἶσθα γὰρ πατρὸς Πάντως ἃ μέλλει γε, χ' ὑπό. Canterus legit πάρος pro πατρὸς, probante Barnesio. Sed dubito an Πάντως recte habeat. Totus locus ita forte legi et distingui potest, Χώρει δὲ, θύγατερ, ἐκτὸς, (οἶσθα γὰρ πατρὸς, vel πατὴρ, Πάνθ' ὅσα γε μέλλει) χ' ὑπὸ τοῖς &c. Πάνθ' ὅσα γε μέλλει, *omnia quæ destinat*, sc. facere. Cod. A. omittit δε. Forte σὺ ibi olim fuit, ut Phœniss. 707. et Helen. 1428. Πάνθ' ὅσα ut Supplic. 1176. Γε, ante χ' ὑπὸ, metrum corrumpit. [πάνθ' ὅσα γε μ. etiam Musgravius.]

[1117. πατρός. Canterus πάρος, nulla necessitate. Ellipsis est præpositionis περὶ, cujus pluscula exempla dedit Lambertus Bos ad vocem. *Musgravius.*]

[1118. Particulam γε delevi.]

λαβοῦσ' Ὀρέστην, σὸν κασίγνητον, τέκνον.
ἰδοὺ πάρεστιν ἥδε πειθαρχοῦσά σοι.
τὰ δ' ἄλλ' ἐγὼ πρὸ τῆσδε, κἀμαυτῆς φράσω.
ΑΓ. τέκνον, τί κλάεις; οὐδ' ἔθ' ἡδέως ὁρᾷς,
εἰς γῆν δ' ἐρείσασ' ὄμμα, πρόσθ' ἔχεις πέπλους;
ΙΦ. φεῦ. τίν' ἂν λάβοιμι τῶν ἐμῶν ἀρχὴν κακῶν;
ἅπασι γὰρ πρώτοισι χρήσασθαι πάρα,
κἂν ὑστάτοισι, κἂν μέσοισι πανταχοῦ.
ΑΓ. τί δ' ἐστὶν, ὥς μοι πάντες εἰς ἓν ἥκετε,
ξύγχυσιν ἔχοντες, καὶ ταραγμὸν ὀμμάτων;
ΚΛ. εἴφ' ἃν ἐρωτήσω σε γενναίως, πόσι.
ΑΓ. οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ μ', ἐρωτᾶσθαι θέλω.
ΚΛ. τὴν παῖδα τὴν σὴν, τήν τ' ἐμὴν μέλλεις κτανεῖν;
ΑΓ. ἔα. τλήμονά γ' ἔλεξας, ὑπονοεῖς θ' ἃ μή σε χρή.
ΚΛ. ἔχ' ἥσυχος,
κἀκεῖνό μοι τοπρῶτον ἀπόκριναι πάλιν.
ΑΓ. σὺ δ' ἤν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότ' ἂν κλύοις.
ΚΛ. οὐκ ἄλλ' ἐρωτῶ, καὶ σὺ μὴ λέγ' ἄλλα μοι.

1121. πρὸ τῆσδε, κἀμαυτῆς φράσω. Exemplaria habent πρὸς τῆσδε, quod nolui mutare. vid. ver. 1201. [Barnesianam πρὸ τῆσδε cum Musgravio prætuli.]

1122. οὐδέ θ' ἡδέως ὁρᾷς; Opinor, οὐδ' ἔθ' ἡδέως μ' ὁρᾷς, Εἰς γῆν—πέπλους; in Cod. C. legitur ουδ' εθ', et ita Reiskius. in A. deest πρόσθ.

1126. κἂν μέσοισι πανταχοῦ. Scripsit Euripides, nisi fallor, κἂν μέσοις, καὶ πανταχοῦ, ut Iph. Taur. 568.

1127. τί δ' ἐστίν; ὥς μοι. Delevi interrog. post ἐστίν, et verti, *Quid vero est quare* &c. vide supra ad ver. 1010.

1130. οὐδὲν κελευσμοῦ δεῖ γ'. Vel δεῖ μ', i. e. με. sic enim sæpe scribitur. Hippol. 491. Phœniss. 928. Æschyl. Prometh. 86.

[1130. δεῖ μ' pro δεῖ γ' editum ex emend. Marklandi, quam correctionem probare videtur Porsonus ad Orest. 659.]

1133. κἀκεῖνό μοι. Præclare Codd. A. B. C. supplent. Εχ' ησυχος, Κᾳκεινο μοι το πρῶτον &c. unde patet quare κᾳκεῖνο dicitur; quod mirum videbatur. Abrupta autem est oratio, qualiter fit in re inexspectata subito accidente. sæpe ita Sophocles.

1134. σὺ δ' ἣν γ' ἐρωτᾷς εἰκότ', εἰκότα κλύεις. Lego εἰκότ' ἂν κλύοις. ἂν κλύοις est *audies*.

ΑΓ. ὦ πότνια μοῖρα, καὶ τύχη, δαίμων τ' ἐμός.
ΚΛ. κἀμός τε, καὶ τῆσδ', εἷς τριῶν δυσδαιμόνων.
ΑΓ. τίν' ἠδίκησαι; ΚΛ. τοῦτ' ἐμοῦ πεύθει πάρα;
ὁ νοῦς ὅδ' αὐτὸς νοῦν ἔχων οὐ τυγχάνει.
ΑΓ. ἀπωλόμεσθα· προδέδοται τὰ κρυπτά μου.
ΚΛ. πάντ' οἶδα, καὶ πέπυσμ', ἃ σύ γε μέλλεις με δρᾷν.
αὐτὸ δὲ τὸ σιγᾷν, ὁμολογοῦντός ἐστι σου,
καὶ τὸ στενάζειν πολλά· μὴ καμνῃς λέγων.
ΑΓ. ἰδοὺ σιωπῶ· τὸ γὰρ ἀναίσχυντόν με δεῖ,
ψευδῆ λέγοντα, προσλαβεῖν τῇ ξυμφορᾷ.
ΚΛ. ἄκουε δὴ νῦν· ἀνακαλύψω γὰρ λόγους,
κοὐκέτι παρῳδοῖς χρησόμεσθ' αἰνίγμασιν.
πρῶτον μὲν, ἵνα σοι πρῶτα τοῦτ' ὀνειδίσω,
ἔγημας ἄκουσάν με, κἄλαβες βίᾳ,

1136. ὦ πότνια τύχη, καὶ μοῖρα, καὶ δαίμων γ' ἐμός. Scribendum forte, Ὦ πότνα | Τύχη, | καὶ Μοῖρα, &c. Codd. A. B. μοιρα δαιμων τ εμος. Cod. C. μοιρα τ' δαιμων γ. Artificii autem est hoc loco, quod Agamemnon, pro directo responso, tergiversatur, et ad exclamationem subterfugit. Heathius quoque conjicit πότνα. [MS. apud Musgravium δαίμων τ'. qui optime legit Ὦ πότνια μοῖρα, καὶ τύχη, δαίμων τ' ἐμός. Frustra Heathius et Marklandus legunt πότνα, quæ vox scenæ prorsus ignota est. Idem MS. delet καὶ ante δαίμων. *Porsonus.*]

1138. τίν' ἠδίκησαι. Codd. B. C. τιν' / τιμ', ἠδίκησε. Ald. et Barn. Τίν' ἠδίκησαι; *Qua in re* (vel *quibus in rebus*) *læsa fuisti?* Hoc sequor propter Aldinam. Alioquin non male legeretur Τί σ' ἠδίκησα; ut Alcest. 689. Electr. 1087. Vel, Τίς σ' ἠδίκησε; ut supra 382. Τίς ἀδικεῖ σε; Parum refert.

1139. ὁ νοῦς ὅδ' αὐτός. Disting. post ὅδ', ut αὐτὸς abundet, sicut passim. vid. ver. 811. Iph. Taur. 389. 556. In Evangeliis sæpe. *Hæc mens tua, mentem illa non habet.*

[1139. Cicero ad Attic. VII. 3. *Causam solum illa causa non habet; cæteris rebus abundat. Porsonus.*]

1141. μέλλεις με δρᾷν. Non male μέλλεις σφε δρᾷν· *illi*, sc. Iphigeniæ: ut hoc referatur ad ver. 1131. τὴν παῖδα—μέλλεις κτανεῖν; Pro πέπυσμ' Codd. A. B. πεπεισμ'.

1143. Distinguo, Καὶ τὸ στενάζειν πολλά· μὴ κάμνῃς λέγων. Pro στενάζειν, omnino verius mihi videtur στεγάζειν. sed paucis ita videbitur.

1149. ἔγημες ἄκουσάν με. Nescio quid sit Ἔγημες, quod tamen habent omnes quas vidi Editiones. Scribo Ἔγημας. Aor. 1. a γαμέω: ἐγάμησα, ἔγημα. [Recte ἔγημας ut citat Eustathius ad Hom. Od. Λ. p. 1693. (446, 48.) *Porsonus.*]

τὸν πρόσθεν ἄνδρα Τάνταλον κατακτανὼν,
βρέφος τε τοὐμὸν σῷ προσούδισας πέδῳ,
μαστῶν βιαίως τῶν ἐμῶν ἀποσπάσας·
καὶ τὼ Διός γε παῖδ᾽, ἐμώ τε συγγόνω,
ἵπποισι μαρμαίροντ᾽, ἐπεστρατευσάτην.
πατὴρ δὲ πρέσβυς Τυνδάρεως σ᾽ ἐῤῥύσατο,
ἱκέτην γενόμενον, τἀμὰ δ᾽ ἔσχες αὖ λέχη.
οὗ σοι καταλλαχθεῖσα, περὶ σὲ καὶ δόμους
ξυμμαρτυρήσεις ὡς ἄμεμπτος ἦν γυνὴ,
εἴς τ᾽ Ἀφροδίτην σωφρονοῦσα, καὶ τὸ σὸν
μέλαθρον αὔξουσ᾽, ὥστε σ᾽ εἰσιόντα τε
χαίρειν, θύραζέ τ᾽ ἐξιόντ᾽ εὐδαιμονεῖν.
σπάνιον δὲ θήρευμ᾽ ἀνδρὶ, τοιαύτην λαβεῖν
δάμαρτα· φλαύραν δ᾽ οὐ σπάνις γυναῖκ᾽ ἔχειν.
τίκτω δ᾽ ἐπὶ τρισὶ παρθένοισι παῖδά σοι
τόνδ᾽· ὧν μιᾶς σὺ τλημόνως μ᾽ ἀποστερεῖς.

[1150. Τάνταλον. Thyestæ filius fuit. Vide Pausaniam II. 18. 22. *Musgravius.*]

1151. σῷ προσούρισας πάλῳ. Consentiunt viri docti in προσούδισας, *solo adflixisti.*

[1151. σῷ προσούρισας πάλῳ. Manifesta hujus loci depravatio, et nemini non Interpretum animadversa est. Pro προσουρίσας satis apte Scaliger προσούδισας, quod genus crudelitatis non raro apud Veteres exercebant, quibus inhumanior natura erat. Vide Suidam in voce, et Psalm. CXXXVII. Non tamen temere προσούρισας ejecerim, quod significare certe potest, *vehementer versus aliquid, instar venti, impellens.* Pro πάλῳ alii πάτῳ *semita* legendum putant, alii πέδῳ *solo.* Utrique haud cunctanter prætulerim πύλῳ *portæ.* Hesychius; πύλα, πύλαι. Idem πύλῳ, ἀντὶ τοῦ πύλῃ, τῇ τοῦ ᾅδου. *Musgravius.* Idem in curis secundis corrigendum censet βρέφος τε τοὐμὸν ζῶν πρὸς ὀκρίδας βαλών. *Et infantem meum vivum cautibus asperis affligens.* Προσούδισας probat Wesselingius ad Herodot. p. 420. Quin et πέδῳ, emendationum, quas vidi, facillimam, in textum intuli.]

1153. τὼ Διός γε παῖδ᾽. Vel, Διός τε παῖδ᾽, quia sequitur, ἐμώ τε συγγόνω: vel, Καὶ τὼ Διός σε παῖδ᾽—ἐπεστρατευσάτην: ut Phœniss. 294. ἐπεστράτευσαν Ἀργεῖοι πόλιν.

1158. συμμαρτυρήσεις. Vel Σὺ μαρτυρήσεις. Æschyl. Eum. 616. Ἤδη σὺ μαρτύρησον.

1160. In Aldina et cæteris hic est, ὥστ᾽ εἰσιόντα τε. emendavit Canterus, ὥστε σ᾽ εἰσιόντα τε. Ver. 1163. pro φλαύραν A. φαυρον.

κἄν τις σ' ἔρηται, τίνος ἕκατί νιν κτενεῖς,
λέξον· τί φήσεις; ἢ 'μὲ χρὴ λέγειν τὰ σά;
Ἑλένην Μενέλαος ἵνα λαβῇ. καλόν γε, νῶ
κακῆς γυναικὸς μισθὸν ἀποτῖσαι τέκνα,
τἄχθιστα τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα.
ἄγ', ἢν στρατεύσῃ, καταλιπών μ' ἐν δώμασιν,
κἀκεῖ γενήσῃ διὰ μακρᾶς ἀπουσίας,
τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς,
ὅταν θρόνους τῆσδ' εἰσίδω πάντας κενούς,
κενοὺς δὲ παρθενῶνας; ἐπὶ δὲ δακρύοις
μόνη κάθημαι, τήνδε θρηνῳδοῦσ' ἀεί,
ἀπώλεσέν σ', ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατήρ,
αὐτὸς κτανών, οὐκ ἄλλος, οὐδ' ἄλλῃ χερί,

[1168. καλόν γε νῶ. Ita jam edd. rec. qua auctoritate nescio. Aldus καλὸν γένος. Præstiterit fortasse νῷν in dativo. *Musgravius.*]

1170. τἄχθιστα τοῖσι φιλτάτοις ὠνούμεθα. Constructio claudicat. Lego, ὠνουμένω, *redimentes*, dualiter. et ita conjecerat eruditus editor Hippolyti, Oxon. 1756. [Musgravius sc. qui vel hoc, vel ὠνουμένοιν pro diversa v. 1168. lectione corrigendum censuit.] Τἄχθιστα (τὰ ἔχθιστα) est ex conjectura virorum doctorum (post Brodæum) pro Ταχθέντα. Aldina propius Ταχθεῖσα, ut et Cod. B.

1171. ἢν στρατεύσῃ. Vox ἢν et sensus postulant, opinor, στρατεύσῃς, ut γενήσῃ, modi subjunctivi, secundam personam.

1173. τίν' ἐν δόμοις με καρδίαν ἕξειν δοκεῖς. Qui Euripidæ Iambis assueti sunt, hunc præferent, Τίν' ἐν δόμοισι καρδίαν μ' ἕξειν δοκεῖς, &c. Sed præcessit ἐν δώμασι, in hac ipsa sententia. unde igitur hic iterum ἐν δόμοις vel δόμοισι, in scriptore tam accurato, et a negligentia tam longe remoto? Τίν' ἔνδον εἷς σε καρδίαν μ' ἕξειν δοκεῖς, &c. Sed multa exempla in contrariam partem adferri possunt, pro ἐν δώμασι et ἐν δόμοις, in eadem periodo.

[1174. Sic Apsines inter Aldi Rhetoras p. 725, 21. Sed mox δόμους μὲν τούσδε προσίδω κενούς. *Porsonus.*]

[1178. Audi Brunckium ad Androm. 397. " Non pauca in Euripide luxata et " transposita. Pulcherrima Clytæmnes- " træ ῥῆσις in Iphigenia, nihil, quoad sen- " sum et phrasin, intricati habebit, splen- " didius lucescet, magisque movebit affec- " tum, si legitima moti sede versus eo repo- " nantur, quo flagitat dialectice." Totum igitur locum ita censet constituendum: Ἀπώλεσέν σ', ὦ τέκνον, ὁ φυτεύσας πατήρ, Αὐτὸς κτανών, οὐκ ἄλλος, οὐδ' ἄλλῃ χερί. Εἶεν. Θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· ἔνθα τίνας εὐχὰς ἐρεῖς; &c. usque ad 1207. deinde, Εἰ δ' εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς Τὴν σήν τε κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσει. Μὴ δῆτα, πρὸς θεῶν, μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ Κακὴν γενέσθαι περὶ σέ, μήτ' αὐτὸς γένῃ, Τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν

τοιόνδε μισθὸν καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους·
ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἔνδει μόνον,
ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ, καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι,
δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.
μὴ δῆτα, πρὸς θεῶν, μήτ' ἀναγκάσῃς ἐμὲ
κακὴν γενέσθαι περὶ σὲ, μήτ' αὐτὸς γένῃ.
εἶεν· θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· ἔνθα τίνας εὐχὰς ἐρεῖς;
τί σοι κατεύξει τἀγαθὸν, σφάζων τέκνον,
νόστον πονηρὸν οἴκοθέν γ' αἰσχρῶς ἰών;
ἀλλ' ἐμὲ δίκαιον ἀγαθὸν εὔχεσθαι τί σοι;
οὔτ' ἆρ' ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἂν,
εἰ τοῖσιν αὐθένταισιν εὖ φρονήσομεν;

πρὸς τοὺς δόμους· Ἐπεὶ βραχείας προφάσεως ἐνδεῖ μόνον, Ἐφ' ᾗ σ' ἐγὼ, χ'ἀι παῖδες αἱ λελειμμέναι, Δεξόμεθα δέξιν, ἥν σε δέξασθαι χρεών.]

1179. καταλιπὼν πρὸς τοὺς δόμους. Explicet qui potest, nisi πρὸς τοὺς δόμους sit idem quod τοῖς δόμοις, *familiæ tuæ*; cujusmodi multa esse verba scio, quæ dativum post se trahunt, vel accusativum cum præpositione πρός. Aliquando subintelligitur participium ante πρὸς, *portandum*, vel tale aliquid. Versus autem isti duo, Μὴ δῆτα—et, Κακὴν γενέσθαι—bene poni possent post hunc. Nam vox ἐπεὶ, *quoniam*, videtur reddere *rationem* duorum istorum versuum, non præcedentium. Sic, μήτ' αὐτὸς γένῃ· Ἐπεὶ βραχείας —δέξασθαι χρεών. Εἶεν· Θύσεις δὲ &c.

1180. προφάσεως ἔδει μόνον. Forte ἐνδεῖ, i. e. ἐνδεήσει, *opus erit*. Herodotus III, 57. in oraculo Siphniis dato, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς, i. e. δεήσει: *tunc opus erit solerti viro*. Et ita Reiskius. [et sic editum, probante Musgravio.]

1181. ἐγὼ, καὶ παῖδες αἱ λελειμμέναι. Forte, ἐγὼ, χ'ἀὶ παῖδες, αἱ λελειμμέναι, quæ amarissima sunt: *ego, et filiæ, quæ relictæ sunt*: id est, quas *Pater* suus nondum *interfecit*. Pro Ἐφ' ᾗ Cod. A. ἐφον vel ἐφου.

1185. Distinguendum: Εἶεν· Θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· ἔνθα τίνας εὐχὰς ἐρεῖς; i. e. "Esto: supponamus igitur te statuisse "filiam *tuam* (nam σὴν, quod multo acer-"bius est, mallem) mactare: quæso te, "quas preces eo tempore concepturus es? "Quidnam boni tibi precabere, tu qui "occidis filiam tuam, tu qui profectio-"nem (νόστον) improbam a domo pro-"fectus es?" Ita enim distinguendi sunt versus 1186, 1187. posito commate post τέκνον, et sublato isto post πονηρὸν: [ut Ald.] quæ neglecta miras absurditates pepererunt. Sane hæc sunt animosissima, spiritus, indignationis, et justæ argumentationis plena, et fortissima Tyndaridarum digna. Inter præcipua Euripidis, in hoc genere, haberi possunt.

1189. οὔτ' ἄρ' ἀσυνέτους. Non opus est Οὐκ ἄρ' Duporti. Οὔτ' hic est οὔτι, non οὔτε. Mallem ἆρ'. *nonne igitur* &c. [ἦτ' ἆρ' Musgravius cum Valckenærio Diatr. Eurip. p. 188.]

[1190. φρονήσομεν. Hoc verbum vitiosum arbitratur Valckenærius loc. cit. quo judice, εὔφρονες γένοιντ', aut simile quidpiam,

ἥκων δ' ἐς Ἄργος προσπεσεῖ τέκνοισι σοῖς;
ἀλλ' οὐ θέμις σοι. τίς δὲ καὶ προσβλέψεται
παίδων σ', ὅτων ἂν προθέμενος κτάνῃς τινά;
ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων· ἢ σκῆπτρά σοι
μόνον διαφέρειν, καὶ στρατηλατεῖν σε δεῖ,
ὃν χρὴ δίκαιον λόγον ἐν Ἀργείοις λέγειν,
βούλεσθ', Ἀχαιοὶ, πλεῖν Φρυγῶν ἐπὶ χθόνα;
κλῆρον τίθεσθε, παῖδ' ὅτου θανεῖν χρεών.
ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ'· ἀλλὰ μή σ' ἐξαίρετον

ad Deos referendum, sensus loci postulare videtur.]

1191. *προσπέσοις τέκνοισι σοῖς. Amplecteris liberos tuos?* ut Electr. 576. Sed Codd. A. B. hic habent *προσπεσῃς*, ut Hecub. 736. vide Dorvill. ad Chariton. p. 44. Budæus hanc verbi significationem non notavit. Cum quarto et cum tertio casu ponitur; nonnunquam cum præpositione *πρὸς*, ut et observavit Priscianus. [p. 1204.]

[1191. *προσπεσεῖ* debetur Musgravio.]

1193. *παίδων σ', ἐὰν αὐτῶν.* Minore negotio scripsisset *ἂν αὐτῶν·* quod et notat Heathius.

[1193. *ὅτων ἂν* editum ex citatione Porsoni ad Phœn. 1373.]

1194. *ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων· ἢ σκῆπτρα* &c. *De his* scilicet inter nos *jam verbis convenit: an sceptris* &c. Ita vertitur, sed non ex lingua. *ἦλθον* est primæ personæ, *veni; ταῦτ'* est *εἰς ταῦτα, ad hæc*, ut centies in Euripide post verbum motus. *διὰ λόγων, per sermones*, i. e. oratione. Dicit Clytæmnestra: *Jam oratio mea devenit ad hæc*, quæ statim sequuntur, *ἢ σκῆπτρα* &c. et quæ novum argumentum contra cædem Iphigeniæ constituunt. Idem dicitur ver. 1392. *Κἀπ' ἐκεῖν' ἔλθωμεν· Οὐ δεῖ* &c. In Cod. C. est *ηλθεν*: quod etiam explicari potest.

Ibid. *ἢ σκῆπτρά σοι Μόνον διαφέρειν* &c. Donec certo statuatur ex libris de hoc loco, qui innumeris conjecturis patet, totus legi et distingui potest, parva admodum mutatione, ita ut intelligi saltem possit: *Ταῦτ' ἦλθον ἤδη διὰ λόγων· εἰ σκῆπτρά σε Μόνον διαφέρειν, καὶ στρατηλατεῖν γ' ἔδει, Οὐ χρῆν δίκαιον λόγον ἐν Ἀργείοις λέγειν, Βούλεσθ', Ἀχαιοὶ, πλεῖν Φρυγῶν ἐπὶ χθόνα; Κλῆρον τίθεσθε, παῖδ' ὅτου κτανεῖν χρεών. Διαφέρειν σκῆπτρα* pro *φέρειν*, ut *διαφέρειν ψῆφον*, pro *φέρειν*, Orest. 49. 1690. et Herodot. IV, 138. *γλῶσσαν διαφέρειν* Sophocl. Trachin. 326. Pro *Ὃν* scripsi *Οὐ*: quod et Barnesium conjecisse video: pro *χρὴ, χρῆν*: et pro *θανεῖν* mallem *κτανεῖν*, quod atrocitatem auget; et hac voce per totam hanc satiram Clytæmnestra utitur, invidiæ faciendæ caussâ. Longius abest, *σκήπτροισί σ' εἰ Μόνον διαφέρειν* &c. diversâ significatione verbi *διαφέρειν*. Nam Menelaus *sceptrum* gestavit, et alii duces apud Homerum: sed cum aliqua forte *differentia* in *forma* ejus.

1199. *ἐν ἴσῳ γὰρ ἦν τόδ'.* Mallem, *γ' ἂν ἦν τόδ'. Æquale saltem hoc fuisset:* nam *ἂν ἦν* est usitatius *fuisset*; quod postulat sensus. Ion. 839. *Ἁπλοῦν ἂν ἦν γὰρ τὸ κακὸν, εἰ παρ' εὐγενοῦς* &c. ubi legendum, *ἐγγενοῦς, indigena.* Sed *ἂν* non semper exprimitur.

σφάγιον παρασχεῖν Δαναΐδαισι παῖδα σήν·
ἢ Μενέλεων πρὸ μητρὸς Ἑρμιόνην κτανεῖν,
οὗπερ τὸ πρᾶγμ' ἦν. νῦν δ' ἐγὼ μὲν, ἡ τὸ σὸν
σώζουσα λέκτρον, παιδὸς ὑστερήσομαι·
ἡ δ' ἐξαμαρτοῦσ', ὑπότροπον νεανίδα
Σπάρτῃ κομίζουσ', εὐτυχὴς γενήσεται.
τούτων ἄμειψαί μ' εἴ τι μὴ καλῶς λέγω·
εἰ δ' εὖ λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς
τὴν σήν τε, κἀμὴν παῖδα, καὶ σώφρων ἔσει.

ΧΟ. πιθοῦ· τὸ γάρ τοι τέκνα συσσώζειν καλὸν,

[1201. *πρὸ μητρός*. Ita recte Barnesius, Scaligero auctore. Conf. Alcest. 476. Aldus *πρὸς μητρός*. *Musgravius*.]

1203. *παιδὸς ὑστερήσομαι*. Attici dicunt στερήσομαι, vel ἀποστερήσομαι: quod et hic restituendum opinor, παῖδ' ἀποστερήσομαι. Notat Priscianus lib. 18. [p. 1168.] Græcos dicere ἀποστερούμενοι τοῦτο καὶ τούτου. et ita iterum p. 1176. ubi videtur oblitus se eadem prius dixisse. [Alia leguntur utroque loco ed. Ald.] Exempla verbi ἀποστερεῖσθαι cum accusativo ubique occurrunt. Quid sit ὑστερεῖσθαι vid. ap. Bezam ad Rom. III. 23. [Legendum forte παῖδα σοι στερήσομαι. De syntaxi confer Bacch. 1371. *Musgravius*.]

1204. *ὑπόστροφον νεανίδα Σπάρτῃ κομίζουσ'*. Codd. A. B. C. υποτροφον. Lego, ὑπότροπον, *reducem*. Hesychius: Ὑπότροπος: ἐξαποστροφῆς. forte, ἐξ ὑποστροφῆς, quemadmodum brevia Schol. in Homer. Il. Z. 367. Suidas: Ὑπότροπος, ἐξ ὑποστροφῆς ἐπανεληλυθώς. vid. Demosth. De Coron. p. 94. ed. Oxon. Sophocl. Elect. 727. Per νεανίδα intelligitur Hermione, Helenæ et Menelai filia. Κομίζουσ' ambiguum est: et dubito an Σπάρτῃ recte habeat. Quæro an Σπάρτην κομίζουσ'. *Spartam reducens*. Legit Heathius ὑπότροπος et de Helena intelligit. [Tyrwhitto placet ἀπότροφον *procul* a matre *nutritam*. Hesychius: ἀπότροφος, μακρὰν τεθραμμένος. Herodot. II. p. 71. ed. H. Steph. τὸν Ἄρεα ἀπότροφον γενόμενον. Credo hoc viro acutissimo inde in mentem venisse, quia revera ἀπότροφος erat Hermione, decem continuos annos a matre sejuncta. Verum nihil tale sperabat Clytæmnestra, sed contra, eam illico domum redituram, et filiæ educandæ iterum adfuturam. Præstat igitur, meo judicio, ὑπότροφον. *Musgravius*.]

1207. *εἰ δ' εὖ λέλεκται νῶϊ, μὴ δή γε*. Νῶϊ pro νῶϊν solœcum est (Auctor Solœcist. p. 744.) idem ac, *si* NOBIS *recte diximus*, pro, *si* NOS. vide notam Grævii ibi. præterea νῶϊ hic dissyllabum est, contra morem Atticum. Euripides forte scripsit, Εἰ δ' εὖ λέλεκται νῶϊν (i. e. νῶν), σὺ μὴ δή γε (vel δῆτα) κτάνῃς. Μὴ δῆτα, *orantis*, frequenter occurrit. Piersonus ad Mœrin legit,—λέλεκται ταῦτα νῷν, μὴ δὴ κτάνῃς.

1209. Cod. A. συνσωζειν. vid. ad ver. 407. Vers. 1210. Cod. B. αντειπη, pro ἀντείποι. Demosthenes inseruisset ἂν, Adv. Leptin. p. 36. ed. Tayl. οὐδεὶς ἂν ἀντείποι. vid. ver. 1016. Vers. 1212. idem Codex μιταδουσ' pro ἐπᾴδουσ'.

Ἀγάμεμνον· οὐδεὶς πρὸς τάδ' ἀντείποι βροτῶν.
ΙΦ. εἰ μὲν τὸν Ὀρφέως εἶχον, ὦ πάτερ, λόγον,
πείθειν ἐπᾴδουσ' ὥσθ' ὁμαρτεῖν μοι πέτρας,
κηλεῖν τε τοῖς λόγοισιν οὓς ἐβουλόμην,
ἐνταῦθ' ἂν ἦλθον· νῦν δὲ τἀπ' ἐμοῦ σοφὰ,
δάκρυα παρέξω· ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἄν.
ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν,
τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὅπερ ἔτικτεν ἥδε σοι.
μή μ' ἀπολέσῃς ἄωρον· ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς
λεύσσειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς μή μ' ἰδεῖν ἀναγκάσῃς.
πρώτη σ' ἐκάλεσα πατέρα, καὶ σὺ παῖδ' ἐμέ·
πρώτη δὲ γόνασι σοῖσι σῶμα δοῦσ' ἐμὸν,
φίλας χάριτας ἔδωκα, κἀντεδεξάμην.
λόγος δ' ὁ μὲν σὸς ἦν ὅδ'· Ἆρά σ', ὦ τέκνον,
εὐδαίμον' ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν ὄψομαι

1215. *ταῦτα γὰρ δυναίμεθα.* Forte, *δυναίμεθ' ἄν.* ut Iph. Taur. 62. *ταῦτα γὰρ δυναίμεθ' ἂν Σὺν προσπόλοισιν.* et ita forte leg. Troas. 771. Scio tamen hanc particulam apud Atticos sæpe subaudiri. [Sed sæpius exprimitur. Quare in contextu addidi.]

1216. *γόνασιν ἐξάπτω.* Lego, *γόνατος* (i. e *γονάτων,* ut ver. 911. 992. Supplic. 165.) *ἐξάπτω,* ut Bacch. 24. Aristides Isthm. p. 23. et talia innumera, cum casu secundo.

1219. *βλέπειν· τὰ δ' ὑπὸ γῆς.* Plutarch. De audiend. Poet. p. 17. C. habet *λεύσσειν,* et *ὑπὸ γῆν.* utrumvis probum. Verba, *ἡδὺ—βλέπειν,* in parenthesi non male poni possunt, ob ceterorum connexionem, *μὴ ἀπολέσῃς—μηδὲ ἀναγκάσῃς.* [Omnino legendum *λεύσσειν,* cujus scholium est *βλέπειν* ut patebit conferenti Schol. ad Æschyl. Prom. 144. J. Albert. ad Hesych. T. II. p. 458. ubi locum scholiastæ illius adducit. Schol. ad. Hom. Il. A. 120. *Porsonus.*]

[1220. Libanius T. I. p. 290. A. de Agamemnone: *ἀλλ' ἔκοντα, καὶ καθ' αὑτὸν ἐπιδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἣν ἔτικτεν, ὦ θεοὶ, καὶ παῖδα προσεῖπε καὶ προσάγειν τῷ βωμῷ, καὶ πρὸς σφαγὴν ἐπιθεῖναι τὸ ξίφος.* Forsan ex Nostro *παῖδα πρώτην προσεῖπε.* Confer Æschin. c. Ctesiphon. p. 395. *Porsonus.*]

1221. in exemplaribus est *γούνασι,* non *γόνασιν*: quod notatu dignum est propter Ionicum *γούνασι,* ut Andromach. 892. in Iambo, ut hic: et Sophocl. Œd. Col. 1678. Vide ad Iph. Taur. ver. 36.

1224. *εὐδαίμονος ἀνδρὸς ἐν δόμοισιν.* Legeram *Εὐδαίμοσ'* sc. *ἐν δόμοισιν*: et, *Εὐδαιμονοῦντος ἐν δόμοισιν,* ut vulgata esset ab explicatione suprascripta, *ευδαιμονος ανδρος.* / *Εὐδαιμονοῦντος.*

ζῶσάν τε καὶ θάλλουσαν ἀξίως ἐμοῦ;
οὑμὸς δ' ὅδ' ἦν αὖ, περὶ σὸν ἐξαρτωμένης
γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζυμαι χερὶ,
τί δ' ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ' εἰσδέξομαι
ἐμῶν φίλαισιν ὑποδοχαῖς δόμων, πάτερ,
πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς;
τούτων ἐγὼ μὲν τῶν λόγων μνήμην ἔχω,
σὺ δ' ἐπιλέλησαι, καί μ' ἀποκτεῖναι θέλεις.
μὴ πρός σε Πέλοπος, καὶ πρὸς Ἀτρέως πατρὸς,
καὶ τῆσδε μητρὸς, ἣ πρὶν ὠδίνουσ' ἐμὲ,
νῦν δευτέραν ὠδῖνα τήνδε λαμβάνει.
τί μοι μέτεστι τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων,
Ἑλένης τε; πόθεν ἦλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τὠμῷ, πατερ;
βλέψον πρὸς ἡμᾶς, ὄμμα δὸς φίλημά τε,
ἵν' ἀλλὰ τοῦτο κατθανοῦσ' ἔχω σέθεν

Sed melius Piersonus Versimil. p. 65. Εὐδαίμον' ἀνδρὸς, i. e. σε εὐδαίμονα. Vers. 1225. pro ἀξίως A. αξιαν. [Lego, ἐν ὀλβίου δόμοισιν ἀνδρὸς ὄψομαι. In Med. 1239. pro εὐδαίμων Auctor Christi Patientis ὄλβιος exhibet. Sed vera lectio est Ἆρα σ' εὐδαίμονος, Ὦ τέκνον ἀνδρὸς, vel potius, ἆρ' εὐδαίμονος, Ὦ τέκνον, ἀνδρός σ' ἐν δόμοισιν ὄψομαι. Mox distingue, Τί δ' ἆρ' ἐγὼ σὲ πρέσβυν; ἆρ' ἐ. *Porsonus.*]

1227. Distinguo, οὗ νῦν ἀντιλάζυμαι χερὶ, Τί δ' ἆρ' ἐγώ σε; πρέσβυν ἆρ' εἰσδέξομαι &c. Vulgo, Τί δ' ἆρ' ἐγώ σε πρέσβυν; ἆρ' &c. et plene distinguitur post χερί. ista vero οὗ —χερὶ, in parenthesi, si malis, includi possunt. [N. B. Aldus ἀντιλάζομαι. Vide Porsonum ad Orest. 1213.]

[1230. ἀποδιδοῦσα πόνων valet hic ἀποδιδοῦσα ἀντὶ πόνων. Sic χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο Hom. Od. XII. 326. in quo eadem Ellipsis est. πόνοι sunt labores liberorum causa et ad dignitatem familiæ tuendam suscepti. *Musgravius.* Conferendus J. Pricæus ad Ep. I. Timoth. V. 4.]

1233. μὴ, πρός γε Πέλοπος. Πρός σε Πέλοπος, scil. ἱκετεύω σε πρὸς Πέλοπος. Phœniss. 1659. Ναὶ, πρός σε τῆσδε μητρός. ubi vide Valckenærium: et notas meas ad Supplic. 277.

1234. καὶ τῆσγε μητρός. Scribo τῆσδε, *hujusce*, δεικτικῶς: ut Phœniss. modo citato loco, et supra hac Fab. 1217. et ita Cod. C.

1236. Lego et distinguo, Τί μοι μέτεστι τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων; Ἑλένη τε πόθεν ἦλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ 'μῷ, πάτερ; nam in vulgata, Ἀλεξάνδρου γάμων Ἑλένης τε; πόθεν ἦλθ' &c. deest certus nominativus verbo ἦλθε. Brodæus dicit, Πάρις esse nominativum. Quæso te, quare non æque Ἑλένη sit nominativus?

μνημεῖον, εἰ μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις.
ἀδελφὲ, μικρὸς μὲν σύ γ' ἐπίκουρος φίλοις,
ὅμως δὲ συνδάκρυσον, ἱκέτευσον πατρὸς,
τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν. αἴσθημά τι
κἀν νηπίοις γε τῶν κακῶν ἐγγίγνεται.
ἰδοὺ σιωπῶν λίσσεταί σ' ὅδ', ὦ πάτερ.
ἀλλ' αἴδεσαί με, καὶ κατοίκτειρον βίον.
ναὶ, πρὸς γενείου σ' ἀντόμεσθα δύο φίλω·
ὁ μὲν νεοσσός ἐστιν, ἡ δ' ηὐξημένη.
ἓν ξυντεμοῦσα, πάντα νικήσω λόγον·
τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν·

1242. *ὅμως δὲ σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίνου πατρός.* Heathius, *δάκρυσ' ἱκέτης.* Sed omnes Codices habent, [*συνδάκρυσον,*] *ἱκέτευσον.* unde forte legendum est *πάρος*: quia *ἱκέτευσον πατρὸς* a Græcis ignoratur: et probabile videtur voces *ἱκέτης γίνου* scriptas fuisse supra *ἱκέτευσον*, et postea *πατρὸς* subditum esse loco *πάρος*. [Mihi nec Aldi, nec MSStorum lectiones usquequaque placent. Tentabam aliquando, *ὅμως δὲ συνδάκρυσον, ἱκέτευσον τάδε.* Vide supra 462. Orest. 673. Helen. 948. Usum v. *τάδε*, de quo ampliandum censuit Porsonus ad Hec. 1244. illustrat Valckenærius ad Phœn. 430. Hoc etiam obiter monendum, in loco Hecubæ *τάδε* ex veteri, ut videtur, codice, ad marginem exemplaris Hervagiani, in Bibliotheca Bodleiana servati, enotari.]

1243. *Τὴν σὴν ἀδελφὴν μὴ θανεῖν. αἴσθημά τι* &c. Cod. A. *την σην αδελφην ως αισθημα τι.* unde verisimile est voces *μὴ θανεῖν* esse ab interpolatione, et aliud quid ab Euripide scriptum fuisse: quale esset, *Τὴν σήν τ' ἀδελφὴν σῶσον. ὡς αἴσθημά τι* &c. Non mirandum est, Euripidem nobis tam sæpe obscurum esse: mirum est potius, post tot interpolatrices vel negligentes manus, restare aliquid quod nos intelligamus.

1247. *δύω φίλω.* Mihi videtur auctor scripsisse *δύω τέκνω*: præ quo, *δύω φίλω* frigidum est et inefficax. Favet huic opinioni versus proxime sequens. Viri docti [Dawes. Misc. Crit. p. 347. Valckenær. Phœn. 585. *Porsonus.*] statuunt, Atticos non scribere *δύω*, sed *δύο*. aliter tamen Aristophanes Ἱππ. 1347. ubi metrum non admittit *δύο* [locum correxit Brunckius]. Versu antecedente pro *κατοίκτειρον βίον* forte leg. *βίου*, ut *οἰκτείρω σε μόρου* Æschyl. Agam. 1330. Sumtus videtur ex Iliad. X. 82. *τάδε τ' αἴδεο, καί μ' ἐλέησον.* *Βίου* erit *ἕνεκα βίου*, *quod ad vitam attinet*. vide ver. 1336. [Nihili sunt, quæ ad hunc versum scripsit Vir doctus. *φίλω* satis defendit Euripid. Phœniss. 1702. (1653.) ad cujus fabulæ versum 1659. recte citat *δύο φίλω* Valckenærius. *Porsonus.*]

[1249. *πάντα λόγον* non regitur a *νικήσω*, quod Canterus putabat, sed a *ξυντεμοῦσα*. Hecub. 1180. *ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω.* Neque dicere solent Græci *ἕν τι συντέμνειν*, sed *πολλά τινα συντέμνειν.* Pro *νικήσω*, forte verum fuerit *κινήσω*. *ἓν κινήσω*, *unum adhuc experiar*. *συντεμοῦσα πάντα λόγον totum sermonem contrahens.* *Musgravius.* *κινήσω* Canter. Port. *Porsonus.*]

τὰ νέρθε δ' οὐδέν. μαίνεται δ', ὃς εὔχεται
θανεῖν. κακῶς ζῆν κρεῖσσον, ἢ θανεῖν καλῶς.
ΧΟ. ὦ τλῆμον Ἑλένη, διὰ σὲ καὶ τοὺς σοὺς γάμους,
ἀγὼν Ἀτρείδαις καὶ τέκνοις ἥκει μέγας.
ΑΓ. ἐγὼ τά τ' οἰκτρὰ συνετός εἰμι, καὶ τὰ μή,
φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα· μαινοίμην γὰρ ἄν.
δεινῶς δ' ἔχει με ταῦτα τολμῆσαι, γύναι,
δεινῶς δὲ, καὶ μή· τοῦτο γὰρ πρᾶξαί με δεῖ.
ὁρᾶθ' ὅσον στράτευμα ναύφρακτον τόδε,
χαλκέων ὅπλων ἄνακτες Ἑλλήνων ὅσοι,
οἷς νόστος οὐκ ἔστ' Ἰλίου πύργους ἔπι,
εἰ μή σε θύσω, μάντις ὡς Κάλχας λέγει,
οὐδ' ἔστι Τροίας ἐξελεῖν κλεινὸν βάθρον.
μέμηνε δ' Ἀφροδίτη τις Ἑλλήνων στρατῷ,
πλεῖν ὡς τάχιστα βαρβάρων ἐπὶ χθόνα,
παῦσαί τε λέκτρων ἁρπαγὰς Ἑλληνικὰς,
οἳ τὰς ἐν Ἄργει παρθένους κτείνουσί μου,
ὑμᾶς τε, κἀμὲ, θέσφατ' εἰ λύσω θεᾶς.

1251. *τὰ νέρθε δ' οὐδείς.* Scil. *ἥδεται βλέπων.* Sed Stobæus Tit. 118. habet, *Τὸ νέρθεν οὐδέν·* et ex eo Heathius. Bene *οὐδὲν* de *mortuis.* Alcest. 381. Electr. 1172. Troad. 627. Verum videtur, *Τὰ νέρθε δ' οὐδὲν*, i. e. *Mortui vero nihil sunt.* [Sic etiam Valckenærius Diatr. Eurip. p. 141.]

1256. *φιλῶν ἐμαυτοῦ τέκνα.* Mallem, *φιλῶ τ' ἐμαυτοῦ τέκνα.* Similis locus Helen. 1004. *φιλῶ τ' ἐμαυτὴν*, &c. Herc. Fur. 280. *Ἐγὼ φιλῶ μὲν τέκνα.* Hippol. 315. *φιλῶ τέκνα.* [et sic editum, probante Musgravio. Nec dissentit Porsonus. Qui addit, Euripid. fortasse Erectheo, apud Plutarch. II. p. 809. D. *φιλῶ τέκν'· ἀλλὰ πατρίδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶ.*]

1263. *Τροίας ἐξελεῖν καινὸν βάθρον.* Scalig. *κενόν.* Barnesius omnino manere vult *καινόν.* Lego, *κλεινὸν*, quod est frequentissimum Trojæ Epitheton. sic ver. 1069. Troad. 25. 1278. Helen. 104. et multis aliis locis. Valckenærius quoque ita emendat ad Phœniss. 1746. et Reiskius. [Suffragantur Toupius, et Musgravius.] Hic autem versus præcedenti bene præponi potest, et forte debet.

1267. *κτείνουσι.* Viri docti *κτενοῦσι*: probabiliter. vid. ver. 533. 535. Iidem legunt *θέσφατ'* (ver. 1268.) pro *θέσφατον*: quod certum est, si Anapæstus 4to loco Iambi excludi debeat.

οὐ Μενέλεώς με καταδεδούλωται, τέκνον,
οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα,
ἀλλ' Ἑλλὰς, ᾗ δεῖ, κἂν θέλω, κἂν μὴ θέλω,
θῦσαί σε. τούτου δ' ἥσσονες καθέσταμεν.
ἐλευθέραν γὰρ δεῖ νιν, ὅσον ἐν σοὶ, τέκνον,
κἀμοὶ, γενέσθαι, μηδὲ βαρβάροις ὕπο,
Ἕλληνας ὄντας, λέκτρα συλᾶσθαι βίᾳ.

ΚΛ. ὦ τέκνον, ὦ ξέναι,
οἲ 'γὼ, θανάτου τοῦ σοῦ μελέα.
φεύγει σε πατὴρ ᾅδη παραδούς.
ΙΦ. οἲ 'γὼ, μῆτερ, μῆτερ· ταυτὸν
μέλος εἰς ἄμφω πέπτωκε τύχης,
κοὐκέτι μοι φῶς,
οὐδ' ἀελίου τόδε φέγγος.

ἰὼ, ἰώ· νιφοβόλον
Φρυγῶν νάπος,
Ἴδας τ' ὄρεα, Πρίαμος ὅθι ποτὲ
βρέφος ἁπαλὸν ἔβαλε,
ματρὸς ἀπόπρο νοσφίσας,
ἐπὶ μόρῳ θανατόεντι,
Πάριν, ὃς Ἰδαῖος, Ἰδαῖος

[1271. Repetendum ex præcedentibus *καταδεδούλωταί με. Musgravius.*]

[1274. *βαρβάροις ὑπό.* Usitatior constructio est *βαρβάρων ὑπό. Musgravius.*]

1277. *θανάτου σοῦ.* "Legendum opinor, "*θανάτου τοῦ σοῦ*," [sic etiam Musgravius,] "ut constet metrum, quod in "septem hisce primis versiculis anapæ- "sticum est." *Heathius.*

1279. *ταυτὸ γὰρ Μέλος.* Scribendum opinor, *ταυτὸ δὲ* (nisi malis *γε* ut Heathius) *Μέλος*, propter anapæstum. [*τόδε γὰρ* Musgravius. Dele *γὰρ*, et lege *ταυτόν. Porsonus.*]

ἐλέγετ᾽, ἐλέγετ᾽ ἐν Φρυγῶν πόλει.
μήποτ᾽ ὤφειλε τὸν ἀμφὶ
βουσὶ βουκόλον τραφέντ᾽
Ἀλέξανδρον οἰκίσαι
ἀμφὶ τὸ λευκὸν ὕδωρ, ὅθι κρῆναι
νυμφᾶν κεῖνται,
λειμών τ᾽ ἄνθεσι
θάλλων χλωροῖς,
καὶ ῥοδόεντ᾽ ἄνθεα ὑακίν-
θινά τε θεαῖσι δρέπειν.
ἔνθα ποτὲ Παλλὰς ἔμολε, καὶ
δολιόφρων Κύπρις,
Ἥρα θ᾽, Ἑρμᾶς θ᾽ ὁ Διὸς ἄγγελος,
ἁ μὲν ἐπὶ πόθῳ τρυφῶσα Κύπρις,
ἁ δὲ δορὶ Παλλὰς,
Ἥρα τε Διὸς ἄνακτος
εὐναῖσι βασιλίσι,
κρίσιν ἐπὶ στυγνὰν,
ἔριν τε τᾶς καλλονᾶς,
ἐμοὶ δὲ θάνατον, ὄνομα μὲν
φέροντα Δαναΐδαισιν, ὦ κόραι.

ΧΟ. πρόθυμά σ᾽ ἔλαβεν Ἄρτεμις πρὸς Ἴλιον.

[1293. οἰκῆσαι Musgravius, improbante Brunckio ad Androm. 293.]

1296. λειμών τ᾽ ΑΝΘΕΣΙ Θάλλων χλωροῖς, Καὶ ῥοδόεντ᾽ ΑΝΘΕΑ. Ῥοδόεντ᾽ ἄνθεα sunt *rosæ*. Ἄνθεσι et ἄνθεα tam prope posita, suspecta esse possent, in alio scriptore.

[1296. Constituit Brunckius: Λειμών τ᾽ ἄνθεσι θάλλων χλοεροῖς, Καὶ ῥοδόενθ᾽ ὑακίνθινά τ᾽ ἄνθη Δρέπειν θεαῖσιν.]

1309. ὄνομα μέν. Codd. B. C. αν. μεν. latet aliquid. Ver. 1305. pro Ἥρα τε mallem δέ.

[1309. In oppositionibus nunquam non præcedit ea pars, quæ μὲν conjunctum habet. Legendum igitur, Δαναΐδαισιν ὄνομα μὲν Φέροντ᾽, ἐμοὶ δε θάνατον, ὦ κόραι. *Musgravius.* Et sic recitat Brunckius.]

ΙΦ. ὁ δὲ τεκών με τὰν τάλαιναν,
ὦ μῆτερ, ὦ μῆτερ,
οἴχεται προδοὺς ἔρημον.
ὦ δυστάλαιν' ἐγὼ, πικρὰν,
πικρὰν ἰδοῦσα δυσελέναν,
φονεύομαι, διόλλυμαι
σφαγαῖσιν ἀνοσίοισιν
ἀνοσίου πατρός.
μή μοι ναῶν χαλκεμβολάδων
πρύμνας ἅδ' Αὐλὶς δέξασθαι
τούσδ' εἰς ὅρμους, εἰς Τροίαν
ὤφελεν ἐλάταν πομπαίαν,
μήτ' ἀνταίαν Εὐρίπῳ πνεῦσαι πομπὰν
Ζεὺς, μειλίσσων αὔραν ἄλλοις
ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρειν,
τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν,
τοῖς δ' ἐξορμᾷν, τοῖς δὲ στέλλειν,
τοῖσι δὲ μέλλειν.
ἦ πολύμοχθον ἄρ' ἦν γένος,
ἦ πολύμοχθον ἁμερίων;

1318, 1319. σφαγαῖσιν &c. Unum Iambum efficiunt hi duo versus, Σφαγαῖσιν ἀνοσίοισιν ἀνοσίου πατρός. Et præcedentes dividi possunt, Πικρὰν ἰδοῦσα δυσελέναν φονεύομαι. Διόλλυμαι Σφαγαῖσιν—πατρός. Sed hæc incerta sunt: neque quisquam, opinor, nunc potest affirmare, qua modificatione Auctor ea reliquerit, et innumera alia in melicis seu choricis, quæ in diversa versuum genera facile redigi possunt.

[1324. πομπὰν idem valet quod ἄνεμον. Vid. supra 352. *Musgravius*.]

1327. τοῖς δὲ λύπαν, &c. Anapæstus proculdubio fuit, ut sequens, et præcedentes. Proinde scribendum, Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν. Et ita Heathius. [Locum sic constituit Tyrwhittus. Μήτ' ἀνταίαν Εὐρίπῳ πνεῦσαι πνοιάν. Ζεὺς μειλίσσων (vel εἱλίσσων) αὔραν ἄλλοις Ἄλλαν θνατῶν λαίφεσι χαίρει, Τοῖσι δὲ λύπαν, τοῖσι δ' ἀνάγκαν. κ. τ. λ.]

1331. Tollo interrog. post ἁμερίων: ante quam vocem deesse opinor τῶν ad supplendum anapæstum.

χρεὼν δέ τι
δύσποτμον ἀνδράσιν ἀνευρεῖν;
ΧΟ. ἰὼ, ἰώ. μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
τοῖς Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρα.
ἐγὼ μὲν οἰκτείρω σε συμφορᾶς κακῶν
τυχοῦσαν, οἵας μήποτ' ὤφελες τυχεῖν.
ΙΦ. ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας.
ΚΛ. τόν τε τῆς θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ γε δεῦρ' ἐλήλυθας.
ΙΦ. διαχαλᾶτέ μοι μέλαθρα, δμῶες, ὡς κρύψω δέμας.
ΚΛ. τίνα δὲ φεύγεις, τέκνον; ΙΦ. Ἀχιλλέα τόνδ' ἰδεῖν αἰσχύνομαι.
ΚΛ. ὡς τί δή; ΙΦ. τὸ δυστυχές μοι τῶν γάμων αἰδῶ φέρει.
ΚΛ. οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι πρὸς τὰ νῦν πεπτωκότα.
ἀλλὰ μίμν'· οὐ σεμνότητος ἔργον, ἢν δυνώμεθα.

1333. ἀνδράσιν. Forte ἄνδρεσσιν: ut sit Parœmiacus. Χρεῶν δὲ τι Δυσποτμον ἀνδρεσσιν ἀνευρειν. Poëtica conceduntur in Choris. Anapæstica hæc incipiunt ab istis, Μή μοι ναῶν &c. ver. 1321. Si retineatur ἀνδράσιν, forte leg. ἐξευρεῖν. Ἀνδράσιν pro ἀνθρώποις.

1335. Τυνδαρὶς κόρα. Pro κόρη. Sententia per se absoluta est, qualis illa Iph. Taur. 788. Ὦ ῥαδίοις ὅρκοισι περιβαλοῦσά με! ubi vide.

1339. ΚΛ. τόν τε τῆς Θεᾶς παῖδ', ὦ τέκνον γ', ᾧ δεῦρ' ἐλήλυθας. Bis peccat in leges Trochaïcorum. Restitueris parva mutatione, τόν τε τῆς Θεᾶς παῖδα, τέκνον, ᾧ γε δεῦρ' ἐλήλυθας. Θεᾶς est monosyllabon, ut persæpe. Et ita Heathius. Hæc tamen aliter distinguenda esse opinor, ΙΦ. ὦ τεκοῦσα μῆτερ, ἀνδρῶν ὄχλον εἰσορῶ πέλας, Τόν τε τῆς Θεᾶς παῖδα. ΚΛ. τέκνον, ᾧ γε δεῦρ' ἐλήλυθας; *eumne, filia, cujus caussa huc venisti?* [Edidi ad mentem Musgravii.]

1341. ΚΛ. τί δὲ φεύγεις, τέκνον; ΙΦ. τὸν Ἀχιλλέα, τὸν ἰδεῖν αἰσχύνομαι. Tria sunt menda metrica in hoc Trochaïco. Scribo, ΚΛ. τίνα δὲ φεύγεις, τέκνον; ΙΦ. Ἀχιλλέα, τόν γ' ἰδεῖν αἰσχύνομαι. Duæ ultimæ syllabæ in Ἀχιλλέα contrahuntur in unam, quasi esset Ἀχιλλ-yᾶ, ut Rheso 977. Codd. A. B. delent τὸν priore loco, quod huic ordinationi favet, et τίνα necessarium reddit. Τὸν pro ὃν, ut passim, et in Menandreis n. CCII. Ἡ δ' οἰκί' ἐν τῇ πάντα πρωτεύει γυνὴ, &c. sic scribendum. ἐν τῇ pro ἐν ᾗ. sic ἔνθα pro ἐν τᾷ, (i. e. ᾇ vel ᾗ) Iph. Taur. 176. In Menandro vulgo legitur ἐν ᾗ, contra metrum. [Admisi correctionem Musgravii.]

1343. πρὸς τὰ νῦν πεπραγμένα. Bene: ut Æschyl. Pers. 803. Sed cum Codd. A. B. habeant πεπτωκοτα, ita edidi, ut Hippol. 718. Electr. 639. Plutarch. ad Apollon. p. 112. E. unde patebit metaphora. [Interpretatur Musgravius, *non in eo statu es, qui pudorem hunc delicatum postulet.* Lectioni etiam receptæ idem patrocinatur, ex Platone p. 755. A. citans, ὥσπερ ἐν πτώσει κύβων πρὸς τὰ πεπτωκότα τίθεσθαι.]

ΑΧ. ὦ γύναι τάλαινα, Λήδας θύγατερ. ΚΛ. οὐ ψευδῆ θροεῖς.
ΑΧ. δείν' ἐν Ἀργείοις βοᾶται. ΚΛ. τίνα βοήν; σήμαινέ μοι.
ΑΧ. ἀμφὶ σῆς παιδός. ΚΛ. πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγον.
ΑΧ. ὡς χρεὼν σφάξαι νιν. ΚΛ. οὐδεὶς τοῖσδ' ἐναντίον λέγει;
ΑΧ. εἰς θόρυβον ἐγώ τι καὐτὸς ἦλθον. ΚΛ. ἐς τίν', ὦ ξένε;
ΑΧ. σῶμα λευσθῆναι πέτροισι. ΚΛ. μῶν κόρην σώζων ἐμήν;
ΑΧ. αὐτὸ τοῦτο. ΚΛ. τίς δ' ἂν ἔτλη σώματος τοῦ σοῦ θιγεῖν;
ΑΧ. πάντες Ἕλληνες. ΚΛ. στρατὸς δὲ Μυρμιδόνων οὔ σοι παρῆν;
ΑΧ. πρῶτος ἦν ἐκεῖνος ἐχθρός. ΚΛ. δι' ἄρ' ὀλώλαμεν, τέκνον.
ΑΧ. οἵ με τῶν γάμων ἀπεκάλουν ἥσσον'. ΚΛ. ἀπεκρίνω δὲ τί;
ΑΧ. τὴν ἐμὴν μέλλουσαν εὐνὴν μὴ κτανεῖν. ΚΛ. δίκαια γάρ.
ΑΧ. ἣν ἐφήμισεν πατήρ μοι. ΚΛ. κἀργόθεν γ' ἐπέμψατο.
ΑΧ. ἀλλ' ἐνικώμην κεκραγμοῦ. ΚΛ. τὸ πολὺ γὰρ δεινὸν κακόν.
ΑΧ. ἀλλ' ὅμως ἀρήξομέν σοι. ΚΛ. καὶ μάχει πολλοῖσιν εἷς;
ΑΧ. εἰσορᾷς τεύχη φέροντας τούσδ'; ΚΛ. ὄναιο τῶν φρενῶν.
ΑΧ. ἀλλ' ὀνησόμεσθα. ΚΛ. παῖς ἄρ' οὐκέτι σφαγήσεται;
ΑΧ. οὐκ, ἐμοῦ γ' ἑκόντος. ΚΛ. ἥξει δ' ὅστις ἅψεται κόρης;
ΑΧ. μυρίοι γ'· ἄξει δ' Ὀδυσσεύς. ΚΛ. ἆρ' ὁ Σισύφου γόνος;
ΑΧ. αὐτὸς οὗτος. ΚΛ. ἴδια πράσσων, ἢ στρατοῦ ταχθεὶς ὕπο;
ΑΧ. αἱρεθεὶς ἑκών. ΚΛ. πονηράν γ' αἵρεσιν, μιαιφονεῖν.

1347. *πονηρὸν εἶπας οἰωνὸν λόγον.* Vel *λόγων*, vel *λόγου*. [probat Musgravius.] Phœniss. 1346. Herc. Fur. 538. Ion. 753. Versu proxime sequenti, pro *κ' οὐδεὶς* metrum poscit *οὐδείς*. Ortum est mendum a repetitione præcedentis Κ in ΚΛ. Ita quoque legit Heathius.

1349. *εἰς θόρυβον ἐγώ τοι κἀυτὸς ἤλυθον.* Metrum postulat *ἔγωγε*, vel *ἐγὼ δὲ*, vel *ἐγώ τε*, vel brevem aliquam syllabam post *ἐγώ*. Pro *ἤλυθον* mallem *ἦλθον*, si cum MSS. [Contra metrum peccat *τοι*. An legendum *τι*, *aliquantum? Musgravius.*]

1350. Pro *σώζειν* legi posset *σώζων* cum Cantero et Reiskio, vel *σώσων*, et tamen neutro opus est. *σώζειν* est *ὥστε σώζειν*, ut bene Portus. sic *μιαιφονεῖν* ver. 1364. et *δρέπειν* ver. 1299. [*σώζων* cum Musgravio prætuli.]

1355. Recte Barnesius rejicit Scaligeri conjecturam *εἶναι* pro *εὐνὴν*, quod significat *uxorem* (Hippol. 885. Sophocl. Antig. 1238.) ut *εὐνὶς*, *εὐνέτις*, et *λέκτρον*.

1363. *ἰδίᾳ πράσσων.* Metrum poscit *ἴδια*, adverbialiter, ultima brevi. Et ita Heathius.

1364. *πονηράν γ' αἵρεσιν, μιαιφονεῖν.* Sic distinguendum. Constructio est *αἱρεθεὶς*

ΑΧ. ἀλλ' ἐγὼ σχήσω νιν. ΚΛ. ἄξει δ' οὐχ ἑκοῦσαν ἁρπάσας;
ΑΧ. δηλαδὴ ξανθῆς ἐθείρης. ΚΛ. ἐμὲ δὲ χρὴ τί δρᾷν τότε;
ΑΧ. ἀντέχου θυγατρός. ΚΛ. ὡς τοῦδ' οὕνεκ' οὐ σφαγήσεται.
ΑΧ. ἀλλὰ μὴν εἰς τοῦτό γ' ἥξει. ΙΦ. μῆτερ, εἰσακούσατε
τῶν ἐμῶν λόγων· μάτην γάρ σ' εἰσορῶ θυμουμένην
σῷ πόσει. τὰ δ' ἀδύναθ' ἡμῖν καρτερεῖν οὐ ῥᾴδιον.
τὸν μὲν οὖν ξένον δίκαιον αἰνέσαι προθυμίας·
ἀλλὰ καὶ σὲ τοῦθ' ὁρᾷν χρὴ, μὴ διαβληθῇς στρατῷ,
καὶ πλέον πράξωμεν οὐδὲν, ὃς δὲ συμφορᾶς τύχῃ.
οἷα δ' εἰσῆλθέν μ' ἄκουσον, μῆτερ, ἐννοουμένην.
κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται· τοῦτο δ' αὐτὸ βούλομαι

πονηράν γε αἵρεσιν, (ὥστε, vel εἰς τὸ) μιαιφονεῖν. *malam sane electionem electus, ut homicidium perpetret.*

[1366. edidi χρὴ τί pro vulg. τὶ χρή.]

1367. τοῦδ' οὕνεκ'. Codd. A. B. ενεκ', quasi voluissent εἵνεκ'. nam τοῦδ' οὕνεκ' forte dubium videbatur: sine caussa.

1368. ἀλλὰ μὴν εἰς τοῦτό γ' ἥξει. Imo, ἥξω· *Atqui ad hoc veniam:* scil. ἵνα μὴ σφαγήσηται.

[1368. Malim εἰς ταὐτό γ' ἥξει *eodem res recidet.* Sic εἰς ταυτὸν ἥξεις Hippol. 275. ubi Scholiastes ἥκει. Quod si retinetur τοῦτο, de cæde Iphigeniæ explicandum erit. Barnesio tamen judice, vel manum supra capulum ponens hæc ait, vel socios milites respectans. *Musgravius.*]

[1370. ἀδύνατα si a καρτέρειν regatur, quem sensum habere possit non video. Malim igitur legere ἡμῶν pro ἡμῖν, ut τὰ ἀδύνατα ἡμῶν valeat τὴν ἐμὴν ἀδυναμίαν, vel ἡμεῖς ἀσθενεῖς ὄντας. Sensus est, *Fieri vix potest, ut nostra imbecillitas resistendo par sit. Musgravius.*]

1373. ὃς δέ. Cod. A. ὅδε συμφορας. Hoc erat, opinor, ὅδε δὲ συμφορᾶς τύχῃ. Cod. C. ὃς ὅδε. Versu 1376. B. C. δυσγενες pro δυσμενές. vid. ad Iph. Taur. 592. [Musgravius edidit ὅδε δὲ σ. ex MS.]

1375. κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται. Liceat hic paullum evagari, modo ne extra oleas. Aristoteles Poëtic. cap. XV. *de moribus Personarum in Tragædia*, quatuor res circa eos exigit; quarum quarta est τὸ ὁμαλὸν, *æquabilitas*, sive constans sibi similitudo qualis ab incepto processerat; et exemplum contrarii, sive τοῦ ἀνωμάλου, *inæquabilitatis*, profert hanc Iphigeniam Euripidis: οὐδὲν γὰρ (inquit) ἔοικεν ἡ ἱκετεύουσα τῇ ὑστέρᾳ· *ea enim supplicans, nihil similis est ei quæ postea fuit.* Verum dicit. Sed et eandem rem in cæteris hujus Dramatis Personis, excepta Clytæmnestra, observare potuisset. Singulas sistamus, posthabito Nuncio, quia ejus est nihil præter *narrare:*

Agamemnonis et Menelai subita animi et partium invicem mutatio, nulla nova existente vel apparente caussa vera, æque ἀνώμαλος consideranti apparebit, ac ista Iphigeniæ fuit:

Achilles, qui quidvis pati vel facere paratus erat ut puellam servaret, mox Ipse in ejusdem *sacrificio* primas partes agit:

Chorus, qui tam suaviter et miserabiliter sortem Iphigeniæ defleverat ad finem Actus Quarti, postea cædem jam certam æquo animo fert, neque adhuc δεινοπαθεῖ et promittit ei *gloriam immortalem*, ver. 1504: et Dianam celebrat ob ejus mor-

εὐκλεῶς πρᾶξαι, παρεῖσά γ' ἐκποδὼν τὸ δυσμενές.
δεῦρο δὴ, σκέψαι μεθ' ἡμῶν, μῆτερ, ὡς καλῶς λέγω.
εἰς ἔμ' Ἑλλὰς ἡ μεγίστη πᾶσα νῦν ἀποβλέπει,
κἀν ἐμοὶ πορθμός τε ναῶν, καὶ Φρυγῶν κατασκαφαὶ,
τάς τε μελλούσας γυναῖκας, ἤν τι δρῶσι βάρβαροι,
μηκέθ' ἁρπάζειν ἐᾶν τᾶς ὀλβίας ἐξ Ἑλλάδος,
τὸν Ἑλένης τίσαντας ὄλεθρον, ἥντιν' ἥρπασεν Πάρις.
ταῦτα πάντα κατθανοῦσα ῥύσομαι· καί μου κλέος,
Ἑλλάδ' ὡς ἠλευθέρωσα, μακάριον γενήσεται.
καὶ γὰρ οὐδέ τοι λίαν γ' ἐμοὶ φιλοψυχεῖν χρεών·

tem, *tanquam* ἐπ' εὐτυχεῖ πότμῳ, *ob eventum fortunatum :*

976. αὐδὴν—λαβών. Conjeceram (quod et Scalig. et Reiskius) λακὼν, ex Orest. 329. et Aristoph. Plut. 39. [Sic et Musgravius.] nisi λαβὼν ponatur pro λαβόντος μου (vid. ad 947.): cui obstare videtur quod versus proxime sequens finiatur voce λαβεῖν. [βαλὼν Oxon.]

983. ἀλλ' ὦ φίλη γ'. Lectio MSS. est, Ἀλλ', ὦ φιληθεῖσ', ὦ κασίγνητον κάρα· de qua dubitari non potest. Ver. 986. ληψομεθα Cod. B. non ληψόμεσθα. parum interest. Ver. 988. pro ἀεὶ Scal. et Cant. restituerunt ἄγει.

[983. ὦ φίλη σύγ' Tyrwhittus probante Musgravio.]

[987. Expectares ἐπέζεσεν τῷ Ταντάλείῳ σπέρματι ut Hec. 587. δεινόν τι πῆμα Πριαμίδαις ἐπέζεσε.]

990. Ἄργει γενέσθαι. Id est, ἐν Ἄργει: nisi scrib. Ἄργει 'γγενέσθαι, i. e. γενέσθαι ἐν Ἄργει, ut ἐγκαταστήσω Μυκήναις, paullo ante. Γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, Matt. xxvi, 6. γενόμενα ἐν τῇ Καπερναοὺμ, Lucas iv, 23. qui in Actis Apost. sæpe ita scribit. Scio tamen Atticos sæpe omittere præpositionem ἐν.

992. κτανοῦντί με. Forte pro κτανόντι. Hic versus omittitur in A. In præce-

θυμουμένη, πατρῷον ὀρθῶσαι θέλω.
σφαγῆς τε γὰρ σῆς χεῖρ' ἀπαλλάξαιμεν ἂν,
σώσαιμι δ' οἴκους. τὴν θεὸν δ' ὅπως λάθω,
δέδοικα, καὶ τύραννον, ἡνίκ' ἂν κενὰς
κρηπῖδας εὕρῃ λαΐνας ἀγάλματος.
πῶς δ' οὐ θανοῦμαι; τίς δ' ἔνεστί μοι λόγος;
ἀλλ' εἰ μὲν ἕν τι τοῦθ' ὁμοῦ γενήσεται,
ἄγαλμά τ' οἴσεις, κἄμ' ἐπ' εὐπρύμνου νεὼς
ἄξεις, τὸ κινδύνευμα γίγνεται καλόν.
τούτου δὲ χωρισθεῖσ', ἐγὼ μὲν ὄλλυμαι,
σὺ δ' ἂν, τὸ σαυτοῦ θέμενος εὖ, νόστου τύχοις.
οὐ μήν τι φεύγω γ', οὐδέ μ' εἰ θανεῖν χρεὼν,
σώσασά σ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἀνὴρ μὲν ἐκ δόμων
θανὼν, ποθεινός· τὰ δὲ γυναικὸς, ἀσθενῆ.

ΟΡ. οὐκ ἂν γενοίμην σοῦ τε καὶ μητρὸς φονεύς·
ἅλις τὸ κείνης αἷμα. κοινόφρων δέ σοι

denti, pro σέ τε μεταστῆσαι πόνων, Aldina habet σοι et πόνον. A. B. quoque σοι et πον$^{ον.}_{ων.}$ Aliter solet Euripides. vid. 775. 1175. Helen. 862. et Sophocl. Philoct. 466. D. Lucas xvi, 4. Et metro objici potest, si legatur σοι.

993. ὀρθῶσαι θέλω. Verbum θέλω minime necessarium videtur, cum initio hujus sententiæ positum fuerit. An πάλιν scripsit? ὀρθῶσαι πάλιν esset ἀνορθῶσαι Sophoclis, Œd. Tyr. 46, 51. Scriptum forte, $^{θελω}_{ὀρθῶσαι}$ πάλιν. Antig. 169. ὤρθωσαν πάλιν.

995. σώσαιμι δ' οἴκους. Mallem, Σώσαιμί Τ' οἴκους· quia præcessit, Σφαγῆς ΤΕ γὰρ σῆς.

998. Pro τίς γ' ἔνεστί Aldina τίς δ' ἔνεστί. melius. et ita B. Ἔνεστι sensu idem quod ἐνέσται. Demosth. in Midiana p. 101. οὐκ ἐνέσται αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς. Versu sequenti pro τοῦθ' mallem ταῦθ', quia de duabus rebus loquitur. sic ver. 1016.

1005. σώσασά σ', οὐ γάρ. Ἀλλ' ἀνήρ. Distingui potest, Σώσασά σ'· οὐ γὰρ ἀλλ' ἀνὴρ &c. *etenim vir* &c. et ita Reiskius. οὐ γὰρ ἀλλὰ est *etenim*, satis nota locutio, ex multis nostri et aliorum locis; sed et vulgata defendi potest. Pro γυναικὸς, MSS. Gall. γυναικων. τὰ γυναικῶν, id est, γυναῖκες, ut τὰ Θεῶν *Dii*, Iph. Aul. 33.

[1006. γυναικῶν Marklandus e MSS. probante Musgravio. Ex Aldo quantocyus restitue γυναικὸς, quod etiam oppositionem fortiorem facit. Porsonus Supplem. Præf. p. xxxv.]

καὶ ζῆν θέλοιμ' ἂν, καὶ θανὼν λαχεῖν ἴσον.
ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω,
πρὸς οἶκον, ἤ σου κατθανὼν μενῶ μέτα.
γνώμης δ' ἄκουσον· εἰ πρόσαντες ἦν τόδε
Ἀρτέμιδι, πῶς ἂν Λοξίας ἐθέσπισεν
κομίσαι μ' ἄγαλμα θεᾶς πόλισμ' εἰς Παλλάδος,
καὶ σὸν πρόσωπον εἰσιδεῖν; ἅπαντα γὰρ
ξυνθεὶς τάδ' εἰς ἓν, νόστον ἐλπίζω λαβεῖν.
ΙΦ. πῶς οὖν γένοιτ' ἂν, ὥστε μήθ' ἡμᾶς θανεῖν,
λαβεῖν θ' ἃ βουλόμεσθα; τῇδε γὰρ νοσεῖ
νόστος πρὸς οἴκους· ἥδε βούλευσις πάρα.
ΟΡ. ἆρ' ἂν τύραννον διολέσαι δυναίμεθ' ἄν;
ΙΦ. δεινὸν τόδ' εἶπας, ξενοφονεῖν ἐπήλυδας.

1010. ἄξω δέ γ', ἢν μὴ κἀυτὸς &c. Vetus scriptura est, Ἥξω δέ γ' ἤνπερ (vel ἤνπερ) κἀυτός. Canterus restituit, Ἄξω δέ σ'. Barnesius pro ἤνπερ edidit ἢν μή. Propior erat emendatio, Ἄξω δέ σ', ἤνπερ μὴ αὐτὸς ἐνταυθοῖ πέσω, *Abducam vero te, nisi ipse hic occubuero.* Μὴ αὐτὸς dissyllabum est, ut apud Aristophanem Ecclesiaz. 639. Μὴ αὐτὸν ἐκεῖνον τύπτῃ δεδιὼς, τοῖς δρῶσιν τοῦτο μαχεῖται. Male ibi Faber, Μὴ τὸν ἑαυτοῦ τύπτῃ &c. nihil mutandum erat. sæpe scribitur μ' αὐτὸς pro μὴ αὐτὸς: sed vera elisio est μὴ 'υτός. Ita Andromach. 808. μὴ ἀντὶ τῶν δεδραμένων, vera enuntiatio est, μὴ 'ντὶ τῶν δεδραμένων: et sic erat in præstantissima Vet. Editione, literis uncialibus Florentiæ impressa, cujus varietates mecum communicavit vir doctissimus Joannes Fosterus S. T. P. Ita μὴ 'δικεῖν pro μὴ ἀδικεῖν plus semel imprimitur in Æschyli Eumenidibus, et nostri Hippol. 1011. et Μάλ' pro Μὴ, 'λλ', i. e. Μὴ, ἀλλὰ, nunc legitur in Aristoph. Βατραχ. ver. 624. et Μὴ, ἀλλὰ pro Μὴ, 'λλὰ ap. eund. Ὀρν. 109. et alibi. Ne igitur turberis quando legis apud summum virum Animadvers. in Athenæum II, 14. Μὴ ὥραισι &c. "primæ duæ syllabæ vocis "ὥραισι coalescunt in spondæum cum "præcedente Μὴ, &c." Nunquam enim ita fit; et locus est adhuc mendosus, facilis tamen emendatu.

[1010. Pro ἐνταυθοῖ legendum conjicit Elmsleius ad Aristoph. Acharn. 152. ed. Oxon. 1809. ἔμπροσθεν.]

1018. τῇδε γὰρ νόει Νόστον πρὸς οἴκους· ἡ δὲ βούλησις πάρα. Pro Νόστον omnes Codd. Gallici exhibent Νοστος: quod innuit depravatam esse vocem νόει. Lego, τῇδε γὰρ νοσεῖ Νόστος πρὸς οἴκους. ἥδε βούλευσις πάρα. Sic Iph. Aul. 965. νόστος πρὸς Ἴλιον κάμνει (i. e. νοσεῖ) ἐν τῷδε. Tragicis νοσεῖν dicitur quodcumque *non recte* procedit. Βούλευσις pro βούλησις certum puto. πάρα pro πάρεστι: *hæc est res de qua nunc consultare debemus.* ἥδε βούλευσις non ἡ δὲ βούλησις. Ver. 1020. pro ἂν scribi potuit οὖν, ante τύραννον. Quæstio Oresti maxime est consentanea: et responsum, Iphigeniæ. [1017. κτανεῖν Ald.]

ΟΡ. ἀλλ' εἴ σε σώσει, κἀμὲ, κινδυνευτέον.
ΙΦ. οὐκ ἂν δυναίμην· τὸ δὲ πρόθυμον ᾔνεσα.
ΟΡ. τί δ' εἴ με ναῷ τῷδε κρύψειας λάθρα;
ΙΦ. ὡς δὴ σκότος λαβόντες ἐκσωθεῖμεν ἄν;
ΟΡ. κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆσδ' ἀληθείας τὸ φῶς.
ΙΦ. εἴσ' ἔνδον ἱεροὶ φύλακες, οὓς οὐ λήσομεν.
ΟΡ. οἴ μοι, διεφθάρμεσθα. πῶς σωθεῖμεν ἄν;
ΙΦ. ἔχειν δοκῶ μοι καινὸν ἐξεύρημά τι.
ΟΡ. ποῖον τί; δόξης μετάδος, ὡς κἀγὼ μάθω.
ΙΦ. ταῖς σαῖς ἀνίαις χρήσομαι σοφίσμασιν.
ΟΡ. δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας.
ΙΦ. φονέα σε φήσω μητρὸς ἐξ Ἄργους μολεῖν.
ΟΡ. χρῆσαι κακοῖσι τοῖς ἐμοῖς, εἰ κερδανεῖς.
ΙΦ. ὡς οὐ θέμις γε λέξομεν θύειν θεᾷ—
ΟΡ. τίν' αἰτίαν ἔχουσ'; ὑποπτεύω τὶ γάρ.
ΙΦ. οὐ καθαρὸν ὄντα· τὸ δ' ὅσιον δώσω φόνῳ.
ΟΡ. τί δῆτα μᾶλλον θεᾶς ἄγαλμ' ἁλίσκεται;
ΙΦ. πόντου σε πηγαῖς ἁγνίσαι βουλήσομαι.

1025. Ponenda est not. interrog. post ἐκσωθεῖμεν ἄν, uti recte emendatum a Brodæo, pro ἐξωθεῖμεν ἄν.

1026. κλεπτῶν γὰρ ἡ νὺξ, τῆς δ' ἀληθείας τὸ φῶς. Hic versus, huic loco et personæ Orestis parum accommodus, ex Novo Testamento conflatus videtur. Hoc, et præcedente iambo omissis, multo melius connexioni consultum foret.

1027. Nihil muto: quæro solum an ἱεροφύλακες scribendum pro ἱεροὶ φύλακες, qui ναοφύλακες vocantur 1284. [ἱεροφύλακες placet Musgravio.]

1031. ταῖς σαῖς ἀνοίαις. Codd. A. B. C. ανιαις. Recte. ἀνοίαις falsum diceret.

1035. ὡς οὐ θέμις γε λέξομεν. Opinor, σε λέξομεν. "Reiskius: Χ' ὡς οὐ θέμις σε "λέξομεν." post Θεᾷ posui notam abruptionis—quia versus abhinc alter, ab hoc pendet.

1036. τίν' αἰτίαν ἔχουσ', ὑποπτεύω τι γάρ. Omnino contra, *non suspicor:* et idcirco quærit, *quam causam prætendens?* Lego, Τίν' αἰτίαν σχοῦσ'; οὐχ ὑποπτεύω τι γάρ. Sic Helen. 476. Τίν' αἰτίαν σχὼν &c. οὐχ amittebatur in præcedente σχοῦσ'.

1037. τὸν δ' ὅσιον δώσω φόνῳ. A. B. pro τὸν δ' ὅσιον habent το δ' οσιον, servantes sensum et metrum sine anapæsto. *quod vero purum est dabo neci:* id est, *rem puram*, te purificatum. Pro δώσω non male legi posset δώσειν, sc. λέξομεν, *dicam*. sed idem significat δώσω, nempe, *dicam me daturam*, ut mox βουλήσομαι, est, *dicam me velle*. [Conjicit Tyrwhittus, οὐ καθαρὸν ὄντα σ', ἀνόσιον δὲ, σῷ φόνῳ.]

ΟΡ. ἔστ' ἐν δόμοισι βρέτας, ἐφ' ᾧ πεπλεύκαμεν.
ΙΦ. κἀκεῖνο νίψαι, σοῦ θιγόντος, ὡς ἐρῶ.
ΟΡ. ποῖ δῆτα; πόντου νοτερὸν εἶπας ἔκβολον;
ΙΦ. οὗ ναῦς χαλινοῖς λινοδέτοις ὁρμεῖ σέθεν.
ΟΡ. σοὶ δὴ τίς ἄλλος ἐν χεροῖν οἴσει βρέτας;
ΙΦ. ἐγώ· θιγεῖν γὰρ ὅσιον ἔστ' ἐμοὶ μόνῃ.
ΟΡ. Πυλάδης δ' ὅδ' ἡμῖν ποῦ τετάξεται φόνου;
ΙΦ. ταυτὸν χεροῖν σοι λέξεται μίασμ' ἔχων.
ΟΡ. λάθρα δ' ἄνακτος, ἢ εἰδότος, δράσεις τάδε;
ΙΦ. πείσασα μύθοις· οὐ γὰρ ἂν λάθοιμί γε.
ΟΡ. καὶ μὴν νεώς γε πίτυλος εὐήρης πάρα.
ΙΦ. σοὶ δὴ μέλειν χρὴ τἄλλ', ὅπως ἕξει καλῶς.
ΟΡ. ἑνὸς μόνου δεῖ, τάσδε συγκρύψαι τάδε.
ἀλλ' ἀντίαζε, καὶ λόγους πειστηρίους

1040. ἔστ' ἐν δόμοισι—πεπλεύκαμεν. C. ἐστ' ἐν &c. pro Ἔστ' ἐν. Optime monet Heathius notam interrog. ad finem versus tollendam esse. Illa dixerat, Mari te abluam et purgabo. Ille respondet, Quid hoc ad rem? Statua, quam peto, non ibi est, sed in templo.

1041. ὡς ἐρᾷ. Lego, ὡς ἐρῶ. *quod cupio*, me cupere: θέλω νίψαι, infra 1191. Suidas: Ἐρᾷ, ἐπιθυμεῖ. Confirmant ἐρῶ omnes Codd. Paris. et Reiskius. [ὡς ἐρῶ, *ut dicam*, sc. te tetigisse. *Musgravius.*]

1042. ποῖ δῆτα; πόντου νοτερὸν εἰ ἐπ' ἔκβολον. Ald. εἶπεν. Port. et Steph. editt. εἶπ. unde obvium erat et certum, Ποῖ δῆτα, πόντου νοτερὸν εἶπας &c. Ποῖ; *quonam?* quia *ad* locum. εἶπας, *dicis*, *vis dicere*, ut Alcest. 520. Supplic. 602. et alibi passim. Confirmant omnes Codices. Pro ἔκβολον scribendum ἐκβολήν. νοτερὸν ἐκβολὴν, *humidum* (non *australem*, quod esset νότιον) *effluxum maris*. Quando navigabant ad templum Dianæ, symplegas illis erat εἰσβολή: quando redibant, ἐκβολή. Barnesius quoque ἐκβολὴν mavult.

1046. ποῦ τετάξεται φόνου. Ποῦ φόνου; *in qua parte cædis?* nempe, istius cædis quam dices me perpetrasse. Non opus videtur πόνου. vide versum proxime sequentem.

[1046. φόνου. Musgravius δόλου. Similiter conjecit Hecub. 245.]

1048. ἢ εἰδότος. Hæ duæ voces hoc loco sunt *trium* tantum syllabarum. neque tamen diphthongus εἰ elidi potest, neque ἤ. opinor ε solum in εἰδότος elidi, et ι concedere in præcedentem voculam, ita, ᾗ 'δότος, quemadmodum ᾗθεος scribitur pro ἠίθεος, παρῇδος pro παρηΐδος, et multa talia.

1049. λάθοιμί σφε. Omnes MSS. γε. quod recepi, metro quoque cogente. Cyclop. 194. οὔπερ ἂν λάθοιτέ γε. nam μι in λάθοιμι longa foret ante σφ, ut ver. 770. Ἡ 'ν Αὐλίδι σφαγεῖσ'. [Aldus σε.]

εὕρισκ'. Ἔχει τοι δύναμιν εἰς οἶκτον γυνή.
τὰ δ' ἄλλ' ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς.
ΙΦ. ὦ φίλταται γυναῖκες, ὡς ὑμᾶς βλέπω,
καὶ τἄμ' ἐν ὑμῖν ἐστιν, ἢ καλῶς ἔχειν,
ἢ μηδὲν εἶναι, καὶ στερηθῆναι πάτρας,
φίλης τ' ἀδελφῆς, φιλτάτου τε συγγόνου.
καὶ πρῶτα μέν μοι τοῦ λόγου τάδ' ἀρχέτω·
γυναῖκές ἐσμεν, φιλόφρον ἀλλήλων γένος,
σώζειν τε κοινὰ πράγματ' ἀσφαλέσταται.
σιγήσαθ' ἡμῖν, καὶ ξυνεκπονήσατε
φυγάς. Καλόν τι γλῶσσ', ὅτῳ πίστις παρῇ.
ὁρᾶτε δ', ὡς τρεῖς μία τύχη τοὺς φιλτάτους,
ἢ γῆς πατρῴας νόστος, ἢ θανεῖν ἔχει.
σωθεῖσα δ', ὡς ἂν καὶ σὺ κοινωνῇς τύχης,
σώσω σ' ἐς Ἑλλάδ'. ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς,

1055. ἴσως ἅπαντα συμβαίη καλῶς. Cogitari forte posset de ἂν πάντα pro ἅπαντα, ut ἂν cum potentiali συμβαίη, idem sit quod futurum συμβήσεται, evenient, ut sæpe.

1057. Cod. A. υμιν. nonnullæ editt. ἡμῖν. male. Τἀμὰ hoc versu est ἐγώ: vide sequentia; et Iph. Aul. 483. Andromach. 234.

1059. φίλου τ' ἀδελφοῦ. Scribendum proculdubio, Φίλης τ' ἀδελφῆς, sc. Electra. nam quod sequitur, φιλτάτου τε συγγόνου, Oresten exprimit.

1061. pro ἀλλήλων B. ἀλληλοις. Ver. 1064. pro καλόν τι A. καλον τοι. Bene, utpote in gnome, ubi τοι sæpissime locum habet.

1065. ἢ γῆς πατρῴας νόστον. Id est, κατὰ νόστον. Constructio est, μία τύχη ἔχει τρεῖς, ἢ [κατὰ] νόστον γῆς πατρῴας, ἢ [κατὰ τὸ] θανεῖν· *eadem fortuna tres habet, quod attinet vel ad reditum in patriam, vel mortem.* Νόστος γῆς πατρῴας, i. e. εἰς γῆν, ut ἄστεως ὁδὸς, εἰς ἄστυ, Phœniss. 859. Nulla difficultas hoc loco videtur, sive scribatur νόστον, vel νόστος. [Corrigendum putavi νόστος cum Musgravio, Heathio, et Valckenærio ad Hippol. 1403.]

1068. σώσω σ' εἰς Ἑλλάδ'. ἀλλὰ πρὸς σὲ δεξιᾶς. Omnia recte habent. sed observatu dignus est (varietatis et oblectationis gratia) Sigmatismus, cujus sibilo adeo delectatus, vel ei certe adeo εὐεπίφορος erat Noster, ut idcirco ab antiquis quoque notatus fuerit. unde istud Eubuli [Platonis] comici, ἔσωσας (vel ἔσωσά σ') ἐκ τῶν Σιγμάτων Εὐριπίδου. [recte ἔσωσας ut patebit consulenti Porsonum ad Medeæ locum.] Celebris est ob hanc rem versus Medeæ 476. quem respicit Eubulus, Ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι &c. ubi vide Barnesium. Hippolyt. 1167. Ἀραί τε τοῦ σοῦ στόματος, ἃς σὺ σῷ πατρὶ &c. Ion. 386.

σὲ, καί σ' ἱκνοῦμαι, σὲ δὲ φίλης παρηΐδος,
γονάτων τε, καὶ τῶν ἐν δόμοισι φιλτάτων,
μητρὸς, πατρός τε, καὶ τέκνων, ὅτῳ κυρεῖ.
τί φατέ; τίς ὑμῶν φησίν; ἢ τίς οὐ θέλει;
φθέγξασθε ταυτά· μὴ γὰρ αἰνουσῶν λόγους,
ὄλωλα κἀγὼ, καὶ κασίγνητος τάλας.
ΧΟ. θάρσει, φίλη δέσποινα, καὶ σώζου μόνον,
ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι πάντα σιγηθήσεται,
ἴστω μέγας Ζεὺς, ὧν ἐπισκήπτεις πέρι.
ΙΦ. ὄναισθε μύθων, καὶ γένοισθ' εὐδαίμονες.
σὸν ἔργον ἤδη, καὶ σὸν, εἰσβαίνειν δόμους,
ὡς αὐτίκ' ἥξει τῆσδε κοίρανος χθονὸς,
θυσίαν ἐλέγχων, εἰ κατείργασται, ξένων.
ὦ πότνι', ἥπερ μ' Αὐλίδος κατὰ πτύχας

Σύ γ' οὐκ ἔΣωΣας τὸν Σὸν, ὃν ΣῶΣαί Σ' ἐχρῆν. Andromed. apud Suidam V. Εἴση, ubi Perseus Andromedam alloquitur, Ὦ παρθέν', εἰ ΣώΣαιμί Σ', εἴΣῃ μοι χάριν; Ita citatur quoque a Diog. Laërtio lib. IV, 29. in Arcesilao. in Fragm. Barnesii est, εἴη μοι χάρις; vide Schol. ad locum Medeæ, ubi corruptissime legitur. Iphig. Aulid. 1221. Πρώτη δὲ γούναΣι ΣοῖΣι Σῶμα δοῦΣ' ἐμόν. Quin et (quamquam rarius) Sophocles, Œdip. Tyran. 433. Ὅσ' ἐξιΣώΣει Σοί τε καὶ τοῖΣ ΣοῖΣ τέκνοιΣ. i. e. Ὅσα, *quæ*, non Ἅ σ' (i. e. Ἅ σε) ἐξισώσει, ut nunc legitur. Dionys. Halicarnass. περὶ Συνθέσ. Sect. xiv. ἄχαρι δὲ καὶ ἀηδὲς τὸ Σ, καὶ, εἰ πλεονάσειε, σφόδρα λυπεῖ· *ingrata autem est et insuavis litera* S, *et, crebro repetita, valde molesta.*

[1073. Legendum putat Musgravius τί φατέ; τίς ὑμῶν φησὶν, ἢ τίς οὐ θέλειν, Φθέγξασθε, ταῦτα;]

1074. κἀγὼ καὶ κασίγνητος. Vel χὠ κασίγνητος, sic enim solet. Bacch. 1268. Σύ νιν κατέκτας, χ' αἱ κασίγνηται σέθεν. sic scribendum puto, pro καὶ κασιγνήτη, contra veritatem historiæ. vid. Iph. Aul. 886. Ver. 1076. restitui σοι ex Aldina: ὡς ἔκ γ' ἐμοῦ σοι. A. εμοι σοι. B. εμου σοι.

1081. θυσίαν ἐλέγχων. Vel, Ἥξει—Θυσίαν ἐλέγξων: ut ver. 237. ἥκω σημανῶν. Herc. Fur. 601. ἥξει ἕλξων, φονεύσων, ἐπισφάξων. interdum tamen utrovis tempore. Versu 1080. omnes Parisiens. κοίρανος pro τύραννος. [Sæpissime et alibi confunduntur voces τύραννος et κοίρανος. Vide Æschyli Prom. 956. ubi τυραννοῦντ' Aldus et Robortellus, edd. cett. ante Brunckium, cum duobus MSS. Bodleianis. Adde Agam. 558. In Aristoph. Acharn. 472. τυράννους MS. Ravennas.] Ver. 1083. A. πατροφονου: male. Pro Δεινῆς mallem Κλεινῆς, sc. Αὐλίδος: potius quam ἐκ δεινῆς πατροκτόνου χερὸς, cum duobus epithetis. vid. ad ver. 9. Ver. 1092. ξυνετον (ευ over α) B. Ver. 1095. Θρήνους, i. e. κατὰ Θρήνους. Steph. edit. Θρήνοις, nisi sit typograph. mendum. Reiskius, Θρηνοῦσ'.

δεινῆς ἔσωσας ἐκ πατροκτόνου χερὸς,
σῶσόν με καὶ νῦν, τούσδε τ', ἢ τὸ Λοξίου
οὐκέτι βροτοῖσι διά σ' ἐτήτυμον στόμα.
ἀλλ' εὐμενὴς ἔκβηθι βαρβάρου χθονὸς
εἰς τὰς Ἀθήνας. καὶ γὰρ ἐνθάδ' οὐ πρέπει
ναίειν, παρόν σοι πόλιν ἔχειν εὐδαίμονα.

ΧΟ. ὄρνις, ἃ παρὰ τὰς πετρίνας — στροφὴ α΄.
πόντου δειράδας, ἀλκυὼν,
ἔλεγον οἰκτρὸν ἀείδεις,
εὐξύνετον ξυνετοῖσι βοὰν,
ὅτι πόσιν κελαδεῖς ἀεὶ μολπαῖς·
ἐγώ σοι παραβάλλομαι
θρήνους, ἄπτερος ὄρνις,
ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους,
ποθοῦσ' Ἄρτεμιν λοχείαν,
ἃ παρὰ Κύνθιον ὄχθον οἰκεῖ,
φοίνικά θ' ἁβροκόμαν,
δάφναν τ' εὐερνέα, καὶ
γλαυκᾶς θάλλον ἱρὸν ἐλαίας,
Λατοῦς ὠδῖνα φίλαν,
λίμναν θ' εἱλίσσουσαν ὕδωρ

[1091. Edidi οἰκτρὸν pro οἶτον ex emendatione Barnesii, quomodo etiam tacite citat Brunckius ad Aristoph. Ran. 1309.]

1096. ποθοῦσ' Ἑλλάνων ἀγόρους. In Antistroph. Ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου: neque variant exemplaria. metro conveniret ἀγροὺς, vel χοροὺς, ver. 1142. Ver. 1098. B. C. Δηλιον. Κυνθιον.

1101. θαλλὸν ἱερὸν ἐλαίας. Pronunciandum vel scribendum ἱρὸν: vide Antistrophen. Pro ὠδῖνα (ver. 1102.) Portus legit ὠδῖνι. Sed tunc legi quoque oportet vel φίλον, sc. θαλλὸν, vel φίλας, nempe ἐλαίας: non φίλαν. vide Hecub. 459. Cod. A. ιρον. B. [et Ald.] θαλλος: quasi neutrius esset generis, τὸ θάλλος, æque ac τὸ θάλος. eadem diversitas alibi conspicitur.

1103. λίμναν — Κύκνειον. Vox ultima omittitur in A. De hoc Deli lacu, qui

κύκνειον, ἔνθα κύκνος μελῳδὸς
μούσας θεραπεύει.
ὦ πολλαὶ δακρύων λιβάδες, ἀντιστροφὴ α΄.
αἳ παρηΐδας εἰς ἐμὰς
ἔπεσον, ἁνίκα πύργων
οὐλομένων ἐνὶ ναυσὶν ἔβαν,
πολεμίων ἐρετμοῖσι, καὶ λόγχαις.
ζαχρύσου δὲ δι' ἐμπολᾶς
νόστον βάρβαρον ἦλθον,
ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου
θεᾶς ἀμφίπολον κούραν,

Τροχοειδὴς appellabatur, vide Barnes. [Herodot. II. c. 170. Theognid. v. 7.] et Spanhemium ad Callim. Hymn. in Del. ver. 261. Ceterum ex mentione hujus lacus, et montis Cynthi, et aliis circumstantiis, licet probabiliter colligere, hunc Chorum ex mulieribus Deliacis Euripidem constare voluisse. Quæri potest a curiosis, utrum vestigium ullum, in antiqua historia, supersit hujus cladis Delo illatæ circa hæc tempora; an hoc sit merum poëtæ figmentum.

1107. αἳ παρηΐδας. Lego, Αἵ τε, *quæ*: ut noster sæpe, et alii.

1112. νόστον — ἦλθον. Intelligo ἦλθον νόστον, *iter profecta sum*, quod est ἐλθεῖν πόρον, ver. 116. ἰὼν νόστον Iph. Aul. 1187. vide Suidam V. περινοστοῦντας. [νόμον conjicit Musgravius.]

1113. ἔνθα τᾶς ἐλαφοκτόνου &c. Hic locus, per octo versus difficillimus, levi mutatione intelligi potest, et forte restitui: Ἔνθα βᾶσ' ἐλαφοκτόνου Θεᾶς ἀμφίπολον κούραν Παῖδ' Ἀγαμεμνονίαν, λατρεύω Βωμούς γε μηλοθύτας Ζηλούσᾳ, τᾷ διαπαν- τὸς δυσδαίμον'. ἐν γὰρ ἀνάγκαις Οὐ κάμνει σύντροφος ὤν, Μεταβάλλει δ' εὐδαιμονία. Constructio est, βᾶσα — παῖδα Ἀγαμεμνονίαν, λατρεύω ζηλούσῃ βωμοὺς μηλοθύτας, τῇ διαπαντὸς δυσδαίμονι. Sine præpositione, βᾶσα παῖδα, utpote post participium *motus*: vid. ver. 402. 1138. et passim. Per vocem βᾶσα innuit Chorus translationem a dominio Thoantis, prioris heri, ad istud Iphigeniæ: de qua re adi ver. 63, 64. Θεᾶς est monosyllabon. Λατρεύω nunquam, opinor, ponitur cum accusativo. [Suidas: λατρεύω, τὸ τιμῶ· αἰτιατικῇ. Vide et Electr. 132. *Musgravius.*] Pro τε, quod nihili est, scribo γε. Pro Ζητοῦσ', Codd. A. B. C. Ζηλουσ', Oxon. Ζηλοῦσα. ex Ζηλουσ' αταν feci, detracta litera, Ζηλούσᾳ, τᾷ: quæ vox ultima vertebatur in αταν, quia δυσδαίμον' male putabatur esse δυσδαίμονα. Idem Oxon. habet κάμνει: et sic mecum conjecerant Miltonus et Reiskius. Sensus, et ratio quæ sequitur, probant legendum esse δ' εὐδαιμονία, non δυσδαιμονία. Sententiam parem invenias Herc. Fur. 1291. Troas. 634. Helen. 424: mutationem vocum similem Æschyl. Agamemn. 344. ubi vide Stanleium. Sensus ultimorum, Μεταβάλλει δ' εὐδαιμονία est, "Aliter vero se res habet in iis qui felices fuerunt, et postea in calamitates inciderunt: ii enim fortunæ mutationem gravius ferunt."

παῖδ' Ἀγαμεμνονίαν λατρεύω,
βωμούς τε μηλοθύτας
ζητοῦσ', ἄταν διαπαν-
τὸς δυσδαίμον'. ἐν γὰρ ἀνάγκαις
οὐ κάμνει σύντροφος ὤν·
μεταβάλλει δυσδαιμονία.
τὸ γὰρ μετ' εὐτυχίας κακοῦσθαι,
θνατοῖς βαρὺς αἰών.
καὶ σὲ μὲν, πότνι', Ἀργεία   στροφὴ β'.
πεντηκόντορος οἶκον ἄξει·
συρίζων δ' ὁ κηροδέτας
κάλαμος οὐρείου Πανὸς,
κώπαις ἐπιθωΰξει·
ὁ Φοῖβός θ' ὁ μάντις, ἔχων
ἑπτατόνου κέλαδον λύρας,
ἀείδων, ἄξει λιπαρὰν
εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν·
ἐμὲ δ' αὐτοῦ λιποῦσα,
βήσει ῥοθίοις πλάταις.

1121. μετ' εὐτυχίας. Scaligeri εὐτυχίαν ambiguitatem tollit. βαρὺς αἰὼν, ut βραχὺς αἰὼν Bacch. 395.

1123. σὲ μὲν, πότνι' Ἀργεία, Πεντηκόντορος. Distinguendum, Καὶ σὲ μὲν, πότνι', Ἀργεία Πεντηκόντορος οἶκον ἄξει· nempe, navis illa quæ Oresten et Pyladen advexerat, quam πεντηκόντορον fuisse scimus ex ver. 1347. πότνι' est, *O domina*, Iphigenia: Troad. 292. Helen. 227. et alibi. Huic σὲ μὲν, mox respondet ἐμὲ δέ.

1128. Forte, ὁ Φοῖβός θ' ὅγε μάντις &c. Vulg. ὁ μάντις. vid. antistroph.

1129. κέλαδον ἑπτατόνου &c. Muta sedes vocum, Ἑπτατόνου κέλαδον λύρας.

1131. εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν. Dubito an Græci scribant εἰς ἐπί. frequenter occurrit ὡς ἐπί.

[1131. Legendum videtur, ἔς τ' Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν *usque ad Atheniensium terram*. Sic ἔς τ' ἐπὶ Ῥηβαίου προχοὰς Apollon. Rhod. II. 789. *Musgravius*.]

1133. ῥοθίαις πλάταις. A. B. ῥοθίοις. Recte et Attice. Ver. 1134. Legendum, Ἀέρι δ' ἱστία καὶ πρότονοι &c. vulgo deest καί. et in Antistrophe ver. 1150, scrib. Ἔς τ' ἔριν pro Ἐς ἔριν.

ἀέρι δ' ἱστία, καὶ πρότονοι κατὰ
πρῷραν, ὑπὲρ στόλον,
ἐκπετάσουσι πόδα
ναὸς ὠκυπόμπου.
λαμπρὸν ἱππόδρομον βαίην, ἀντιστροφὴ β'.
ἔνθ' εὐάλιον ἔρχεται πῦρ·
οἰκείων δ' ὑπὲρ θαλάμων
πτέρυγας ἐν νώτοις ἁμοῖς
λήξαιμι θοάζουσα·
χοροῖς δὲ σταίην, ὅθι καὶ
παρθένος εὐδοκίμων γάμων,
παρὰ πόδ' εἱλίσσουσα φίλας
ματρὸς ἡλίκων θιάσους,
ἐς ἁμίλλας χαρίτων,
χαίτας ἁβροπλούτοιο
ἐς ἔριν ὀρνυμένα, πολυποίκιλα
φάρεα, καὶ πλοκά-
μους περιβαλλομένα,
γένυσιν ἐσκίαζον.

1138. λαμπρὸν ἱππόδρομον &c. Mens Chori in his quinque versibus est, Utinam possem volare per aëra ad domum meam et thalamum in Græcia, atque ibi deponere remigium alarum, et ducere choreas quemadmodum solebam!

[1138. Recte interpretatur Barnesius, Cœli amplum spatium, in quo Sol equis suis invectus, et Aurora stellæque quasi suis cursibus exercentur, ut in magno quodam circo. *Musgravius.*]

1144. παρθένος εὐδοκίμων γάμων. Quæro an εὐδόκιμος γάμων, i. e. ἕνεκα γάμων, *quod ad nuptias attinet, virgo bonæ existimationis*: et quæ proinde sperare potui honesti alicujus mariti nuptias: ζῆλον οὐ σμικρὸν γάμου ἔχουσα, Hecub. 351. licet ibi sensu forte diverso. *Filiam egregiæ spei* hoc modo interpretatur Acidalius ad Tacit. vit. Agric. c. 9. Sed nescio an intelligam hunc locum.

1148. χαίτας ἁβροπλούτοιο. Scribo, χλιδᾶς ἁβροπλούτοιο Ἔς τ' ἔριν ὀρνυμένα, &c. ortus error ex frequenti commutatione literarum Α et Λ, et pronunciatione Δ et Τ. Χλίδημα hoc est Iph. Aul. 74. significat *cultum et elegantiam in vestibus*. Vide Andromach. 147. Rhes. 960.

1151. γένυσιν ἐσκίαζον. Canterus, Γένυ συνεσκίαζον. Si quid mutandum, mallem

ΘΟΑΣ.

ποῦ 'σθ' ἡ πυλωρὸς τῶνδε δωμάτων γυνὴ
Ἑλληνίς; ἆ δὴ τῶν ξένων κατήρξατο;
ἀδύτοις ἐν ἁγνοῖς σῶμα λάμπονται πυρί:
ΧΟ. ἥδ' ἐστιν, ἥ σοι πάντ', ἄναξ, ἐρεῖ σαφῶς.
ΘΟ. ἔα· τί τόδε μεταίρεις ἐξ ἀκινήτων βάθρων,
Ἀγαμέμνονος παῖ, θεᾶς ἄγαλμ' ἐν ὠλέναις;
ΙΦ. ἄναξ, ἔχ' αὐτοῦ πόδα σὸν ἐν παραστάσιν.
ΘΟ. τί δ' ἐστιν, Ἰφιγένεια, καινὸν ἐν δόμοις;
ΙΦ. ἀπέπτυσ'· ὁσία γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε.
ΘΟ. τί φροιμιάζει νεοχμόν; ἐξαύδα σαφῶς.
ΙΦ. οὐ καθαρά μοι τὰ θύματ' ἠγρεύσασθ', ἄναξ.
ΘΟ. τί τοὐκδιδάξαν τοῦτό σ'; ἢ δόξαν λέγεις;
ΙΦ. βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη.
ΘΟ. αὐτόματον; ἤ νιν σεισμὸς ἔστρεψε χθονός;
ΙΦ. αὐτόματον· ὄψιν δ' ὀμμάτων ξυνήρμοσεν.
ΘΟ. ἡ δ' αἰτία τίς; ἦ τὸ τῶν ξένων μύσος;
ΙΦ. ἥδ', οὐδὲν ἄλλο· δεινὰ γὰρ δεδράκατον.

vel, Γένυσ' ἐνεσκίαζον, vel, Γένυας ἐσκίαζον, ut κεφαλὰν σκιάζειν, Hippol. 133. nam γένυν συσκιάζειν dicitur (Supplic. 1219.) de viris, quibus prima barba genas vestit vel obumbrat. σκιάζεται γένυς, de re eadem Phœniss. 63. Γένυ occurrit in Ion. 1427. et Androm. 1181. Lexicis abest.

1158. ἐν ὠλένῃ. Omnes Gall. εν ωλεναις. recte: *in brachiis.* ἀγκάλαις ver. 289.

1159. ἐν παραστάσει. Barnes. ἐν παραστάσι; quod confirmatur omnibus MSS. Parisiensibus, παραστασιν. Dicit Iphigenia, *Rex, siste gradum in introitu templi, ibi ubi nunc es;* ne ultra procedas, neve propius ad me accedas, ne me polluas. De παραστάσιν vid. Valckenær. ad Phœniss. 417. Ver. 1160. in multis editt. est δόκοις pro δόμοις: miro errore.

1161. ὁσία γὰρ δίδωμ' ἔπος τόδε. Cod. C. hoc loco pro ὁσία legit οσιᾳ, casu tertio: et hoc postulat secundam personam δίδως: quod omnino verum puto: ὁσίᾳ γὰρ δίδως ἔπος τόδε· *puræ enim hoc loqueris*, i. e. *purificatæ*, et *in casto*, utpote rem sacram facturæ: quo tempore δυσφημία, et verba male ominata, maxime metuebantur; quale erat καινὸν, quod Iphigenia idcirco ἀπέπτυσε.

ΘΟ. ἀλλ' ἦ τιν' ἔκανον βαρβάρων ἀκτῆς ἔπι;
ΙΦ. οἰκεῖον ἦλθον τὸν φόνον κεκτημένοι.
ΘΟ. τίν'; εἰς ἔρον γὰρ τοῦ μαθεῖν πεπτώκαμεν.
ΙΦ. μητέρα κατειργάσαντο κοινωνῷ ξίφει.
ΘΟ. Ἄπολλον, οὐδ' ἐν βαρβάροις ἔτλη τις ἄν.
ΙΦ. πάσης διωγμοῖς ἠλάθησαν Ἑλλάδος.
ΘΟ. ἦ τῶνδ' ἕκατι δῆτ' ἄγαλμ' ἔξω φέρεις;
ΙΦ. σεμνόν γ' ὑπ' αἰθέρ', ὡς μεταστήσω φόνου.
ΘΟ. μίασμα δ' ἔγνως τοῖν ξένοιν ποίῳ τρόπῳ;
ΙΦ. ἤλεγχον, ὡς θεᾶς βρέτας ἀπεστράφη πάλιν.
ΘΟ. σοφήν σ' ἔθρεψεν Ἑλλάς, ὡς ᾔσθου καλῶς.
ΙΦ. καὶ νῦν καθεῖσαν δέλεαρ ἡδύ μοι φρενῶν.
ΘΟ. τῶν Ἀργόθεν τί φίλτρον ἀγγέλλοντέ σοι;
ΙΦ. τὸν μόνον Ὀρέστην ἐμὸν ἀδελφὸν εὐτυχεῖν.
ΘΟ. ὡς δή σφε σώσαις ἡδοναῖς ἀγγελμάτων;
ΙΦ. καὶ πατέρα γε ζῆν, καὶ καλῶς πράσσειν, ἐμόν.
ΘΟ. σὺ δ' εἰς τὸ τῆς θεοῦ γ' ἐξένευσας εἰκότως.
ΙΦ. πᾶσάν γε μισοῦσ' Ἑλλάδ', ἥ μ' ἀπώλεσεν.
ΘΟ. τί δῆτα δρῶμεν, φράζε, τοῖν ξένοιν πέρι;
ΙΦ. τὸν νόμον ἀνάγκη τὸν προκείμενον σέβειν.
ΘΟ. οὔκουν ἐν ἔργῳ χέρνιβες, ξίφος τε σόν;

1171. ἦλθον τὸν φόνον κεκτημένοι. Scio ab antiquis notatum, Atticos in accusativo solo articulum sine necessitate ponere. Hic tamen verum puto, Οἰκεῖον ἠλθέτην φόνον &c. dualiter, *hi duo venerunt*, ut δεδράκατον, paullo ante. Sonus quoque hoc suadet. Κεκτημένοι φόνον, *habentes cædem*, i. e. *reatum* cædis. sic ἔχειν αἷμα, pro eadem re, Orest. 513. et alibi. Sed αἷμα κεκτημένοι Supplic. 264. longe aliud est.

[1174. τόδ' ἔτλη τις ἄν. Anapæstum in quinta sede Editores intactum reliquerunt. Equidem τόδ' delendum putavi.]

1184. σώσαις ἡδοναῖς. Mallem, σώσῃς, ex sono. vid. Iph. Aul. 150.

1188. τοῖς ξένοις. Barnesius τοῖν ξένοιν, secundi casus dualis. recte: ut ver. 1178. et ita B. C.

1190. οὐκοῦν ἐν ἔργῳ χέρνιβες. Scribendum Οὔκουν, *nonne igitur?* et ita ver. 1196. Οὐκοῦν est *igitur:* Οὔκουν, *nonne igitur?* vel, *non igitur*, affirmative.

ΙΦ. ἁγνοῖς καθαρμοῖς πρῶτά νιν νίψαι θέλω.
ΘΟ. πηγαῖσιν ὑδάτων, ἢ θαλασσίᾳ δρόσῳ;
ΙΦ. θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά.
ΘΟ. ὁσιώτερον γοῦν τῇ θεῷ πέσοιεν ἄν.
ΙΦ. καὶ τἀμά γ' οὕτω μᾶλλον ἂν καλῶς ἔχοι.
ΘΟ. οὔκουν πρὸς αὐτὸν ναὸν ἐκπίπτει κλύδων;
ΙΦ. ἐρημίας δεῖ· καὶ γὰρ ἄλλα δράσομεν.
ΘΟ. ἄγ' ἔνθα χρῄζεις· οὐ φιλῶ τἄῤῥηθ' ὁρᾷν.
ΙΦ. ἁγνιστέον μοι καὶ τὸ τῆς θεοῦ βρέτας.
ΘΟ. εἴπερ γε κηλὶς ἔβαλέ νιν μητροκτόνος.
ΙΦ. οὐ γάρ ποτ' ἄν νιν ἠράμην βάθρων ἄπο.

quarum vocum distinctio accentualis centies confunditur. 'Εν ἔργῳ, ut Bacch. 626. et alibi. *in opere esse* vertit Seneca De Tranquil. Anim. c. 3. Sensus est: *Cur igitur cessas aqua lustrali eos aspergere?*

Ibid. χέρνιβες, ξίφος τε σόν. Multis non satisfaciet hoc ξίφος ΣΟΝ. et supra ver. 621. hoc mirans Orestes quærit, *Femina occidis Viros?* Αὐτὴ ΞΙΦΕΙ θύουσα, θῆλυς ἄρσενας; cui illa respondet negando, Οὐκ. Nihil enim erat Iphigeniæ cum *gladio*: aliorum erat victimas has humanas *cædere*: Illa solum spargebat eorum capita *aqua lustrali*; quod erat sacri hujus παρασκευή. vid. ver. 40. 622. 624. unde Thoas paullo ante (ver. 1154.) recte quæsivit, ἦ δὴ (ἤδη Reiskius) τῶν ξένων κατήρξατο; *num sacrificium hospitum auspicata est?* et Euripidis constantiæ melius consuluit Armentarius ver. 244. ubi Iphigeniæ suggerit χέρνιβας et κατάργματα: sed nulla *gladii* ejus mentio ibi facta est; neque hic, uti videtur, oportuit dici ξίφος ΣΟΝ: et improprie Chorus loqui videtur ver. 444, 445. et illa, ver. 874. cum Oresti dicit, ἐξ ἐμῶν δαϊχθεὶς χερῶν· nisi quatenus illius *aspersionem* sequebatur ἡ σφαγὴ: quæ tamen non ab *illa*, sed ab *aliis*, perpetrabatur, ver. 624. Nescio quomodo Thoantis sive Euripidis ξίφος ΣΟΝ in hac parte *ex toto* excusari possit. Quæro, an *levior* futura sit objectio, si, mutata una litera, legatur, Οὔκουν ἐν ἔργῳ χέρνιβες, ξίφος τε, σοί; *Nonne igitur tibi in opere* est *aqua lustralis, et gladius?* ita ut *gladius* non ex *necessitate* ad Iphigeniam referatur. sed *ex consequentia*, ad eos ad quos pertinebat: quæ necessitas vix eludi potest, si stet ξίφος ΣΟΝ.

[1193. Citat Eustathius ad Hom. Il. A. p. 108.=81, 43. Etymol. p. 127, 15. *Porsonus.* Vide Bergler. ad Alciphron. p. 32. Schol. Venet. Il. A. 314. Stobæum Fl. p. 29. ed. Grot. Diogen. Laërt. III. 6.]

1200. κηλὶς ἔβαλέ νιν. Barnes. notat in marg. al. ἔλαβε. non male, si cum libris. nam ita sæpe scribitur. sed sine iis nihil hic mutandum. Herc. Fur. 1219. μὴ μύσος βάλῃ με. Electr. 902. μὴ μέ τις φθόνῳ βάλῃ, vel φθόνος. Æschyl. Agam. 954. μή τις φθόνος Θεῶν βάλοι.

1201. οὐ γάρ ποτε νιν ἀνηράμην. A. B. ου γαρ ποτ' αν νιν &c. Recte. Hecub. 1276. οὐ γάρ ποτ' ἂν σύ μ' εἷλες. Herc. Fur. 274. Οὐ γάρ ποτ' ἂν σε δεσπότην ἐκτήσατο. vid.

ΘΟ. *δίκαιος ἡὐσέβεια, καὶ προμηθία.*

ΙΦ. *οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω.* ΘΟ. *σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.*

ΙΦ. *δεσμὰ τοῖς ξένοισι πρόσθες.* ΘΟ. *ποῖ δέ σ᾽ ἐκφύγοιεν ἄν;*

ΙΦ. *πιστὸν Ἑλλὰς οἶδεν οὐδέν.* ΘΟ. *ἴτ᾽ ἐπὶ δεσμὰ, πρόσπολοι.*

ΙΦ. *κἀκκομιζόντων δὲ δεῦρο τοὺς ξένους.* ΘΟ. *ἔσται τάδε.*

ΙΦ. *κρᾶτα κρύψαντες πέπλοισιν.* ΘΟ. *ἡλίου πρόσθεν φλογός;*

ΙΦ. *σῶν τε μοι ξύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν.* ΘΟ. *οἵδ᾽ ὁμαρτήσουσί σοι.*

ΙΦ. *καὶ πόλει πέμψον τιν᾽, ὅστις σημανεῖ.* ΘΟ. *ποίας τύχας;*

ver. 667. hujus dram. Sophocl. Œd. Tyr. 1469. *οὐ γὰρ ἄν ποτε Θνήσκειν ἐσώθην* &c. ita leg. non *Θνήσκων*. *Ἐσώθην θνήσκειν*, est, *ἀπὸ τοῦ θνήσκειν*, *a moriendo*, seu a *morte*. Prætulissem, *Θνήσκειν γ᾽ ἐσώθην*.

[1201. Edidi *ἠράμην* pro *ἀνηράμην* ex emendatione Musgravii.]

1202. *δίκαιος ἡ ᾽υσέβεια, καὶ προμηθία.* Non dubito quin Euripides scripserit, *Δίκαιος ἡ σὴ ᾽υσεβία* &c. ita ut *σηυ-* sint unius tantum syllabæ. Mallem quoque, *χ᾽ ἡ προμηθία*. A. B. *προμυθια*. post quam vocem, ut monui infra ad ver. 1214, bene inseri potuit iste iambus qui nunc inter trochaicos legitur, mutato *Ὡς* in *Ὧν*. *Δίκαιος ἡ σὴ ᾽υσεβία, χ᾽ ἡ προμηθία, Ὧν εἰκότως σε* (vel *σ᾽ ἡ*) *πᾶσα θαυμάζει πόλις.* *Ὧν* foret *ἕνεκα ὧν*. Sed hoc incertum est. [Frustra hæc sollicitat Marklandus. Præterea hinc defendes *ἀμοιβὴ δίκαιος* apud Alciphron. III. 23. de quo dubitare non debuit Berglerus. *Porsonus.*]

1203. *οἶσθα νῦν ἅ μοι γενέσθω.* Parum Græce. Lego, *γενέσθαι* — cum nota abrupti sermonis. Iphigenia videtur additura fuisse *δεῖ* vel *χρὴ*, nisi interpellasset Thoas, *Σὸν τὸ σημαίνειν τόδε.* [Pessime vir doctissimus. *Γενέσθω* omnino retinendum. Constructio est, *Let there be done you know what. Porsonus.*]

1207. *κατακρύψαντες πέπλοισιν ἡλίου πρόσθεν φλογός.* Conjeceram, *Κᾆτα κρυψάντων* (i. e. *κρυψάτωσαν*) *πέπλοισιν*, ut Hippol. ad finem, *Κρύψον μου πρόσωπον πέπλοις.* *Κᾆτα* (i. e. *Καὶ εἶτα*) postea a Barnesio editum inveni. Verius tamen puto *Κατακαλύψαντες πέπλοισιν*, *Postquam obtexerint* vultus eorum *velaminibus:* quamquam *κρύψαντες* defendi potest, si legatur *κᾆτα*, ut Aristoph. Vesp. 1156. *κᾆτα βαίν᾽*: ubi nunc legitur *κατάβαιν᾽*. [Omnino recte Musgravius *Κρᾶτα κρύψαντες*. Sic pro *κρᾶτ᾽ ἔρεψον*, quod recte legitur Sophocl. Œd. Col. 465. Suidas v. *χοὰς* exhibet *κατέρεψον*. *Porsonus.*] Sed grave mendum adhuc restat. nam in singulis hisce trochaicis Iphigenia exsequitur priorem versus partem: deinde, sermonem ejus excipit Thoas, plerumque ad finem quarti pedis, interdum alibi. ita et hic fieri oportuit, hoc modo: ΙΦ. *κατακαλύψαντες πέπλοισιν.* ΘΟ. *ἡλίου πρόσθεν φλογός;* deinde Iphigenia iterum, ΙΦ. *σῶν τέ μοι σύμπεμπ᾽ ὀπαδῶν.* ΘΟ. *οἵδ᾽ ὁμαρτήσουσί σοι.* In editt. Ald. et Barnesii male omittitur persona ΙΦ. in hoc ultimo trochaico. Verba, *ἡλίου πρόσθεν φλογὸς*, Thoantis sunt, *num oppositis velaminibus solis flammæ?* ne scilicet lucem ejus (qua indigni sunt parricidæ) intueantur, et radios ejus contaminent? Hoc vult ille. et notandum est, quæstionem Thoantis hic, et ter infra (nempe, ver. 1210. 1212. 1218.) ita a poëta institutam esse, ut sit supplementum verborum præcedentium Iphigeniæ, et quærendo dicat istud quod jubendo ipsa dixisset, nisi ille eam interpellasset.

ΙΦ. ἐν δόμοις μίμνειν ἅπαντας. ΘΟ. μὴ ξυναντῷεν φόνῳ;
ΙΦ. μυσαρὰ γὰρ τὰ τοιάδ' ἐστί. ΘΟ. στεῖχε, καὶ σήμαινε σύ,
ΙΦ. μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. ΘΟ. εὖ γε κηδεύεις πόλιν.
ΙΦ. καὶ φίλων δ' οὐδεὶς μάλιστα. ΘΟ. τοῦτ' ἔλεξας εἰς ἐμέ.
[ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις.]
* * * * * * * * *
ΙΦ. σὺ δὲ μένων αὐτοῦ πρὸ ναῶν, τῇ θεῷ — ΘΟ. τί χρῆμα δρῶ;
ΙΦ. ἅγνισον πυρσῷ μέλαθρον. ΘΟ. καθαρὸν ὡς μόλῃς πάλιν;
ΙΦ. ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι. ΘΟ. τί χρή με δρᾶν;
ΙΦ. πέπλον ὀμμάτων προθέσθαι. ΘΟ. μὴ παλαμναῖον λάβω;
ΙΦ. ἢν δ' ἄγαν δοκῶ χρονίζειν. ΘΟ. τοῦδ' ὅρος τίς ἐστί μοι;
ΙΦ. θαυμάσῃς μηδέν. ΘΟ. τὰ τῆς θεοῦ πρᾶσσ' ἐπὶ σχολῇ καλῶς.

1212. μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. ΙΦ. εὖ γε κηδεύεις πόλιν, Καὶ φίλων δ' οὐδεὶς &c. Hic sedem suam deseruit Iphigenia, et in Thoantis locum migravit. Ita restituendæ sunt personæ: ΘΟ. στεῖχε καὶ σήμαινε σὺ, ΙΦ. Μηδέν' εἰς ὄψιν πελάζειν. ΘΟ. εὖ γε κηδεύεις πόλιν. ΙΦ. Καὶ φίλων δ' οὐδεὶς μάλιστα. ΘΟ. τοῦτ' &c. Vulgo omittitur ΙΦ. initio versus utriusque, et in medio secundi ponitur, ubi nunc ΘΟ. collocavi. Thoantis verba hic intercipit et supplet Iphigenia, quemadmodum ille verba Iphigeniæ paullo ante. Cum ille dicit, σήμαινε σὺ, aliquem ex satellitibus alloquitur. Οὐδεὶς scil. πελαζέτω. Πελάζειν est a Scalig. et Cantero. ante erat ἐλάζειν. πελάζειν confirmatur a B. qui pro δ' (ver. 1213.) habet γ'. [Πελάζειν quoque Stephanus et Clericus ad Hesychium II. p. 1160. et sic planissime ed. Ald. *Porsonus.* Ald. etiam γ'.]

1214. ὡς εἰκότως σε πᾶσα θαυμάζει πόλις. Vel σ' ἡ πᾶσα. Hunc iambum, qui nescio unde inter trochaicos more insolito conspicitur, uncinis inclusi, donec eum alii Codices vel suppleant vel ejiciant. Post hunc, in Editt. Porti et Pauli Stephani ponuntur asterisci, ut notetur aliquid deesse. quod satis probabile videtur ex ver. 1223. Versus hic, Ὡς εἰκότως &c. non male collocari potuit post versum 1202. ut ibi monui, et legi, Ὧν pro Ὡς, et σ' ἡ πᾶσα, pro σε πᾶσα.

1216. ἅγνισον χρυσῷ μέλαθρον. ΘΟ. καθαρὸν ὡς μόλοις πάλιν. Clare legendum πυρσῷ, *face, igne.* et ita Reiskius. vide Helen. 874. Herc. Fur. 1145. Deinde ex lingua, ὡς μόλῃς πάλιν; *ut redeas?* non *ut redires.* Ald. habet μόλις. B. μολοις. sed A. μόλῃς. Versus præcedens ita distinguendus, σὺ δὲ μένων αὐτοῦ πρὸ ναῶν, τῇ Θεῷ— ΘΟ. τί χρῆμα δρῶ; perrectura erat illa, τῇ Θεῷ ἅγνισον πυρσῷ μέλαθρον: sed sermonem ejus interrumpit Thoantis quæstio, ut ver. 1209. 1217. 1219. Vulgo desunt distinctiones post ναῶν, et Θεῷ.

1217. ἡνίκα δ' ἂν ἔξω περῶσιν οἱ ξένοι— ΘΟ. τί χρή με δρᾶν; Ita hæc distinguenda. A. B. legunt, Ἡνίκ' ἂν δ' ἔξω &c. Utrovis modo recte habet locus. Sic ut vulgata, Aristoph. Εἰρ. 1179.

[1217. Aristoph. Plut. 107. Eccl. 273. Nub. 1122. Euripid. Electr. 1143. Lycophr. Stobæi p. 491. *Porsonus.*]

ΙΦ. εἰ γὰρ, ὡς θέλω, καθαρμὸς ὅδε πέσοι. ΘΟ. ξυνεύχομαι.
ΙΦ. τούσδ᾽ ἄρ᾽ ἐκβαίνοντας ἤδη δωμάτων ὁρῶ ξένους,
καὶ θεᾶς κόσμους, νεογνούς τ᾽ ἄρνας, ὡς φόνῳ φόνον
μυσαρὸν ἐκνίψω, σέλας τε λαμπάδων, τά τ᾽ ἄλλ᾽, ὅσα
προὐθέμην ἐγὼ ξένοισι, καὶ θεᾷ καθάρσια.
ἐκποδὼν δ᾽ αὐδῶ πολίταις τοῦδ᾽ ἔχειν μιάσματος,
εἴ τις ἢ ναῶν πυλωρὸς χεῖρας ἁγνεύει θεοῖς,
ἢ γάμον στείχει ξυνάψων, ἢ τόκοις βαρύνεται,
φεύγετ᾽, ἐξίστασθε, μή τῳ προσπέσῃ μύσος τόδε.
ὦ Διὸς Λητοῦς τ᾽, ἄνασσα παρθέν᾽, ἢν νίψω φόνον
τῶνδε, καὶ θύσωμεν οὗ χρὴ, καθαρὸν οἰκήσεις δόμον,
εὐτυχεῖς δ᾽ ἡμεῖς ἐσόμεσθα. τἄλλα δ᾽ οὐ λέγουσ᾽, ὅμως
τοῖς τὰ πλείον᾽ εἰδόσιν θεοῖς, σοί τε σημαίνω, θεά.

ΧΟ. εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος, ὅν ποτε

1223. *νεογνούς τ᾽ ἄρσενας, ὡς.* Piersonus Verisim. p. 172. legit *ἄρνας*. A. *αρσεν᾽ ὡς φονῳ*. Probabile est, *agnorum* in superioribus factam fuisse mentionem. Quærendum tamen de lectione Cod. A. *αρσεν᾽*, seu *ἄρσενι φόνῳ*: hoc est, *νεογνούς τ᾽, ἄρσεν᾽ ὡς φόνῳ* &c.

1232. *ἐσόμεσθα.* Forte, *ἐσόμεθα.*

1233. *σοί τε σημαίνω Θεᾷ.* Mallem, *Θεά*: *et tibi significo, O Dea.* Pro vulgata, vid. Sophocl. Electr. 659, 660. Notandum est *τὰ πλείονα plura*, pro *omnia*.

1234. *εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος*, &c. Aliquid de hac difficili monostrophe habet Canter. in Proleg. ubi illam numerat inter *μέτρα ἄτακτα*, quæ nullam habent inter se similitudinem: qualis fertur Homeri Margites. Obscuriora ejus aliquot indigitabo, ut alii ad explicationem eorum (si tanti putent) excitentur. Historiam seu fabulam quod attinet, consuli possunt, præter auctores Barnesio laudatos, Antonin. Liberalis Fab. XXXV. Strabo lib. IX. p. 646, 647. et lib XIV. p. 948. et Athenæus lib. XV. cap. ult. p. 701. C. D. Quæsivisset aliquis Dianæ laudes æque ac, vel potius quam, Phœbi, in hac monostrophe; in qua, si fas sit dicere, Herculis encomium vix magis alienum a proposito visum fuisset. Sed alii forte aliter judicabunt: et liberum sit judicium *πᾶσι, καὶ ἐν πᾶσι*, de quibus judicare fas est.

[1234. Diu est ex quo monuit me Tyrwhittus hanc Oden non monostrophicam esse, sed ex stropha et antistropha constare, antistrophen autem a v. 1259. incipere. Canterum hoc fefellisse minime mirum est, cum ex viginti septem versibus, qui strophen absolvunt, non ultra duodecim sint, qui antistrophicis perfecte respondeant; nempe 4. 5. 6. 12. 13. 18. 19. 22. 23. 25. quamquam hic quidem in antistropha mancus. 26. 27. Nihilominus vel ex horum convenientia perspicias, ingeniosam viri clarissimi observationem non magis ingeniosam, quam veram esse. *Musgravius.*]

Δηλίας ἐν καρποφόροις
γυάλοις, χρυσοκόμαν
Φοῖβον ἐν κιθάρᾳ σοφὸν,
ἅ τ' ἐπὶ τόξων
εὐστοχίᾳ γάννυται,
φέρει νιν ἀπὸ δειράδος ἐναλίας,
λοχεῖα κλεινὰ λιποῦσ', ἀ-
στάκτων μάτηρ ὑδάτων,
τὰν βακχεύουσαν Διονύσῳ
Παρνάσιον κορυφὰν,
ὅθι ποικιλόνωτος οἰνωπὸς δρά-
κων, σκιερᾷ κατάχαλκος
εὐφύλλῳ δάφνᾳ, γᾶς
πελώριον τέρας, ἀμ-
φέπει μαντεῖον χθόνιον.
ἔτι μιν, ἔτι βρέφος, ἔτι φίλας
ἐπὶ ματέρος ἀγκάλαισι θρώσκων,

1235. *Δηλίας.* Intelligo *γᾶς.* Scalig. legit *Δηλιὰς*, et Latonam, opinor, innuit. Notat Miltonus in marg. "*ἔτεκεν* hic puto "supplendum." unde forte Barnesii *peperit.* Putarem *τεκοῦσα*, *postquam peperisset*, alicubi deesse propter *φέρει*, i. e. *ἔφερε.* Et comma solum ponerem post *γάννυται.*

1240. Pro *νιν ἀπὸ* Scalig. *θῖν' ἔπι*, i. e. *θῖνα*, *ad litus:* si recte capio quod in Barnes. marg. legitur *θὶν ἐπί.* A. B. *εινα-λιας.* Pro *φέρει* B. *φερειν*: quod vult, opinor, *φερεν*, pro *ἔφερε.* Constructio (vel sensus) secundum meam sententiam, hæc erit: *Εὔπαις ἐστὶν ὁ Λατοῦς γόνος· ὃν γόνον*, (nempe *Φοῖβον Ἄρτεμίν τε*), *μάτηρ τεκοῦσα ἐν γυάλοις Δηλίας γᾶς, λιποῦσα ἀστάκτων ὑδάτων λοχεῖα, ἔφερέ νιν* (*αὐτοὺς*, vel *αὐτὸν*, sc. *γόνον*) *ἀπὸ δειράδος ἐναλίας εἰς Παρνάσιον κορυφὰν, ὅθι* &c.

1242. Per *μάτηρ ὑδάτων* Brodæus intelligit *mare.* mihi constructio videtur esse, *μάτηρ λιποῦσα κλεινὰ λοχεῖα ἀστάκτων ὑδάτων*: et *μάτηρ* puto esse Latonam; ea enim linquebat Delon statim post partum (*τεκοῦσα*) Apollinis et Dianæ. sed quænam sint hæc *ὕδατα ἄστακτα*, *aquæ non-stillantes*, quacumque constructione, nescio. aliquid dici possit de *ἀστάτων*, ex Deli fabulari historia: sed præstat tacere.

1247. *εὐφύλλων*, Ald. Quid sit *κατάχαλκος δάφνᾳ*, ignoro. Explicant *κατάχαλκος*, *æreis dentibus minax.* æque bene possent, *ærea cauda*, vel, *æreis pedibus minax.*

ἔκανες, ὦ Φοῖβε, μαντείων δ' ἐπέ-
βας ζαθέων, τρίποδί τ' ἐν χρυσέῳ
θάσσεις, ἐν ἀψευδεῖ θρόνῳ,
μαντείας βροτοῖς ἀναφαίνων,
θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων,
ὑπὲρ Κασταλίας ῥεέθρων
γείτων, μέσον γᾶς ἔχων μέλαθρον.
Θέμιν δ' ἐπὶ Γᾶς ἰὼν παῖδ' ἀπενάσατο
ἀπὸ ζαθέων χρηστηρίων, νύχια
χθὼν ἐτεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων,
οἳ πολέσιν μερόπων,
τά τε πρῶτα, τά τ' ἔπειθ',
ὅσα τ' ἔμελλε τυχεῖν,
ὕπνου κατὰ δνοφερᾶς γᾶς
εὐνὰς ἔφραζον. Γαῖα δὲ
μαντεῖον ἀφείλετο τιμὰν
Φοῖβον, φθόνῳ θυγατρός. ταχύπους
δ' ἐς Ὄλυμπον ὁρμαθεὶς ἄναξ,
χέρα ψεδνὸν ἔλεξ' ἐκ Διὸς θρόνων,
* * * * * * * *

1256. *θεσφάτων ἐμῶν ἀδύτων.* Hæc sunt obscurissima. Forte, *Θέσφατα τῶν σεμνῶν ἀδύτων*, appositive ad *Μαντείας*. Reiskius, *Θεσφάτων σεμνῶν.* Alii aliter. quæ omnia incerta sunt, æque ac mea.

1259. Pro *ἐπὶ* Scal. et Canter. *ἐπεί.* Bene. Quid vero est *Γείτων*, ver. 1258?

1261, 1262. *φάσματα, Οἵ.* Acute præsagiebat Brodæus, *φάσματα*, poni pro *ὄνειροι μετὰ φασμάτων*, et a voce *ὄνειροι* pendere istud *οἵ*, per *σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον.* Ita fere erat: nam præclare liber Oxon. supplet, *Χθὼν τεκνώσατο φάσματ' ὀνείρων, Οἳ πολέσιν μερόπων* &c. ita etiam Paris. A. C.

1265. *ὕπνου κατά.* Mallem *Ὕπνῳ*, i. e. *ἐν ὕπνῳ*, ver. 44. et construo, *κατὰ εὐνὰς δνοφερᾶς γᾶς*, *in cubilibus obscuræ terræ.* Ver. 1267. *Την μαντειον* A.

1270. *χέρα ψεδνὸν ἔλεξ' ἐξ Διὸς θρόνων.* Placet Scaligeri conjectura, *Χέρα παιδνὸν ἕλιξ'*, *manum puerilem extendebat.* Antholog. III, 9. *παιδνὰς αὐτίκ' ἔτεινε χέρας.* Favet *παιδνὸν* B. qui habet *ψαιδνον*. Oxon. *ἔλειξ'*. A. *ελιξ'*. C. *ἑλιξ'*. Barnesius conjicit, *ἐς Διὸς θρόνον*: usitatius *ἐς Διὸς γένυν.*

Πυθίων δόμων
χθονίαν ἀφελεῖν
θεᾶς μῆνιν, νυχίους τ᾽ ἐνοπάς.
γέλασε δ᾽, ὅτι τέκος ἄφαρ ἔβα,
πολύχρυσα θέλων λατρεύματα σχεῖν.
ἐπὶ δ᾽ ἔσεισε κόμαν,
παῦσε νυχίους ὀνείρους,
ἀπὸ δὲ μαντοσύναν
νυκτωπὸν ἐξεῖλε βροτῶν,
καὶ τιμὰς πάλιν θῆκε Λοξίᾳ,
πολυάνορι δ᾽ ἐν ξενό-
εντι θρόνῳ θάρση βροτοῖς,
θεσφάτων ἀοιδαῖς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ ναοφύλακες, βώμιοί τ᾽ ἐπιστάται,
Θόας ἄναξ γῆς τῆσδε, ποῦ κυρεῖ βεβώς;
καλεῖτ᾽, ἀναπτύξαντες εὐγόμφους πύλας,
ἔξω μελάθρων τῶνδε, κοίρανον χθονός.
ΧΟ. τί δ᾽ ἔστιν; εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν;
ΑΓ. βεβᾶσι φροῦδοι δίπτυχοι νεανίαι,
᾽Αγαμεμνονείας παιδὸς ἐκ βουλευμάτων

1278. λαθοσύναν. Sensus videtur ducere ad μαντοσύναν· *vaticinationem vero noctu videntem* (vel *nocturnam*) *exemit hominibus*. Vertitur *imposturam*. Vocem ξενόεντι (ver. 1281.) suspectam habeo; et alia. Sed taceo. Atque ita valeat obscura hæc monostrophe! [μαντοσύναν ex MSS. edidit Musgravius.]

1288. τί δ᾽ ἐστίν; εἰ χρὴ μὴ κελευσθεῖσαν λέγειν; B. η χρη. verba satis plana sunt. sed mihi obscurior videtur mens hujus Iambi. non multum juvabit, Τί δ᾽ ἐστιν ὅ (vel ὅ, τι) χρή. Aliis forte nulla erit difficultas. Vers. 1291. Pro φεύγοντες mallem φυγόντες, Aor. secundi, ut λαβόντες, et 1299. Μέτεστι χ᾽ ὑμῖν, quam Μέτεστί θ᾽ ὑμῖν. μέρος est κατὰ μέρος, non nominativus verbo Μέτεστι, quod resolvendum est in μετουσία ἐστὶ, ut cætera quæ vocantur impersonalia. Μέρος, *pro parte vestra*, quantum in vobis fuit. Vide ad Supplic. ver. 1077.

φεύγοντες ἐκ γῆς τῆσδε, καὶ σεμνὸν βρέτας
λαβόντες ἐν κόλποισιν Ἑλλάδος νεώς.
ΧΟ. ἄπιστον εἶπας μῦθον. ὃν δ' ἰδεῖν θέλεις
ἄνακτα χώρας, φροῦδος, ἐκ ναοῦ συθείς.
ΑΓ. ποῖ; δεῖ γὰρ αὐτὸν εἰδέναι τὰ δρώμενα.
ΧΟ. οὐκ ἴσμεν. ἀλλὰ στεῖχε, καὶ δίωκέ νιν,
ὅπου κυρήσας, τούσδ' ἀπαγγελεῖς λόγους.
ΑΓ. ὁρᾶτ', ἄπιστον ὡς γυναικεῖον γένος,
μέτεστί θ' ὑμῖν τῶν πεπραγμένων, μέρος.
ΧΟ. μαίνει· τί δ' ἡμῖν τῶν ξένων δρασμοῦ μέτα;
οὐκ εἶ κρατούντων πρὸς πύλας ὅσον τάχος;
ΑΓ. οὔ· πρίν γ' ἂν εἴποι τοὖπος ἑρμηνεὺς τόδε,
εἴτ' ἔνδον, εἴτ' οὐκ ἔνδον, ἀρχηγὸς χθονός.
ὠή· χαλᾶτε κλῆθρα, τοῖς ἔνδον λέγω·
καὶ δεσπότῃ σημήναθ', οὕνεκ' ἐν πύλαις
πάρειμι, καινῶν φόρτον ἀγγέλλων κακῶν.
ΘΟ. τίς ἀμφὶ δῶμα θεᾶς τόδ' ἵστησιν βοὴν,
πύλας ἀράξας, καὶ φόβον πέμψας ἔσω;
ΑΓ. ψευδῶς ἔλεγον αἵδε, καί μ' ἀπήλαυνον δόμων,
ὡς ἐκτὸς εἴης· σὺ δὲ κατ' οἶκον ἦσθ' ἄρα.
ΘΟ. τί προσδοκῶσαι κέρδος, ἢ θηρώμεναι;
ΑΓ. αὖτις τὰ τῶνδε σημανῶ· τὰ δ' ἐν ποσὶ

1300. *τί δ' ἡμῖν τοῦ ξένων δρασμοῦ μέτα;* Id est, *μέτεστι.* Herodotus I, 88. *οὐδὲν γὰρ ἐμοὶ ἔτι τούτων μέτα·* *nihil enim mihi jam cum his rebus est.* Pro *τοῦ* A. C. habent *τῶν.* bene. nam Orestes et Pylades passim vocantur *οἱ ξένοι.*

1308. *πύλας ἀράξας.* Euripideum magis videtur, *Πύλας τ' ἀράξας.*

[1308. Lib. P. *ψόφον.*]

1309. *ἔλεγον αἵδε, καί μ'.* Tertius pes est amphimacer. Lego, *ψευδῶς ἔλεγον αἵδ', αἵ μ' ἀπήλαυνον δόμων, Ὡς ἐκτὸς εἴης.* ultima vox est a Scal. et Canter. pro vulg. *ἦς.* alioquin scripsisset potius *ἦσθα* quam *ἦς.* Piersonus, *ψευδῶς λέγουσαι, μ' αἵδ'* &c. Scalig. et Barnes. *ψευδῆ ἔλεγον αἵδε,* cum biatu. [Musgravius *ψυδρ' ἔλεγον αἵδε.*]

παρόντ', ἄκουσον· ἡ νεᾶνις, ἣ 'νθάδε
βωμοῖς παρίστατ', Ἰφιγένει', ἔξω χθονὸς
ξὺν τοῖς ξένοισιν οἴχεται, σεμνὸν θεᾶς
ἄγαλμ' ἔχουσα· δόλια δ' ἦν καθάρματα.
ΘΟ. πῶς φής; τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη;
ΑΓ. σώζουσ' Ὀρέστην· τοῦτο γὰρ σὺ θαυμάσει.
ΘΟ. τὸ ποῖον; ἆρ' ὃν Τυνδαρὶς τίκτει κόρη;
ΑΓ. ὃν τοῖσδε βωμοῖς θεὰ καθωσιώσατο.
ΘΟ. ὦ θαῦμα· πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω;
ΑΓ. μὴ 'νταῦθα τρέψῃς σὴν φρέν', ἀλλ' ἄκουέ μου·
σαφῶς δ' ἀθρήσας, καὶ κλύων, ἐκφρόντισον
διωγμὸς ὅστις τοὺς ξένους θηράσεται.
ΘΟ. λέγ'· εὖ γὰρ εἶπας· οὐ γὰρ ἀγχίπλουν πόρον
φεύγουσιν, ὥστε διαφυγεῖν τοὐμὸν δόρυ.
ΑΓ. ἐπεὶ πρὸς ἀκτὰς ἤλθομεν θαλασσίας,
οὗ ναῦς Ὀρέστου κρύφιος ἦν ὡρμισμένη,
ἡμᾶς μὲν, οὓς σὺ δεσμὰ συμπέμπεις ξένων
ἔχοντας, ἐξένευσ' ἀποστῆναι πρόσω,

1317. τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη; Sensus videtur esse, *Quid sibi volens? quam mentem rei habens?* Difficultas est in voce πνεῦμα. Cod. B. κεκτημενους; quæ vox forte explicari potest per abruptionem —Versu prox. seq. pro Σώζουσ' legi posset in futuro Σώσουσ': sed non variant MSS. Πνεῦμα videtur significare *mens* in Sophocl. Œd. Col. 638. καὶ πνεῦμα ταυτὸν &c. συμφορὰ pro *res*, et κεκτημένος pro *habens*, frequenter occurrunt.

1319. τὸν ποῖον; Ald. Port. Steph. et B. Το ποιον; *Quale hoc?* et ita Iph. Aul. 517. Sophocl. Œd. Tyr. 120. Plato sæpe. (Pro θαυμάσῃ ver. 1318.) Reiskius θαυμάσῃς.

1320. θεᾷ καθωσιώσατο. Oxon. (et C.) Θεὰ, casu recto. Bene. neque opus erat duobus dativis.

1321. πῶς σε μεῖζον ὀνομάσας τύχω. Potius putarem μεῖον· *quo enim minore nomine recte te possim appellare?* Aliis tamen forte aliter videbitur.

1325. ἀγχίπλουν πόρον. Hesychii exemplar habebat ἀγχίπουν. [Idem notaverat Wesselingius Prob. V. p. 39. *Porsonus.*] sensus fere idem est in utrovis. Pro φεύγουσιν (quod suspectum esse potest) Scal. φεύξουσιν. vid. ad ver. 241. Pro ὡρμισμένη (ver. 1328.) A. ὡρμημενη.

1326. διαφυγεῖν ἐμὸν δόρυ. Opinor, διεκφυγεῖν, *evadere meam classem*, non *hastam.*

Ἀγαμέμνονος παῖς, ὡς ἀπόῤῥητον φλόγα
θύουσα, καὶ καθαρμὸν, ὃν μετῴχετο.
αὐτὴ δ' ὄπισθε δέσμ' ἔχουσα τοῖν ξένοιν
ἔστειχε χερσί. καὶ τάδ' ἦν ὕποπτα μὲν,
ἤρεσκε μέντοι σοῖσι προσπόλοις, ἄναξ.
χρόνῳ δ', ἵν' ἡμῖν δρᾷν τι δὴ δοκῇ πλέον,
ἀνωλόλυξε, καὶ κατῇδε βάρβαρα
μέλη, μαγεύουσ', ὡς φόνον νίζουσα δή.
ἐπεὶ δὲ δαρὸν ἧμεν ἥμενοι χρόνον,
εἰσῆλθεν ἡμᾶς, μὴ λυθέντες οἱ ξένοι
κτάνοιεν αὐτὴν, δραπέται τ' οἰχοίατο.
φόβῳ δ' ἃ μὴ χρῆν εἰσορᾷν, καθήμεθα
σιγῇ. τέλος δὲ πᾶσιν ἦν αὐτὸς λόγος,
στείχειν ἵν' ἦσαν, καίπερ οὐκ ἐωμένοις.
κἀνταῦθ' ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος,
ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον,
ναύτας τε πεντήκοντ', ἐπὶ σκαλμῶν πλάτας
ἔχοντας, ἐκ δεσμῶν δὲ τοὺς νεανίας
ἐλευθέρους πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς.

1338. *μέλη ματεύουσ'*. An, *καὶ κατῇδε βάρβαρα Μέλη, μαγεύουσ' ὣς, φόνον νίζουσα δή.* De significatione particulæ *δὴ*, vide ad Supplic. 521. Reiskius quoque *μαγεύουσα* [et Valckenær. ad Herodot. VII. 191. Male vulgatum citat Cl. Villoison Animadv. in Longi Pastoral. p. 279. *Porsonus.*] Aliter tamen legi et distingui potest hic locus. *Φόνον* est *pollutionem cædis*, ut sæpe.

1343. *αὐτὸς λόγος*. *Ὡὐτὸς λόγος*, *eadem sententia*.

1346. *ταρσῷ κατήρει*. Forte *κατῆρες*, sc. *σκάφος*. plenius dixi ad Supplic. 110.

[1349. *πρύμνηθεν ἑστῶτας νεώς*. Interpretantur : *in puppi navis stantes :* contra mentem procul dubio auctoris ; quidni enim Iphigenia simul intrasset? Vel unde factum dicemus, ut paullo post Orestes cum satellitibus Thoantis pugnis, et proinde in litore, decertet? Vera interpretatio est *a puppe navis*, id quod Anglice diceremus, *a-stern of the ship*. Confirmat hoc res ipsa. Puppis scilicet litori, ex more Antiquorum, obversa erat. Consentaneum igitur, ab hac parte stetisse, qui mox adscensuri erant. *Musgravius.*]

κοντοῖς δὲ πρῶραν εἶχον· οἱ δ' ἐπωτίδων
ἄγκυραν ἐξανῆπτον· οἱ δὲ κλίμακας
σπεύδοντες, ἦγον διὰ χερῶν πρυμνήσια·
πόντῳ δὲ δόντες τὴν ξένην καθίεσαν.
ἡμεῖς δ' ἀφειδήσαντες, ὡς ἐσείδομεν
δόλια τεχνήματ', εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
πρυμνησίων τε· καὶ δι' εὐθυντηρίας,
οἴακας ἐξηροῦμεν εὐπρύμνου νεώς.
λόγοι δ' ἐχώρουν· Τίνι λόγῳ πορθμεύετε,
κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανα, καὶ θυηπόλους;

1350. πρώρας εἶχον. Codd. omnes Paris. πρωραν. Scal. pro εἶχον, legit εἷλκον. Duportus, πρώρᾳ στεῖχον· quæ sunt lasciviæ critices conjecturalis.

Ibid. ἐπωτίδων Ἀγκύρας ἐξανῆπτον. Contra metrum ultima in ἀγκύρας corripitur. Sed necesse erat ita fieri, postquam plurale istud ἐπωτίδων locum invenisset. proculdubio scripsit Euripides, ἐπωτίδος Ἄγκυραν ἐξανῆπτον· id est, ex *unaquaque* epotide *unam* ancoram suspendebant.

[Ibid. Ed. Ald. πρώρας, [πρώροις] quod libenter in πρῶραν, MSS. auctoribus, mutavi. Videtur perversa hujus clausulæ interpretatio tenebras toti huic narrationi offudisse, plerisque scilicet nominativum verbo εἶχον ex præcedenti commate arcessentibus, ut intelligatur Pyladem et Orestem fuisse, qui proram contis sustentarent. Verum id neque dignitati eorum conveniebat, neque omnino facere potuerunt, in litore adhuc stantes. Enimvero subaudiendum est οἱ μὲν, cui deinde opponitur notissimo more οἱ δέ. Hujus ellipseos, quæ nec valde inusitata est, nec a multis tamen animadversa, insigne apud Homerum exemplum est, Iliad. X. v. 157. τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ' ὄπισθε διώκων. Sic et Epigrammatarius Anthol. Steph. p. 327. Ἀμφότεροι Θῆβηθε, καὶ ἀμφότεροι πολεμισταὶ, Κὴκ Ζηνός· θύρσῳ δεινὸς ὁ δὲ ῥοπάλῳ. confer Orest. 1489. Helen. 1620. l. 2. *Musgravius*. v. Porson. ad Orest. 891.]

[Ibid. ἐπωτίδων. Schol. Thucydid. VII. 34. ἐπώτιδες εἰσὶ τὰ ἑκατέρωθεν τῆς πρώρας ἐξέχοντα ξύλα. Confer et Diodor. Sic. T. II. p. 251. ed. Wess. *Musgravius*.]

1353. πόντῳ δὲ δόντες τὴν ξένην καθίεσαν. Τὴν ξένην et τὴν Θεὰν, utraque sunt falsa; quia πόντῳ δόντες καθίεσαν describit aliquid quod in *mare*, non in *navem*, demittebatur. Sensus vix admittit aliquid præter τὴν σκάφην: quia jamjam *navigaturi* hoc semper faciebant. ξένην videtur esse ab imperito interpolatore. in qua re, nulla mutatio, utcumque enormis, miranda est. Pro Σπεύδοντες (ver. 1352.) Scalig. Σπάσαντες. Non opus. vid. Barnes. et Phœniss. 595. ed. King. Mox, ver. 1356. Reiskius legit, διευθυντηρίους Οἴακας, *clavum, qui dirigendæ per mare navi servit*. vulgo, δι' εὐθυντηρίας, Οἴακας &c. vide Hesych. V. Εὐθυντηρία: quæ erat pars navis: prope puppim, opinor, in qua ὁ εὐθυντὴρ versabatur. Vertitur, *per gubernacula* euntes: hoc vult, puto, *per eam partem navis ubi gubernacula sunt*, δι' εὐθυντηρίας, nihilo mutato.

1359. κλέπτοντες ἐκ γῆς ξόανον καὶ θυηπόλον; Spondeus est in quarto loco, νον καὶ. Lego, Κλέψοντες—ἢ θυηπόλον: *Utrum*

τίνος, τίς ὢν σὺ, τήνδ' ἀπεμπολᾷς χθονός;
ὁ δ' εἶπ', Ὀρέστης, τῆσδ' ὅμαιμος, ὡς μάθῃς,
Ἀγαμέμνονος παῖς, τήνδ' ἐμὴν κομίζομαι
λαβὼν ἀδελφὴν, ἣν ἀπώλεσ' ἐκ δόμων.
ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον εἰχόμεσθα τῆς ξένης,
καὶ πρός σ' ἕπεσθαι διεβιαζόμεσθά νιν.
ὅθεν τὰ δεινὰ πλήγματ' ἦν γενειάδων·
κεῖνοί τε γὰρ σίδηρον οὐκ εἶχον χεροῖν,
ποῦ δὲ πόνος ἐμῶν τέκνων;
ποῦ νυχευμάτων χάρις;

1126. γεραιᾶς reponi vult Hermannus ad Hec. 64.

1128. Malim πολλ' ὧδε χρόνου ζώσας μέτρα δή. *Adeo multas temporis periodos viventis.* Sic ἐτέων μέτρα μινυνθάδια Anthol. H. Steph. p. 211. *Musgravius.*

1146. MS. G. et P. πολυχευμάτων superscripto tamen ποῦ νυ. Legendum ποῦ λοχευμάτων. *Musgravius.* Supra 1142. voces παπαὶ, παπαὶ ex ejusdem conjectura additæ.

τροφαί τε ματρὸς, ἄϋπνά τ' ὀμμάτων τέλη,
καὶ φίλιαι προσβολαὶ προσώπων;

ΑΔ. βεβᾶσιν, οὐκ ἔτ' εἰσί σοι, μᾶτερ, τέκνα· στροφὴ γ'.
βεβᾶσιν· αἰθὴρ ἔχει νιν ἤδη
πυρὸς τετακότας σποδῷ·
ποτανοὶ δ' ἤνυσαν τὸν Ἀΐδαν.

ΠΑΙΣ. πάτερ, σὺ μέν τοι σῶν κλύεις τέκνων γόους,
ἆρ' ἀσπιδοῦχος ἔτι πότ' ἀντιτίσομαι
σὸν φόνον; ΑΔ. εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον,
ὅταν, θεοῦ θέλοντος, ἔλθοι μοι δίκα ἀντ. γ'.
πατρῷος. οὔπω κακὸν τόδ' εὕδει.

ΧΟ αἴ, αἴ. γόων ἅλις τύχας,
ἅλις ἀλγέων πάρεστί μοι.

ΠΑΙΣ. ἆρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος
χαλκέοισιν ὅπλοις Δαναϊδῶν στρατηλάταν,
τοῦ φθιμένου πατρὸς ἐκδικαστάν;

ΑΔ. ἔτ' εἰσορᾶν σε, πάτερ, ἐπ' ὀμμάτων δοκῶ, στροφὴ δ'.
φίλον φίλημα παρὰ γένυν τιθέντα σόν.

1149. Personæ mutatæ, et carmen in strophas et antistrophas divisum ad mentem Tyrwhitti, licet vv. 1152. 1159. 1164. 1170. sibi invicem non accurate respondeant.

1153. " Aldus Πάτερ σὺ μὲν τῆς σῶν κ. τ. " γ. Dele literam male repetitam et lege, " Πάτερ, σὺ μέν τοι σ." Porsonus ad Orest. 674.

1160. Edd. στάσω. ποῦ με. Quod editur Tyrwhitti sagacitati debemus. Sed obloquitur Toupius Em. T. I. p. 457. Nomen quidem Ἀσωποῦ hic feliciter detexit vir doctissimus. Sed aliud quid restat, quod omnes fefellit. Repono, ne litera mutata: ΣΤ. ΑΣΩΠΟΥ με δέξεται γάνος. Illud ΣΤ est nota silentii, quæ a Græcis ad Romanos devenit. Terent. Phorm. v. 1. *ST. Quid has metuis fores?* Vide Scaligeri Conject. in Varron. p. 24. Sensus autem Tragici est, *Desine mollium tandem querelarum. Mox ad Asopum miles contendam.* Cui respondet Porsonus in Appendice T. IV. p. 461. Si in palmaria Tyrwhitti acutissimi emendatione acquiescere nolebat Toupius, daret saltem quod Euripides scribere poterat, caveretque ne Cothurnum Atticum in Soccum Romanum mutaret. ΣΤ illud valde ridiculum est.

1161. στρατηλάταν post Heathium Musgravius. Vulgo στρατηλατῶν.

1162. πάτερ', et 1167. ἔλιπεν Tyrwhittus.

λόγων δὲ παρακέλευσμα σῶν,
ἀέρι φερόμενον οἴχεται.
δυοῖν δ᾽ ἄχη, ματέρι τ᾽ ἔλιπες,
σέ τ᾽ οὔ ποτ᾽ ἄλγη πατρῷα λείψει.

ΧΟ. ἔχω τοσόνδε βάρος, ὅσον μ᾽ ἀπώλεσεν. ἀντιστρ. δ΄.
φέρ᾽, ἀμφὶ μαστὸν ὑποβάλω σποδόν.

ΑΔ. ἔκλαυσα, τόδε κλύων ἔπος
στυγνότατον· ἔθιγέ μου φρενῶν.

ΧΟ. ὦ τέκνον, ἔβας· οὐκέτι φίλον,
φίλον ἄγαλμ᾽ ὄψομαι σῆς ματρός.

ΘΗ. Ἄδραστε, καὶ γυναῖκες Ἀργεῖαι γένος,
ὁρᾶτε παῖδας τούσδ᾽, ἔχοντας ἐν χεροῖν
πατέρων ἀρίστων σώμαθ᾽, ὧν ἀνειλόμην;
τούτοις ἐγώ σε καὶ πόλις δωρούμεθα.
ὑμᾶς δὲ τῶνδε χρὴ χάριν μεμνημένους
σώζειν, ὁρῶντας ὧν ἐκύρσατ᾽ ἐξ ἐμοῦ.
παισίν θ᾽ ὑπεῖπον τούσδε τοὺς αὐτοὺς λόγους,
τιμᾶν πόλιν τήνδ᾽, ἐκ τέκνων ἀεὶ τέκνοις
μνήμην παραγγέλλοντας ὧν ἐκύρσατε.
Ζεὺς δὲ ξυνίστωρ, οἵ τ᾽ ἐν οὐρανῷ θεοὶ,
οἵων ὑφ᾽ ἡμῶν στείχετ᾽ ἠξιωμένοι.

ΑΔ. Θησεῦ, ξύνισμεν πάνθ᾽, ὅσ᾽ Ἀργείων χθόνα
δέδρακας ἐσθλὰ, δεομένην εὐεργετῶν,
χάριν τ᾽ ἀγήρων γ᾽ ἕξομεν· γενναῖα γὰρ
παθόντες, ὑμᾶς ἀντιδρᾶν ὀφείλομεν.

ΘΗ. τί δή ποθ᾽ ὑμῖν ἄλλ᾽ ὑπουργῆσαί με χρή;

1174. φίλας Musgravius e conjectura.

1181. Παισίν pro πᾶσιν admisi ex virorum doctorum conjectura.

ΑΔ. χαῖρ'· ἄξιος γὰρ καὶ σὺ, καὶ πόλις σέθεν.
ΘΗ. ἔσται τάδ'· ἀλλὰ καὶ σὺ τῶν αὐτῶν τύχοις.

ΑΘΑΝΑ.

ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ' Ἀθηναίας λόγους,
ἃ χρή σε δρᾶσαι, δρῶντα δ' ὠφελεῖν τάδε.
μὴ δῷς τάδ' ὀστᾶ τοῖσδ' ἐς Ἀργείαν χθόνα
παισὶν κομίζειν, ῥᾳδίως οὕτω μεθείς·
ἀλλ' ἀντὶ τῶν σῶν, καὶ πόλεως μοχθημάτων,
πρῶτον λάβ' ὅρκον. τόνδε δ' ὀμνύναι χρεὼν
Ἄδραστον· οὗτος κύριος, τύραννος ὢν,
πάσης ὑπὲρ γῆς Δαναϊδῶν ὁρκωμοτεῖν.
ὁδ' ὅρκος ἔσται· μή ποτ' Ἀργείους χθόνα
εἰς τήνδ' ἐποίσειν πολέμιον παντευχίαν·
ἄλλων τ' ἰόντων, ἐμποδὼν θήσειν δόρυ.
ἢν δ' ὅρκον ἐκλιπόντες ἔλθωσιν πόλιν,
κακῶς ὀλέσθαι πρόστρεπ' Ἀργείων χθόνα.
ἐν ᾧ δὲ τέμνειν χρὴ σφάγιά σ', ἄκουέ μου.
ἔστιν τρίπους σοι χαλκόπους εἴσω δόμων,
ὃν Ἰλίου ποτ' ἐξαναστήσας βάθρα,
σπουδὴν ἐπ' ἄλλην Ἡρακλῆς ὁρμώμενος,
στῆσαί γ' ἐφεῖτο Πυθικὴν πρὸς ἐσχάραν.
ἐν τῷδε λαιμοὺς τρεῖς τριῶν μήλων τεμὼν,
ἔγγραψον ὅρκους τρίποδος ἐν κοίλῳ κύτει·
κἄπειτα σώζειν θεῷ δὸς, ᾧ Δελφῶν μέλει,
μνημεῖά θ' ὅρκων, μαρτύρημά θ' Ἑλλάδι.

1200. ὁρκωμοτεῖν ex emendatione Reiskii, Heathii, Tyrwhitti probat Musgravius. Et sic dudum conjecerat Grotius *De Jure Belli ac Pacis* II. 15. 3.

1210. στῆσαί σ' probat Musgravius.

ᾗ δ' ἂν διοίξῃς σφάγια, καὶ τρώσῃς φόνον,
ὀξύστομον μάχαιραν ἐς γαίας μυχοὺς
κρύψον, παρ' αὐτὰς ἑπτὰ πυρκαιὰς νεκρῶν.
φόβον γὰρ αὐτοῖς, ἤν ποτ' ἔλθωσιν πόλιν,
δειχθεῖσα θήσει, καὶ κακὸν νόστον πάλιν.
δράσας δὲ ταῦτα, πέμπε γῆς ἔξω νεκρούς.
τεμένη δ', ἵν' αὐτῶν σώμαθ' ἡγνίσθη πυρὶ,
μέθες παρ' αὐτὴν τρίοδον Ἰσθμίας θεοῦ.
σοὶ μὲν τάδ' εἶπον· παισὶ δ' Ἀργείων λέγω,
πορθήσεθ' ἡβήσαντες Ἰσμηνοῦ πόλιν,
πατέρων θανόντων ἐκδικάζοντες φόνον,
σύ τ' ἀντὶ πατρὸς, Αἰγιαλεῦ, στρατηλάτης
νέος καταστὰς, παῖς τ' ἀπ' Αἰτωλῶν μολὼν
Τυδέως, ὃν ὠνόμαζε Διομήδην πατήρ.
ἀλλ' οὐ φθάνειν χρὴ ξυσκιάζοντας γένυν
καὶ χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν ὁρμᾶν στρατὸν,
ἑπτάστομον πύργωμα Καδμείων ἔπι.
πικροὶ γὰρ αὐτοῖς ἥξετ', ἐκτεθραμμένοι,
σκύμνοι λεόντων, πόλεος ἐκπορθήτορες.
κοὐκ ἔστιν ἄλλως. Ἐπίγονοι δ' ἀν' Ἑλλάδα
κληθέντες, ᾠδὰς ὑστέροισι θήσετε·
τοῖον στράτευμα, σὺν θεῷ, πορεύσετε.

ΘΗ. δέσποιν' Ἀθάνα, πείσομαι λόγοισι σοῖς,

1221. ἡγνίσθη pro ἁγνισθῇ ex virorum doctorum emendatione repositum.

1222. Ἰσθμία θεὸς, Musgravio judice, Ino erat, sive Leucothea. Toupius Emend. T. II. p. 261. reponit Ἰσθμίας χθονός. Cui respondet Tyrwhittus: Infeliciter, si quid video; nihil enim juris habebat Theseus in terram Isthmiam, quo in ea τεμένη concederet. Legendum credo, Τεμένη θ'—Μέθες παρ' αὐτὴν τρίοδον ΙΣΘΜΙΑΝ ΘΕΩι. Τρίοδος Ἰσθμία est *via ad Isthmum ducens*. Θεῷ Apollini scilicet, cujus meminit v. 1213.

1231. Ἑπτάστομον ex Valckenærii correctione editum. Aldus ἑπτάστολον.

(σὺ γάρ μ' ἀνορθοῖς, ὥστε μὴ 'ξαμαρτάνειν)
καὶ τόνδ' ἐν ὅρκοις ζεύξομαι· μόνον σύ με
εἰς ὀρθὸν ἵστη. σοῦ γὰρ εὐμενοῦς πόλει
οὔσης, τολοιπὸν ἀσφαλῶς οἰκήσομεν.

ΧΟ. στείχωμεν Ἄδρασθ', ὅρκια δῶμεν
τῷδ' ἀνδρὶ, πόλει τ'· ἄξια δ' ἡμῖν
προμεμοχθήκασι, σέβεσθαι.

ΤΕΛΟΣ ΙΚΕΤΙΔΩΝ.

NOTÆ.

NOTÆ[a]

IN

EURIPIDIS

SUPPLICES MULIERES.

VERSIONI ἐπιγραφῆς addidi vocem *mulieres*, quia in Græco est Ἱκέτιδες non Ἱκέται. Latina autem vox SUPPLICES sexum non discriminat, sicut *Bacchæ, Cressæ, Troades, Phœnissæ*, &c. Æschyli Ἱκέτιδες sunt SUPPLICES *fœminæ*, cum discrimine *status* solummodo. Euripidis enim sunt *matres*, Æschyli *virgines*.

Ceterum hic in limine profiteri liceat, neminem in his notis læsum fore acerbis, contumeliosis, aut contemtum aliquem præ se ferentibus verbis. Æquum erat hoc fieri, si ob nihil aliud, saltem ut auctoris erroribus paratior esset venia; in his enim rebus omnes erramus.

Ver. 2. πρόσπολοι Θεᾶς. Quæsitum fuit, cur *sacerdotes* hic ab Æthra memorantur una *cum Cerere?* Ratio, opinor, est, quia sacerdotum erat nunciare Deo seu Deæ cui sacrum fiebat, quid esset quod sacrificaturi peterent, ipsis quoque sacerdotibus, eorum nomine, idem simul petentibus. Unde, post appellatam Deam, Æthra hic sacerdotes monet, quid pro ea precari deberent. Exemplum est in Andromach. ver. 1104. ubi a Neoptolemo, Apollini sacrum facturo, quærit sacerdos, *O adolescens, quid tibi a Deo petemus? cujus rei caussa venis?* Porro, reticetur verbum εὔχομαι, ut bene Brodæus, vel tale aliquid ante infinitivum εὐδαιμονεῖν, ver. 3. Et hoc usitatum in votis: vide Aristoph. Ran. 914. 920. Acharn. 250.[b] ubi male intelligitur: Herodot. V, 105.

[a] N. B. Quæcunque signis * ( ) interjecta vides, editionis secundæ, forma octava 1775 Londini vulgatæ, propria sunt; quæcunque ex eadem editione exulant, notis * [ ] inclusa exhibentur.

[b] Marklandum laudat Brunckius ad Aristophanis locum.

et Jac. Gronovium ibi. Apposite ad rem et ad locutionem Noster Electr. 805. ubi Ægisthus in privato et domestico sacrificio ipse suus sacerdos, pro se ita precatur,

Νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν,

scil. *precor*, vel *date*: nullum enim sacrificium erat sine precibus [c].

Οἳ ἔχετε verti potest *incolentes*, ut in isto Homeri, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες, quia sacerdotes nonnunquam *habitabant* in templis, et ibi pernoctabant, Iph. Taur. 66. Joseph. Antiq. Jud. XVIII, 4: 4. Herodot. I, 181. Noster Ion. ver. 55. 314, 315.

In versu primo distinxi post Ἐλευσῖνος, cui appositivum est χθονὸς, quod verti potest *urbis* hic, et ver. 4, 9, et centies alibi. nam χθὼν, γῆ, et χώρα, apud poëtas idem significare quod πόλις, docuit Cl. Kusterus ad Aristoph. Thesmophor. ver. 115. Pro οἱ πρόσπολοι Θεᾶς, legi posset et defendi, αἱ πρόσπολοι Θεαῖν, si ita MSS. In Scholiaste Aristoph. Equit. 782. pro τῆς Ἐλευσῖνος πόλεως legitur τῆς Σαλαμῖνος πόλεως.

Ver. 3. Εὐδαιμονεῖν με &c. Æthra venit huc sacrum et preces factura pro semente prospera: sed conspectus harum mulierum miserarum terruit eam, et excussit animo preces quas proposuerat, et diversum genus precum suggessit, majoris momenti; nempe, pro salute sua, et Thesei, et Patriæ. unde necesse erat ut sacerdotibus narraret quid pro ea jam precari deberent.

Ver. 8. Εἰς τάσδε ΓΑΡ βλέψασ'. "Significant hæc aliqua in superio-"ribus deesse. *Reiskius*." Aliter mihi videtur: nempe, hanc particulam γὰρ reddere rationem sententiæ non expressæ, sed subintellectæ, ut fieri solet: hoc modo, 'Optimam caussam habeo quare ita precer;' *precor* ENIM *hæc, intuens hasce anus* &c. Sic ver. 117. 288. et passim: ut et in Sacris Literis, Act. xxvii. 25. Rom. xiv. 10. et alibi sæpissime. Alioquin γὰρ sæpe ponitur pro δὲ; sed in hoc loco non opus est.

Ver. 12. τέκνων, Ἄπαιδές εἰσιν. Tolli potest distinctio post τέκνων, ut constructio sit ἄπαιδες τέκνων, quemadmodum ver. 35. 810. Androm. 714. et alibi.

Ver. 17. θάψαι χθονί. Non superfluum est χθονί· multæ enim sunt ταφαὶ quæ non sunt in *terra*. Vide ad ver. 935.

[c] Adde Aristoph. Thesm. 293. Æschyli Theb. 259. Choëph. 304. *Porsonus.*

Ver. 11. Conf. Toup. in Suidam II. p. 34. *Porsonus.*

Ver. 17. μητέρων Ald. MS. apud Musgravium superscripto μητέρες. *Porsonus.*

Ver. 18. οἱ κρατοῦντες. *Qui rerum potiuntur,* i. e. Creon, rex Thebarum : non *victores,* prout vertitur. Cicero ad Attic. II. 25. *Nos tenemus præceptum illud,* Τὰς τῶν κρατούντων—Præceptum illud extat Phœniss. 406. edit. King. Menander ap. Stobæum Tit. 42. p. 276.

Σέβειν καὶ (l. δὲ) τοὺς κρατοῦντας, ἀρχαῖος νόμος.

vid. Sophocl. Electr. 342. 398. Æschyl. Χοηφ. 265. Absque articulo, κρατούντων, Iphig. Taur. 1301. quod rarum puto.

Ver. 19. νόμιμ' ἀτίζοντες Θεῶν. Cod. A. ατιμαζοντες ex glossemate. Æschylus Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. 447. Supplic. 741. Θεοὺς ἀτίζων. sic Alcest. 1037. pro ἀτίζων vet. edit. habet ἀτιμάζων, ut ἀτιμάζων Θεοὺς Heraclid. 79. Sophocles Œd. Colon. 1214. Πρᾶγος δ' ἀτίζειν [d] οὐδὲν ἄνθρωπον χρεών. vulgo ibi, οὐδέν' ἀνθρώπων. Male. ἄνθρωπον est, ὄντα ἄνθρωπον, *hominem natum,* qui homo sit. In hoc Euripidis loco scriptum videtur $\overset{\text{ατιμαζοντες}}{\text{ἀτίζοντες}}$: inde explicatio supra vocem scripta, in contextum admissa. Quod centies in hoc dramate, et in aliis omnibus factum fuit. Pro certo enim habe, huic fabulæ et ceteris Euripidis, et antiquorum scriptis, plura et graviora ab interpolatoribus et explicatoribus inflicta esse vulnera, quam a librariis.

Ver. 22. Κεῖται. Ex hac voce colligi non debet *(opinor) Adrastum *humi jacuisse,* non magis quam *mortuum* fuisse, quod κεῖται sæpe significat; sed κεῖται ἔχων solum exprimit *est habens.* Verba enim *gestus,* sicut *stare, jacere, sedere,* &c. sæpe nihil volunt præter *esse* vel *existere :* vide ad ver. 665. Et versu 110. quando Adrastum primo alloquitur Theseus, non jubet eum *surgere* (quod fecisset si Adrastus *humi jacuisset*), sed *detegere caput* solummodo, et *luctum omittere.* vid. Hecub. 484, 493, 497. Heraclid. 633, 635.

Ibid. τό τ' ἔγχος—Στένων. [e] Non intelligo. Ἔγχος vertunt *bellum.* δόρυ quidem apud Tragicos *bellum* sæpe significat : δόρυ quoque et ἔγχος sæpe synonyma sunt : et tamen mihi non ullo exemplo liquet ἔγχος apud eos unquam denotare *bellum.* Invenio sæpe apud poëtas πόλιν vel πάτραν στένειν et ἀναστένειν : et Ἴλιον στένειν, Orest. 1387. Ad quam formam foret, τό τ' Ἄργος στένων, *gemens* patriam suam *Argos.* Scripturæ propius est, τό τ' ἔχθος στένων, sensui bene conveniret, τὸ κῆδος, *affinitatem,* nempe, quam contraxerat cum Tydeo et Polynice.

[d] οὐδὲν Suid. v. πρᾶγος. *Porsonus.*

[e] Intelligo *exercitum. Hasta* pro *hastatis.* v. Iphig. Taur. 141. *Musgravius.*

Ver. 25. Pro Νεκρῶν Ald. Νεκρόν.

Ver. 26. τάφου, *sepulcri*, i. e. ταφῆς, *sepulturæ*, ut Homer. Odyss. Ω. 87. Μεταίτιον, ut Herodot. vii. 156. μεταίτιον τοῦ πολέμου.

Ver. 27. Μόνον τόδ' ἔργον. Ad evitandam ambiguitatem forte, Μόνῳ τόδ' ἔργον προστίθεις ἐμῷ τέκνῳ· *Soli meo filio*, non, *Solum hoc opus*. Sic μόνη σὴ πόλις, ver. 189. non μόνον. Vide locum. Et ita Reiskius. Conjecturam hanc in ima pagina notavi, et sæpe alibi, ut Lectori gratiam facerem molestiæ consulendi notas, cum forte res per se satis evidens esset. Sæpe quoque versionem accommodavi conjecturis, non mutato contextu; consilium Cl. Grævii semper ante oculos habens, Præf. ad Ciceron. De Officiis, "Vix latum unguem a scriptis libris recedendum "esse, nisi aut Librarii, aut Scioli peccatum sit tam testatum, ut ab "omnibus, qui non sunt ἄμουσοι, quique non caligant in sole, videri "possit." In hoc loco, multo probabilius mihi videtur Μόνῳ: sed cum defendi possit Μόνον, et parum in sensu discriminis sit, temerarii et petulantis esset contextum mutare. Quod, semel dictum, de multis aliis locis intelligatur.

Ver. 29. προθύουσ'. Reiskius προθύσουσ'.

Ver. 30. πρῶτον φαίνεται. Codd. Paris. A. B. C. πρωτα[f]. quod admisi. φαίνεται vero pro ἐφαίνετο (*ostendit se, apparuit*: non, *apparere solet*) ut sæpe in hoc dramate, et ubique. Alioquin legi posset, cum Valckenærio ad Phœniss. 674. πρῶτ' ἐφαίνετο. *Fruges* autem primum apparuerunt in *Rario*, campo Eleusinis.

Ver. 31. φρίξας—στάχυς. Adumbratum forte ex Homero Iliad. Ψ. 598.

ὡσεί τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρση
Ληΐου ἀλδήσκοντος, ὅτε φρίσσουσιν ἄρουραι.

Ver. 32. Δεσμὸν δ' ἄδεσμον τόνδ' ἔχουσα φυλλάδος. Vox ἔχουσα est valde ambigua (et in ambiguis, quis audet affirmare quænam vera sit interpretatio?): significare enim potest vel, *tenens*, in manibus nempe; vel *habens*, in genibus; vel *habens*, ante pedes; vel *habens*, in ara juxta positum hunc δεσμόν. Vide Des. Heraldum ad Arnob. lib. V. p. 212. ed. Lugd. Bat. 1651. 4to. Spectatoribus fabulæ mens Æthræ liquebat ἐξ αὐτοψίας· nobis ex isto defectu nunc eadem incerta est, et in hoc et in mille aliis locis: interdum ob diversas distinctiones, quæ sensum

Ver. 27. Μόνῳ quoque Musgravius. Μόνον citat J. Meursius Att. Lectt. II. 1. p. 53. qui de προηροσίοις consulendus. *Porsonus*.

[f] Contra inf. 203. iidem Codd. πρῶτον pro πρῶτα.

varium reddunt; interdum ob diversas significationes vocum: velut in hoc ipso loco, ubi, præter ἔχουσα, ambiguitas visa est in voce δεσμὸν quoque, quam Cl. Heathius sumit, non pro *fasciculo* vel *manipulo*, sed metaphorice, pro *vinculo, obligatione, necessitate*: adeo ut "δεσμὸν "ἄδεσμον φυλλάδος, sit, circulus ille Argivarum Matronarum, quæ "Æthram, frondes manibus gestantes, circumcingebant." Eandem metaphoram infra ver. 39. Poëta, inquit, vocat ἀνάγκας ἱκεσίους, quas Theseus λῦσαι debebat: et remittit ad ver. 102, 103. Canterus et Barnesius vertunt, *Tenens autem hunc manipulum frondis non vinctum*: quæ pessime versa esse dicit Heathius. Ego nihil mali in hac versione videns, eam fere secutus sum. Utcumque sumas (nam de *ambiguis* sine fine vel fructu litigari potest), pro ἄδεσμον forte non male legeretur ἀδέσμου. * [Istud vero, *Circulus ille Argivarum Matronarum*, &c. est explicatio, non versio.]

Ver. 33. Μενῶ πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις. Vel Μένω, ut τυγχάνω προθύουσα ver. 28. Nam in prologis caussa redditur *præsentium* actionum et περιστάσεων: quid *faciunt*, non quid *facturi sunt*.

Ver. 35. ματέρας. Admisi ex conjectura μητέρας, quia decies alibi in hac Fabula vox hæc ita scribitur, neque unquam aliter in Iambis. Vid. doctiss. Valckenærium ad Phœniss. ver. 11. qui ex compendio μρος, μρι, μρ, hanc formam Doricam Aldi officinæ imputat.

Ver. 37. Θησέα καλῶν. Ultima in Θησέα longa est, ut ver. 3. et alibi. Et ita in Πηλέα, Ὀρφέα, Μενοικέα, βασιλέα. Brevis tamen est Nostro in φονέα ter, Electr. 599. Λέξον, τί δρῶν ἂν φονέα τισαίμην πατρός; et ver. 763 ejusdem dramatis, et Hecub.[g] 882. Clarkius ad Homer. Iliad. A, 265. scribit, ᾰ in accusativis Atticis *semper* produci. Quod verum esse non potest, nisi φονέα in istis locis non sit accusativus Atticus, vel nisi versus sit depravatus. Vide eum et ad Iliad. O, 463. et Suidam v. Ἀτρέα, et Etymolog. Magn. v. Βασιλέα.

Ver. 38. τὸ τούτων λυπρόν. *Quod has dolet*: nempe, cadavera insepulta filiorum suorum. Χθονὸς, *ex terra*, scil. Thebana, in qua nunc jacent: absolute χθονὸς, pro *Thebis*; ut πόλις ver. 120. et alibi. Sed et χθονὸς eodem more pro *terra Attica* seu *Athenis*, ver. 265. et alibi. Reiskius legit φρενὸς pro χθονός.

Ver. 39. Ἢ τάσδ' ἀνάγκας ἱκεσίους λύσῃ. Dilemma hoc intelliges ex iis

[g] Porsonus ad Hecub. 876. addit Philemonem Athenæi VII. p. 307. E. Euphorionem ejusdem XI. p. 503. A. Piersono allegatum ad Mœrin. p. 192.

quæ dicuntur ad ver. 359. Per δράσας Θεοὺς ὅσιόν τι, opinor innui *Sacrificium*. Chariton Aphrodis. lib. I, 10. p. 14. πρὸς ἀνθρώπους δίκαια, καὶ πρὸς Θεοὺς ὅσια. Ubi vide doctissimum commentatorem, p. 112.

Ver. 40. πάντα γὰρ δι' ἀρσένων &c. Notandus veterum tragicorum mos, finiendi Scenas et Actus plerosque, morali aliqua, vel ad vitam utili sententia. Unde in theatra nostra derivatus idem mos videtur.

Ver. 41. γυναιξὶν—αἵτινες σοφοί. Attice pro σοφαί: ut ξένους γυναῖκας ver. 94. et νοτερὸν πτύχα, 978. Codices A. B. habent σοφαι, et Stobæus, Serm. 83. Parum refert[h]. Sed probabilius σοφοί: et ita Aldina. Thomas Magister: Ἀργὸς ἡμέρα, καὶ ἀργὸς γυνὴ, κρεῖττον ἢ ἀργή.

Ver. 42. Ἱκετεύω σε γεραιὰ γεραρῶν ἐκ στομάτων. Codex C. hoc loco singularis est. Dividit enim omnes hos anapæsticos usque ad ver. 70. in duas strophas et duas antistrophas. In prima antistrophe, secundum divisionem hujus codicis, septem sunt versus: unde patet totidem fuisse in prima strophe; et proinde hunc versum, quem citavi, divisum fuisse in duos. Sequitur ver. 3, 4, Πρὸς γόνυ πίπτουσα τὸ σὸν, Ἀνά μοι τέκνα &c. in quavis divisione horum versuum, tribrachys, σᾰ τŏ σŏν, non potest stare in anapæsto quum sequatur Ἀνα. Describam strophen primam et antistrophen, quemadmodum legi potest, secundum hunc codicem:

ΣΤΡΟΦΗ Α'.

ΧΟ. 1. Ἱκετεύω σε, γεραιὰ,
2. Γεραιῶν ἐκ στομάτων,
3. Πρὸς γόνυ προσπίπτουσα σὸν,
4. Ἀνά μοι τέκνα λῦσαι, φθιμένων
5. Νεκύων οἳ καταλείπουσι μέλη,
6. Θανάτῳ λυσιμελεῖ,
7. Θηρσὶν ὀρείοισι βοράν·

ΑΝΤΙΣΤΡΟΦΗ Α'.

1. Ἐσιδοῦσ' οἰκτρὰ μὲν ὄσσων
2. Δάκρυ' ἀμφὶ βλεφάροις,
3. Ῥυσσὰ δὲ σαρκῶν πολιῶν
4. Καταδρύματα χειρῶν. τί γάρ; ἃ
5. Φθιμένους παῖδας ἐμοὺς οὔτε δόμοις

[h] σοφαὶ recte defendit Cl. Brunckius ad Eurip. Med. 288. Inepte Magistrum citat Marklandus, quasi eadem esset ratio τῶν ἀργὸς et σοφός. *Porsonus.*

6. Προθέμαν, οὔτε τάφων
7. Χώματα γαίας εἰσορῶ.

Deinde sequitur in eodem codice

ΣΤΡΟΦΗ Β΄.

Ἔτεκες καὶ σύ ποτ᾽, ὦ πότνια, κοῦρον, &c.

in qua octo sunt anapæstici, et octo pariter in antistrophe, quæ incipit, Ὁσίως· οὐχ ὑπ᾽ &c. Si hæc vera sint, vox Ἀντιστροφικὰ post versum 70, forte poni debuit versu 42, ante Στροφὴ α΄: et quæ nunc est Στροφὴ simpliciter ver. 71, debuit signari Στροφὴ γ΄, et ita Ἀντιστροφὴ γ΄. Exspectandi sunt alii codices ad firmandam hanc novitatem. Pauca addam, quæ fere notaveram antequam collationem istius codicis accepissem.

Ver. 42. γεραιὰ potest esse vel nominativi vel vocativi casus, ἐγὼ γεραιὰ, quod verum puto, vel ὦ σὺ γεραιὰ, ad Æthram. Et pro Γεραρῶν bene legi potest Γεραιῶν, quæ vox sæpe anapæstum facit, quasi pronunciata fuisset γε̆-ρᾰ-γῶν: *[de qua pronunciatione literæ ι dixi alibi plenius.] vide Hecub. 63. Med. 133. Hippol. 171. Herc. Fur. 447. nam γεραρῶν, (*honorabili, venerando* ore) videri potest non adeo bene convenire miserabili huic choro, de se prædicanti. Reiskius quoque conjicit γεραιῶν. Scio tamen in Anapæstis syllabam αι ante vocalem *(aliquando) corripi posse.

Ver. 44. προσπίπτουσα πρὸς, ut Herc. Fur. 79. Aristoph. Ἱππ. 31. D. Marc. vii. 25. Sine duplicata præpositione supra ver. 10. προσπιτνοῦσ᾽ ἐμὸν γόνυ. Metrum quoque antistrophes hoc postulat.

Ver. 45. Hæc nobis incerta sunt, quia ea pronunciata non audivimus:, unde nescimus veram distinctionem. Vulgo ita,

[1] Ἀνά μοι τέκνα λῦσαι φθιμένων
Νεκύων, οἳ &c.

et vertitur, *Ut redimas mihi filiorum extinctorum Cadavera, quæ* &c. Atqui τέκνα φθιμένων νεκύων, non potest significare *filiorum extinctorum cadavera.* Si quis hanc retineat distinctionem, intellexerit forte, cum Brodæo et Heathio, ἐκ ante νεκύων, ut sit, *Ut eximas meos liberos* ex *cadaveribus defunctorum,* &c. Abreschius (teste Reiskio) Lect. Æschyl. p. 416. dicit, componendum esse Ἀνάλυσαί μοι (non Ἀναλῦσαι), et vertendum, *restitue mihi.* Conjeceram cum Brodæo, Ἄνα μοι, τέκνα λύσαι, φθιμένων &c. *Surge mihi, redime filios meos,* &c. *Surge,* quia Æthra ad

[1] ἀνά μοι στίχα λῦσαι φθιμένων νιάκων. *Musgravius.*

aram *sedebat*, ver. 93. Quin et νεκύων φθιμένων absolute sumi potest, *cadaveribus tabescentibus:* vel μέλη νεκύων, ut σώματα νεκύων ver. 62. et ita distinguit Reiskius. In tanta opinionum diversitate, et distinctionum possibilitate, quis tam temerarius est ut in se recipiat manum et mentem Euripidis præstare ?

τέκνα οἳ, ut ver. 13. quasi scriptum fuisset υἱοὺς οἳ : quod schema διανοίας frequentissimum est. 2 Epist. Joan. ver. 1. τοῖς τέκνοις οὓς, et ver. 4. ἐκ τῶν τέκνων σου περιπατοῦντας.

Ver. 48. (49.) βοράν. Ultimam longam habet, ut apud Æschyl. Agam. 1606. et Nostrum Cyclop. 99. Unde in antistrophe, ultima in ἐσορῶ longa esse debuit. Sed sequitur vocalis, ἔτεκες. itaque ob metrum ibi scribendum videtur εἰσορῶ, brevi ω, ut Hecub. 125. in anapæsto, Τὼ Θησείδα δ' ὄζω Ἀθηνῶν· *Duo autem filii Thesei, germina Athenarum.* Nunquam ita in iambo tragico.

Ver. 49. (50.) Suspecta haberi possunt ὄσσων δάκρυα ἀμφὶ βλεφάροις, *oculorum lacrymas in oculis,* seu *palpebris.* Quærendum forte de diversa lectione, vel distinctione post δάκρυ', ut reliqua continuentur, et exprimatur istud XII Tabularum, *mulieres genas ne radunto.* Δακρῦσαι βλέφαρα in Helen. 954. vertitur, *lacrymis rigare palpebras:* quæ vulgatæ patrocinari videri potest. Si abesset ὄσσων, nulla foret difficultas : et nunc forte nulla est. Nos enim jam ignoramus quantum licentiæ veteres tragici in locutionibus, sine reprehensione, sibi sumere potuerint.

Ver. 50. (51.) Ῥυσὰ δέ. Legendum ῥυσσὰ, cum Heathio, ob metrum. Vide Illustriss. Spanhemium ad Aristoph. Plut. ver. 266. Pro χειρῶν Reiskius legit χηρῶν, et remittit ad Androm. 348.

Ver. 54. (56.) οὔτε τάφων Χώματα γαίας ἐσορῶ. Nihil variant exemplaria; et omnia defendi possunt præter ἐσορῶ, pro quo εἰσορῶ necessarium videtur.

Ver. 57. (61.) σὰς διανοίας. Mallem σᾶς: *communica mecum de tua sententia:* nempe, eam partem ejus quæ ad hanc rem pertinet. Hoc est, Dic nobis quid sentias de hac nostra calamitate. Sic μετάδος λόγου, Orest. 153. μετάδος σῆς εὐπραξίας ibid. ver. 450. τῶν τυρῶν ἥσθιον, Cyclop. 232. potius quam τὸν τυρὸν, ut nunc legitur. Herodotus III, 11. ἐμπιόντες τοῦ αἵματος· ubi exspectasses τοῦ κράματος: vide Locum, et lib. IV, 70. Margo quoque Barnesii habet σᾶς. Sequitur: Μετάδος δ', ὅσσον ἐπαλγῶ &c. id est, κατὰ τόσον, καθ' ὅσον ἐπαλγῶ· *communica vero proportione habita ad meum dolorem.* ut Helen. 73. Θεοί σ', ὅσον μίμημ' ἔχεις

Ἑλένης, ἀποπτύσαιεν· i. e. κατὰ τόσον καθ' ὅσον ἔχεις μίμημα &c. (Teucer loquitur) *quatenus similis es Helenæ.*

Ver. 59. (64.) Τῶν φθιμένων οὓς ἔτεκον. Id est, Τῶν φθιμένων τέκνων, ut φθιμένους παῖδας ἐμοὺς, ver. 52.

Ver 60. (65.) λισσόμεθ'. Ut ἔχομεν ver. 65. Codices A. B. λισσομ'. hoc esset λίσσομαι: quod (λισσομ') non stabit in versu. Παράπεισον, ut Homer. Iliad. Η, 120. ubi vide Clarkium. * [Reiskius delet ὄν. sed mensura versus hoc non patitur, nisi δὲ quoque deleatur.]

Ver. 62. (69.) λαῖνον εἰς τάφον. Barnesius et Heathius post Brodæum supplent istud εἰς, quod in prioribus deerat. Reiskius putat aliquid plus abesse. εἰς (vel ἐς) hoc loco est quod dicimus *in ordine ad*: ut ἐς Αὖλιν, Iph. Taur. 818. εἰς ἴασιν, et εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, in Evangelio.

Pro θαλερῶν Codd. A. B. θαλερα, metro abnuente, nisi legatur πτώματα pro σώματα, ut Phœniss. 1491. ubi vide Valckenærium.

Ver. 63. (71.) προπίπτουσα. Iidem codices προσπιπτουσα. et ita Scaliger. Codex C. προσπιπουσα. Sed si hæc sint antistrophica, metrum poscit προπίπτουσα.

Ibid. Ὁσίως· οὐχ ὑπ' ἀνάγκας. Iterum ambiguitas, aliis post Ὁσίως plenius, aliis post οὐχ, minus distinguentibus. Brodæus, et ex eo Barnesius, explicat, "Non ut te cogere aut possim, aut velim," priore modo distinguentes. Reiskius, Ὁσίως οὐχ, ὑπ' &c. *non quidem reverenter, coacta tamen* &c. et post eum Heathius, Ὁσίως οὐχ, "quia sor-"dido et funebri vestitu indutæ, aras Deorum accedebant; quem "vestitum Theseus infra ver. 97. advertens, appellat πεπλώματ' οὐ "θεωρικά." Volunt, opinor, non mera necessitate compulsæ, sed caussæ quoque justitia fretæ, huc venimus. Vox Θεῶν (ver. 64.) est monosyllabon. Sequitur, καὶ σοί Τι πάρεστι σθένος, ὥστ' &c. aliud argumentum quare Æthræ se applicarent, quia illa potuit iis opitulari. Perite quoque εὐτεκνίας Æthræ mentionem injiciunt, ἀτεκνίαν suam innuentes. Hæc sunt artificiosissima. Si versus admisisset ἔχουσα vel ἔχουσαι pro ἔχομεν, nulla obscuritas in sensu hujus loci fuisset: neque nunc est, ut mihi videtur.

Ver. 64. (72.) δεξιπύρους Brodæus interpretatur, *liba ac placentas suscipientes.* Male, opinor: quia prima in πυρὸς, *triticum*, longa est. In vocum quantitatibus vir summus, Brodæus, sæpe labitur.

Ver. 62. γάϊνον βάρος *Musgravius.*

Ver. 69. (79.) ἐν χερὶ θεῖναι

Νέκυ' ἀμφιβαλεῖν λυγρὰ μέλη παιδός γ' ἐμοῦ.

Mallem,

[i] Τὸν ἐμὸν παῖδα τάλαιν' ἐν χερὶ θεῖναι

Νέκυν, ἀμφιβαλεῖν λυγρὰ μέλη παιδός γ' ἐμέ.

Νέκυν, alii quoque conjecerunt. ἀμφιβαλεῖν est ὥστε ἐμὲ ἀμφιβαλεῖν, *ut amplectar*. Reiskius legit τ' pro γ', et distinguit, Νέκυν ἀμφιβαλεῖν, λυγρὰ &c. Heathius, qui non viderat dispositionem hujus codicis C, has duas strophas et antistrophas reducit in regulare systema anapæstorum triginta, hoc modo:

1. Ἱκετεύω σε γεραιὰ γεραρῶν
2. Ἐκ στομάτων, πρὸς γόνυ πίπτουσα σὸν,
3. Ἀνά μοι τέκν' ἐμὰ λῦσαι φθιμένων
4. Νεκύων, οἳ καταλείπουσι μέλη,
5. Θανάτῳ λυσιμε-
6. λεῖ, θηρσὶν ὀρείοισι βορὰν,
7. Ἐσιδοῦσ' &c.

Versu 2o, mecum delet τὸ. ver. 3o, interpolat ἐμὰ post τέκν'. ver. 8o, legit ῥυσσὰ pro ῥυσὰ. ver. 14o, delet σῷ. versu ultimo, interponit δὴ post παιδὸς, et delet γ': quod et ego deleveram; sed non nisi sero vidi rationem istius particulæ, et legendum esse δός γ' ἐμὲ (non ἐμοῦ), cui præit in strophe dactylus, εἰς τάφον. *[Dele igitur ad imum paginæ 8æ verba, F. παιδὸς ἐμοῦ, et pone, F. παιδός γ' ἐμέ. Patet unde venerit ἐμοῦ: nempe, ex præcedente παιδός.]

Ceterum, post hunc versum recitatum, audiuntur verbera ministrarum, (quas secum adduxerant Matronæ Argivæ) corpora sua pulsantium. Unde Æthra, ut opinor, non Chorus, statim dicit, Ἀγὼν ὅδ' ἄλλος ἔρχεται γόων, γόων Διάδοχος. ubi pro ultimo γόων Valckenærius legendum censet γόοις, (ad Phœniss. 374.) ut Androm. 743. et 802. κακὸν κακῷ διάδοχον, ut legitur in Cod. Florent. et in edit. vet. pro κακῶς. Frequentius ita in Euripide. Cum secundo casu Sophocles Philoct. 888. φέγγος ὕπνου διάδοχον. In sensu nulla est differentia[k].

Ver. 72. (83.) προσπόλων χέρες. Ex antistropha videtur hic scribendum esse προπόλων. Et ita Heathius. Hunc, et antecedentem versum, Æthræ, non Choro, assignavi in versione. Chorus loquitur ea quæ statim sequuntur, Ἴτ', ὦ &c.

[i] τὸν ἐμοὶ παῖδα. *Musgravius.* [k] Vide Valckenær. ad Hippol. 866. *Porsonus.*

Ver. 73. (84.) Ἴτ', ὦ ξυνῳδοὶ κακοί. Imo κακοῖς, *concentrices* meis *malis*. et ita Codd. A. B. quemadmodum conjeceram. Sic Orest. 132. Helen. 173. vide Med. 1008. Phœniss. 1542. Herodot. V, 92. p. 320. προσῳδὸς eodem sensu Ion. 359.

Ξυναλγηδόνες (ver. 74.) pro ξυναλγοῦσαι, *res* pro *persona*: et ἴτε χορὸν pro εἰς χορόν· quorum utrumque frequentissime occurrit. Per ἴτε εἰς χορὸν, vult, opinor, *concinite*: * [quod est Ἀΐδου μολπὰς ἐκχεῖν ver. 773. vide ad ver. 975. et Iphig. Tauric. 182.]

Ver. 76. (87.) Διὰ παρηΐδος. Scribendum παρῇδος ob metrum.

Ver. 78. (89.) Pro ὁρῶσιν metrum vult ὁρῶσι: et sic edidit Barnesius.

Ver. 79. (90.) μ' ἐξάγει χάρις γόων. Ut Alcest. 1080. ἔρως τις μ' ἐξάγει. Hesychius: Ἐξάγειν· παροξύνειν. Ion. 361. vide Dorvill. ad Chariton. p. 481. Apud Herodot. V, 49. ἐνάγει προθυμίη, eodem sensu; et ita passim. Sic forte scribendum lib. VII, 160. ἐπενάγειν τὸν θυμὸν, non ἐπανάγειν. Sed quid est χάρις γόων, ἄπαυστος γόων? Num voluit χάρις γόνων, *amor liberorum* meorum? an ἄπαυστος λόγων? nam hæ voces alibi commutantur. Videri posset alludere ad Nioben in istis, ὡς ἐκ —πέτρας Ὑγρὰ ῥέουσα σταγών. Andromacha tenerrime, ver. 116. fabulæ cognominis, in suavissimis istis elegiacis,

Τάκομαι, ὡς πετρινὰ πιδακόεσσα λιβάς.

Vox γόων vel γόους quater occurrit intra paucos versus.

Ver. 82. (93.) [m] ἀεί. Restitui αἰεὶ, mensura versus ita postulante.

[m] In repetita hac editione ἀεὶ ubique revocavimus, Porsoni monito præfat. Hecub. p. iv. Supplem. xvi. xvii. obsecuti. Insignissimus est locus Grammatici Sangermanensis apud Heynium Homer. Il. M. Supplem. 212. T. VI. p. 638. Πάντα τὰ παρὰ τὸ ἀεὶ συντιθέμενα διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται, οἷον, ἀείμνηστος, ἀειγενέτης, ἀείφρουρος, ἀειπάρθενος, ἀειφανὴς, πλὴν τοῦ ἀΐδιος. Δεῖ γινώσκειν, ὡς δώδεκα φωναὶ εἰσὶ τοῦ ἀεί. Ἔστι γὰρ αἰεὶ, καὶ αἰεὶν, καὶ αἰὲν, καὶ αἰὲς ποιητικῶς. καὶ ἀεὶ διὰ τῆς ει διφθόγγου, καὶ συστολῇ τοῦ ᾰ. καὶ ἀεὶ ἐκτάσει τοῦ ᾱ, ὥσπερ παρ' Εὐριπίδῃ (Phœn. 87.) τὸν αὐτὸν ἀεὶ δυστυχῆ καθεστάναι. καὶ αἰῒ διὰ τοῦ ϊ παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι. καὶ αἰεὶν σύντονον παρ' αὐτοῖς. ὁμοίως δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἄει (leg. ἄϊ) βαρύτονον διὰ τῆς ῑ καὶ συστολῇ τῆς ἀρχούσης, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἀΐδιον γράφεται, καὶ σημαίνει τὸ ἀεὶ ὄν. Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὡς καὶ τὸ ἀειπάρθενος διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται κοινῶς. Αἰολικῶς δὲ διὰ τοῦ ῑ. Ἔστι δὲ καὶ ἠιὸν παρὰ τοῖς Βοιωτοῖς διὰ τοῦ η καὶ ῑ, καὶ αἰὴ παρὰ τοῖς Ταραντίνοις διὰ τῆς ᾱι διφθόγγου, καὶ τοῦ η̄. Οἱ δὲ Ταραντῖνοι ἄποικοί εἰσι τῶν Ταραντίνων (Λακεδαιμονίων.) Ἔτι δὲ καὶ αἰὲς παρὰ τοῖς Δωριεῦσι. Καὶ ταύτας δώδεκα φωνὰς λέγουσιν εἶναι. Ἔστι δὲ καὶ ἀὲ παρὰ Πεισάνδρῳ (Πινδάρῳ v. Pyth. IX. 154.) καὶ μηρεῖ (Μηροῖ.) His similia ipse addo ex MS. Bibliothecæ Bodleianæ magnam partem inedito: αἰεὶ τὸ ἐπίῤῥημα καὶ αἰέν· λέγεται γὰρ δωδεκαχῶς καθὼς Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου· οὕτως γὰρ αὐτὸ παρίστησιν. αἰεὶ ἀεὶ συστολῇ τῆς ἀρχούσης· αἰέν· παρὰ δὲ ἀττικοῖς κατὰ συστολὴν τοῦ ᾰ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔκτα-

Prima enim strophes dipodia est diiambus. et ita Heathius. Ante Ἄπαυστος Brodæus subintelligit εἰμί.

Ver. 84. (95.) [n] Ἐπίπονόν τι κατὰ γυναῖκας. Sententia præcedens, et ἄπαυστος AIEI, et rationale γὰρ, videntur suggerere Ἐπίμονόν τι, *constanter manens quidam affectus*, perdurans. Andromach. 93.

ἐμπέφυκε γὰρ
Γυναιξὶ τέρψις τῶν παρεστώτων κακῶν,
Ἀνὰ στόμ' AIEI, καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν.

hæc sunt simillima. Brodæus explicat τὸ γὰρ θανόντων τέκνων, per, οἱ γὰρ θανόντες υἱοί. Sed τὸ istud pertinet ad πάθος quod sequitur, et θανόντων τέκνων absolute sumi potest.

Ver. 86. (97.) τῶν ἀλγέων. Codices A. B. τωνδ', *horum*. Rectius.

Ver. 87. (98.) καὶ στέρνων κτύπον. Sic Troas. 789. Πλήγματα κρατὸς, στέρνων τε κτύπους. ubi tamen legendum puto τε [o] τυπὰς, propter anapæstum, ne ε brevis fiat ante κτ. Hesychius: Τυπῇσι, πληγαῖς: ex Iliad. E, 887.

Ver. 88. (99.) τῶνδ' ἀνακτόρων ἄπο. Pro τοῦδ' ἀνακτόρου: proprie. Nam ἀνάκτορον est templum Cereris Eleusiniæ: Herodot. IX, 64. De voce ἠχὼ vide ad Mœrin Atticist. in Ἠχὴ, et Hecub. 1118. ed. King. ubi in Barnesiana editur Ἀχὼ, quod Dorum est. ita tamen Aldina. Sed in eadem editione quam habeo correctam ad MS. manu L. Holstenii, invenio Ἠχώ. Notat Brodæus, ἠχοῦς, ἀντὶ τοῦ ἠχοῦ. Voluit, opinor, ἀντὶ τοῦ ἤχου.

Ver. 89. (100.) φόβος μ' ἀναπτεροῖ. Hesychius: Ἀναπτερώσω, μετέωρον ποιήσω. Vide Xenophon. Hist. Græc. III, p. 482. D. et 496. A. ἀνακουφίζομαι eodem sensu, Hist. Græc. lib. V. p. 557. A. μετεωρίζομαι D. Luc. xii. 19. αἴρειν τὴν ψυχὴν Joan. x. 24. nisi ibi scribendum sit τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἰωρεῖς; i. e. *suspendis*, suspensam tenes. Nam αἴρειν τὴν ψυχὴν est *auferre* animam, ver. 18. Max. Tyrius VII, 1. πτέρωμά τι κοῦφον καὶ μετάρσιον, ἐπαῖρόν τε καὶ ἀνακουφίζον τὴν ψυχήν.

Ver. 90. (101.) ἣν μεταστείχω ποδί. *Quam peto profectus, quam accitum*

σιν τοῦ ᾱ ἀεί. παρὰ δὲ αἰολεῦσιν τῆς ἀρχούσης ἐχούσης τὴν αι δίφθογγον, τοῦ δὲ τέλους τὸ ῐ συστελλόμενον βαρυτόνως αἴῐ. λέγεται δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ σὺν τῷ ν αἴῐν. γράφεται δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ κατὰ συστολὴν τῆς ἀρχούσης καὶ ἀποβολῇ τοῦ ε ἄϊ βαρυτόνως. λάκωνες δὲ αἰὲς διφθόγγῳ. λέγεται δὲ καὶ αἰὲ δίχα τοῦ ν καὶ τοῦ σ, διὰ τῆς αι διφθόγγου κατ' ἀρχὴν, καὶ διὰ τοῦ ε κατὰ τὸ τέλος. βοιωτοὶ δὲ ἠῒ διὰ τοῦ η καὶ μακροῦ τοῦ ι κατὰ τὴν λήγουσαν. λέγεται δὲ καὶ αἰὴ διὰ τοῦ η παρὰ ταραντινοῖς, φυλαττομένης τῆς κατ' ἀρχὴν αι διφθόγγου, τροπῇ τῆς ει διφθόγγου εἰς η.

[n] Ἐπίτονον *Musgravius*.

[o] Probante Musgravio.

86. Lege Αἴδας dissyllabως. *Porsonus*.

veni. ποδὶ, quod vertunt *pedibus,* nullam habet, opinor, relationem ad modum quo venit Theseus, sive equo, sive carpento, seu pedibus; sed ad simplicem adventum vel profectionem ejus. Hippolyt. 666. ed. Oxon. Θεάσομαι δὲ σὺν πατρὸς μολὼν ποδὶ, *cum patris pede*[p], i. e. *cum patre reverso,* quando pater meus revertitur. Ibi quoque vertitur *pedibus.* Herc. Fur. 336. Ὦ τέκν', ὁμαρτεῖτ' ἀθλίῳ μητρὸς ποδί· *O filii, sequimini miseram matrem proficiscentem.* Orest. 1217. παρθένου δέχου πόδα, *exspecta virginis pedem,* i. e. reditum. Et ita intelligi potest Act. Apost. v. 9. ἰδοὺ, οἱ πόδες τῶν θαψάντων τὸν ἄνδρα σου, ἐπὶ τῇ θύρᾳ· quod explicari potest, *ecce reversi sunt, et ad ostium, illi qui ad sepulturam extulerunt maritum tuum.* Vide Esai. lii. 7. collat. cum Rom. x. 15. Vix potest supponi, Theseum Athenis Eleusina profectum esse *pedibus* (quod est spatium duodecim milliarium Anglicorum) et inde rursus Athenas eodem more, et Eleusina iterum, eodem die, quemadmodum fecit.

Pro μεταστείχω Cod. A. καταστειχω.

Ver. 91. (102.) Pro ἔχῃ Reiskius ἔχει. Vide ad Iphig. Aul. ver. 1536.

Ver. 92. (103.) εἰσβολὰς ὁρῶ λόγων. Sic Ion. 676. Ὁρῶ—στεναγμῶν εἰσβολάς. Aristophanes Ran. 1135. εἰσβολαὶ σοφισμάτων, i. e. ἀφορμαὶ, ἀρχαὶ, Scholiastes. Νέον (ver. 91.) sensu est κακὸν, ut sæpe in Tragicis. Ver. 93. βωμίαν ἐφημένην, non est *in ara* sedentem, prout vertunt, sed *ad aram, juxta aram:* quod est Δηοῦς ἐσχάραις παρημένη ver. 290. *Cereris assidens focis.*

Ver. 94. (105.) οὐ ῥυθμόν γ' ἔνα. Codex A. ου ρυθμον ενα. Sed B. clare habet ουχ ενα ρυθμον, quod verum puto. Nesciebat interpolator syllabam brevem centies produci ante ῥ, et primam in ῥυθμὸν brevem esse. Ita Cyclop. 397. Ἔσφαξ' ἑταίρων τῶν ἐμῶν ῥυθμῷ τινι· ubi Cod. A. recte habet τινι ρυθμω. Apud Sophoclem Antig. 324. ubi nunc legitur, Τί δαὶ ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου, Poëta potuit scripsisse, [q] Τί δὲ ῥυθμίζεις. Noster Electra 772. Ποίῳ τρόπῳ δὲ, καὶ τίνι ῥυθμῷ φόνου. Idem mendum videtur Aristoph. Nub. 647. μανθάνειν περὶ ῥυθμῶν. nunc legitur, σὺ περὶ ῥυθμῶν. Ex supplemento, opinor, σύ [r].

[p] Hanc observationem laudat Valckenærius Hipp. 866. *Porsonus.*

[q] Atque ita MS. teste Brunckio ad Æschyl. Prom. 1031. qui et ita edidit. In Electræ loco, ποίῳ τρόπῳ δὴ— Dawes. Misc. Crit. p. 160. qui omnino consulendus. Sic Hecub. 603. recte ex Aldina edidit Musgravius, καὶ ταῦτα μὲν δή. adstipulante Scholiaste et Eustathio ad Hom. Il. N. p. 930. Rhes. 874. Ποῖ δὴ (non δὲ) τράπωμαι. Alexis apud Polluc. X. 17. ποῖ δή μ' ἄγεις διὰ τῶν κύκλων ubi vulgatur δέ. *Porsonus.* quem vide ad Eurip. Med. 1008.

[r] σὺ in exilium abire jussit Brunckius, consentiente MS. optimo Ravennate.

Ver. 97. (108.) Κουραὶ ΔΕ. Mallem, [s] Κουραί ΤΕ: præcessit enim, ἔκ ΤΕ γὰρ γερασμίων &c. De θεώροις vide Valckenærium ad Ammonium p. 92. seqq. et Salmasium ad Achill. Tatium lib. VIII. p. 715.

Ver. 99. (110.) προσδοκῶ τι γὰρ νέον. Naturalis ordo verborum est προσδοκῶ γάρ τι [t] νέον. Sed Poëta a quantitate coactus est eum pervertere; unde patet τι non esse [u] communem, sed brevem. Ne mutes sine codicibus Ἡμῶν in Ἐμὸν: non enim hic opus est, licet ita scribat Ione 1020. σὸν λέγειν, τολμᾷν δ' ἐμόν. Vide ad ver. 516.

Ver. 106. (117.) Οἵ δ' ἀμφὶ τόνδε παῖδες, ἢ τούτου [x] τέκνα. Cod. B. τῶνδε. Quod si verum sit, et verum mihi videtur, mutanda est distinctio, Οἳ δ' ἀμφὶ, τῶνδε (sc. γυναικῶν) παῖδες, ἢ τούτου τέκνα; *Qui vero circumstant, filiine sunt harum, an hujus?* Ἀμφὶ (ut *circa* Virgil. VI. 865.) sine substantivo vel casu, ut Ion. 236. Mutavit Barnesius, opinor, ἢ, lectionem editionum, in ἦ, *an*. Notandum vero est, mares, Adrastum et pueros, seorsum hic collocatos esse, non fœminis Supplicibus mistos: opinor, quia supplicatio fit ad fœminam, Æthram. Contra, apud Sophoclem (init. Œdip. Tyran.) ubi Œdipo supplicatur, nulla fœminarum mentio inter Supplices. Pueri solummodo et Viri apparent. An hoc perpetuum erat, ob τὸ Πρέπον? certe hujus rei observantissimi erant veteres.

Ver. 107. (118.) νεκρῶν τῶν ὀλωλότων κόροι. Sic ver. 16. νεκροὺς τοὺς ὀλωλότας, et ver. 558. et φθιμένων νεκύων ver. 45. νέκυας κατατεθνειῶτας Homer. Odyss. Χ, 447. et νεκύων κατατεθνειώτων Iliad. Η, 409. ubi vide Clarkium. Nihilominus non accurate dictum videtur hoc Euripidis loco, filii mortuorum qui perierunt, pro, filii ducum qui perierunt. Nam multi erant mortui in ea expeditione præter Septem Duces: sed de Ducum filiis solis Æthra hic loquitur. Νεκρῶν itaque, licet verum sit quod narrat, tamen non satis videtur. Distinctius fuisset, τέκνων, ut ver. 100. 169. et alibi. Tunc diceret, οὐκ εἰσὶ τούτου τέκνα, ἀλλὰ κόροι τέκνων (non νεκρῶν) τῶν ὀλωλότων: de quibus τέκνοις ὀλωλόσι paullo ante meminerat Æthra: *non sunt Argivarum filii, neque Adrasti; sed sunt filii filiorum Argivarum,* (i. e. filii *ducum*) *qui in bello perierunt.*

Ver. 108. (119.) ἱκεσίᾳ χερί. Id est, manu protensa, et tenente ramum supplicatorium.

[s] Probat Musgravius.

[t] οὔτε τι γὰρ Archilochus Plutarchi T. II. p. 33. B. et κάκιον. *Porsonus.*

[u] Ut censet Valckenærius ad Euripid. Phœn. 856. *Porsonus.*

[x] τούτων MS. G.

Ver. 109. (120.) ὁ ἐντεῦθεν. Edidi [y] οὑντεῦθεν, quod et malebat Barnesius, et quod oblitus erat se edidisse prius, Hippol. 336. Neque aliter hic legi potest (vid. ver. 695. 758.). nam Tragici in Iambis suis hunc hiatum, ὁ ἐντεῦθεν, non admittunt. Unde apud Clem. Alexandrinum Strom. I. p. 340. ed. Oxon. pro εὖ λεγόμενοι οἱ λόγοι ad finem Iambi, scribendum est εὖ * (vel οἱ cum Valckenær. ad Hippol. Diatrib. p. 260.) λελεγμένοι λόγοι, non, cum Grotio, καὶ λεγόμενοι εὖ λόγοι. Inde redarguendus est Kingius, qui Hecub. 565. edidit, Τέμνει σιδήρῳ αἵματος διαῤῥοάς· pro πνεύματος. De loco Orest. 597. Εἰ μὴ 'γκελεύσας (i. e. ὁ ἐγκελεύσας, [z] crasi οὑγκελεύσας, elisione μὴ 'γκελεύσας) qui spreto Tragicorum more, nunc legitur, Εἰ μὴ ὁ κελεύσας, dicam plenius * [ad Iphig. Taur. ver. 1010.] * (alibi.) Immo et in Comici [a] Βατράχ. 964. legitur ἐν pro ὃ ἐν, hoc est οὑν, et ita legendum Vesp. ver. 22. ubi nunc est ἔν τε γῇ, pro ὃ ὕν τε γῇ: * [ut alibi plenius dicam.] Nam Troas. 59 [b]. Ἥπου δὴ ἔχθραν τὴν πρὶν &c. Euripides, nisi fallor, scripsit Ἥπου γὰρ ἔχθραν. et Andromach. 169. Οὐ Πρίαμος οὐδὲ Χρύση, ἀλλ' Ἑλλὰς πόλις, vox Χρύση, quam edidit Barnesius pro χρυσὸς, lectione omnium MSS. certissime depravata est. Tentabam, Οὐ Πρίαμος [c] ὁ ζάχρυσος, ἀλλ' &c. *Non auri dives iste Priamus, sed* &c. Utcumque vero hoc sit, in Bacch. 814. quamquam erat in Editt. Porti, Stephani, Barnesii, Σάφ' ἴσθι, σιγῇ ὑπ' ἐλάταις καθήμενος, non dubitavi quin Euripides scripserit, σιγῇ γ' ὑπ' ἐλάταις: et ita postea inveni in Aldina [d]. In universum, et, ut semel dicam, hoc verum esse semper deprehendes, in Tragicorum iambis vocalem longam aut diphthongum non corripi ex eo quod sequatur altera vox incipiens a vocali vel diphthongo; sed semper, nisi fiat elisio, interponi aliquid inter vocales vel diphthongos, frequenter [e] obstaculum γ', ut hic inter σιγῇ et ὑπ': nonnunquam bis in eodem iambo. Τί οὖν, Τί ἐστι, Οἳ ἐγὼ, Τί

[y] οὑντεῦθεν Ald.

[z] Ista sive crasis sive elisio nunquam Græcis cognita est. Porsonus ad loc.

[a] In Ranis οὑν edidit Brunckius, Marklandum secutus.

[b] Ita edidit partim ex MS. Musgravius, Ἥπου νυν ἔχθραν τὴν πρὶν ἐκβαλοῦσα δὴ, cum ante legeretur, Ἥπου δὴ —ἐκβαλοῦσα νῦν. *Porsonus.*

[c] Ut edidit Brunckius. *Porsonus.*

[d] Ut edidit Musgravius. *Porsonus.*

[e] Particulam γε sæpenumero interseri πρὸς βύσιν χασμωδίας identidem testatur Eustathius: v. g. Il. Ξ. p. 969, 55. =955, 20. Τὸ δὲ, τῆς δέ γ' ἀμείνονα, οὐ πρὸς ἀνάγκην οὐδὲ αὐτὸ τόν γε σύνδεσμον ἔχει, ἀλλ' ἢ πρὸς βύσιν χασμωδίας, ἢ διὰ τραχυφωνίαν φίλην τῇ ποιήσει. Π. p. 1076, 34. = 1100, 28. τὸ δὲ, ἀτὰρ τότε γ' ἐσθλὸν, καὶ ἑξῆς, δηλοῖ τῇ ἐπενθέσει τοῦ γε συνδέσμου, φορτικὴν καὶ Ὁμήρῳ εἶναι τὴν σκληρὰν χασμωδίαν, εἰ καὶ ἄλλως αὐτῇ χαίρει ὅτε χασμᾶται καίρια. Adde Ρ. p. 1108, 34.=1145, 24. Τ. p. 1179, 33. =1244, 48. p. 1187, 33.=1256, 5.

εἶπας, Εὖ ἴσθι, Ἰοὺ, ἰοὺ, et similia, quæ raptim efferuntur ab *iratis, mirantibus, festinantibus, dolentibus,* &c. qui regulas loquendi non curant; alius sunt rationis: * (et alius adhuc ἐπεὶ οὐ, ἐπεὶ οὐδέπω, et ἐπεὶ οὐκ in Iambis Æschyli et Sophoclis.) Vide errorem similem iis de quibus questus sum, in comment. ad Ion. ver. 286. ed. Barn. Quod miror in Viro summo[f] et fere acutissimo, quem video ita emendantem Euripidis Philocteten, ed. Barn. p. 501.

Καί τοι πολὺ ἤδη τῷ χρόνῳ λώφησέ μοι
Νόσος.

vulg. πόλλ' ἤδη, pro πολύ γε δὴ, si sit Euripidis: quod negat Cl. Heathius in Fragm. Eurip. p. 181.

Ver. 110. (121.) Σὲ, τὸν κατήρη. De vi articuli quum pronomini subjungitur, sæpius inservientis irrisioni quam exprimit indignatio, vide editorem Phœnissarum ad ver. 1637. p. 552. Scienter dixit *sæpius:* non enim *semper,* novit in Tragicis apprime versatus, ex hoc loco, et ver. 804. 1023. Helen. 1113. Ion. 219. 442. Hic articulus, ut hoc obiter moneam, valde desiderari videtur in Sophoclis Philoctete 1088[g]. ubi Ulisses, insultans Philocteti, dicit, χαῖρε, τὴν Λῆμνον πατῶν. Si legas, χαῖρ', ὁ τὴν Λῆμνον πατῶν, non mediocrem emphasin et elegantiam addideris, ut Joan. xix. 3. Χαῖρε, ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων: idem quod ὦ βασιλεῦ. Sæpe conspicitur hic defectus articuli in N. T. et in nonnullis locis ubi Græcæ linguæ ratio, nisi fallor, eum postulat, ut Lucæ x. 29. 36. ubi ὁ desiderari videtur ante πλησίον. nam πλησίον est *prope.* sed *propinquus* vel *proximus* est ὁ πλησίον: neque unquam aliter, opinor.

Ibid. τὸν κατήρη χλανιδίοις. *Veste virili instructum.* Ita intelligo κατήρη, sive sit a κατὰ et ἄρω, *apto,* sive a κατὰ et ἐρέσσω, *remigo.* Heathius ad Eurip. Electr. 498. a sola præpositione κατὰ deducit κατήρης, et ἀμφήρης ab ἀμφὶ, εὐήρης ab εὖ, ἀντήρης ab ἀντὶ, διήρης a διά. Ceterum necesse erat ut Theseus mentionem faceret χλανιδίων (quæ erat vestis *virorum,* Pollux VII, 46. 48. ex qua significatione pendet tota loci mens); alioqui enim Adrastus non intellexisset se appellatum fuisse: nam Thesea videre non potuit, utpote faciem veste, seu his χλανιδίοις, obtectam habens; quod a viris in luctu fieri solebat, ut Orest. 42. et

[f] Vir summus quem hic sine nomine memorat Marklandus, D'Orvillius est in Charit. p. 355. Marklandi humanitatem merito prædicat ipse humanissimus Valckenærius Diatr. Eurip. p. 126. Observat Porsonus eadem chorda oberrasse D'Orvillium p. 363. ubi D. Lucam Poetarum ordinibus adscribere conatur.

[g] Vulgatam defendit Brunckius.

Homer. Odyss. Θ, 85. Fœminæ πέπλοις suis in hanc rem utebantur, Hecub. 405. Orest. 280. quin et viri, quandoquidem vestes eorum nonnumquam πέπλοι abusive appellabantur. Vocem κατήρης habet Herodotus VIII. 21. καὶ εἶχε πλοῖον κατῆρες ἑτοῖμον· quod vertitur, *et habebat expeditum et remis instructum navigium ;* proprie quidem *remis*, si sit ab ἐρέσσω, *remigo.* Noster Iphig. Taur. 1346. ὁρῶμεν Ἑλλάδος νεὼς σκάφος Ταρσῷ κατήρει πίτυλον ἐπτερωμένον· forte, Ταρσῷ κατῆρες, πίτυλον &c. *videmus Græcam navim Remis instructam, ad navigationem velut alis paratam.* νεὼς πίτυλος εὐήρης habetur versu 1050. istius dramatis. Ταρσῷ κατῆρες, erit, ut hic, χλανιδίοις κατήρη. et ita Electra 497[h]. Πολιόν τε θησαύρισμα Διονύσου τόδε, Ὀσμῇ κατῆρες. Vertunt, *Odore gratum.* intelligo, *Odore instructum :* id est, vinum *odorum*, εὐώδη Theocrito Idyll. XIV. 16.

Ver. 112. (123.) Πέρας γὰρ οὐδὲν, μὴ διὰ γλώσσης ἰόν. Melius forte legi posset Περᾶς, et ἰών : ut περᾶν ὅρκον Æschyl. Eumenid. 492. Ὅρκον περῶντας μηδὲν ἔκδικον φράσειν· (Vulgo, φρεσὶν : Stanleius, φράσαι) et περᾶν λουτρὰ ibid. ver. 640. διεκπερᾶν βίον, hac Fab. 954. Nam διὰ γλώσσης ἰέναι est *loqui*, et de *persona* dicitur, ut διὰ λόγων ἰέναι Troad. 916. διὰ λόγων ἀφικνεῖσθαί τινι, Medea 872. διὰ λόγων ἰὼν τῷ Ὁμήρῳ ὁ Χῖος, *collocutus cum Homero*, Auctor Vit. Homeri, qui appellatur Herodotus, cap. 24. Dubito an πέρας recte dici possit ἰέναι διὰ γλώσσης. Περᾶν οὐδὲν idem exprimere videtur quod περαίνειν οὐδὲν, ver. 584. Phœniss. 603. et Xenophon Hist. Græc. IV. p. 536. B. *Nihil enim efficis* (agis), *nisi loquaris.* Et Brodæus explicat, "Nil consequi potes, nisi, quid ex me velis, sermone "expresseris." quamquam scio πέρας οὐδὲν recte dici de re vel conatu inutili et inani.

Ver. 115. (126.) Τί χρῆμα θηρῶν. Helen. 1254. Τί χρῆμα θηρῶσ', &c. ἰχνεύειν eodem sensu Alciphron. II. 3. eadem metaphora.

Ver. 116. (127.) Οἶσθ' ἣν στρατείαν &c. Efferri potest sine interrogatione ; ut Horat. I. Epist. ii. 23. Luc. xviii. 20. Versu proxime sequenti, intelligitur Οἶδα· Οὐ γὰρ &c. ut notavi ad ver. 8. Hunc versum Οὐ γάρ τι σιγῇ &c. in animo forte habuit Miltonus Paradis. Amiss. lib. II. ver. 994. loco nobili.

Ver. 119. (130.) [i]Τοιαῦθ' ὁ τλήμων &c. Citatur ab auctore epistolar.

[h] πολιὸν est emendatio Scaligeri, cum in vulgatis esset παλαιόν : πολιὸν autem probat Musgravius, laudans Pierson. ad Mœrin v. σαπρὸς, Nicandr. Theriac. 582. *Porsonus.*

[i] Laudat Dion Cassius LXXI. 22. T. II. p. 1189, 46. *Porsonus.*

ad Quintum Fratrem lib. II. epist. 14. Ὁ τλήμων πόλεμος, *miserum bellum:* cujus etiam nomen adeo detestabile erat, ut Chorus apud Sophoclem Œdip. Tyran. 199. nomine Martis, vel *belli sine clypeis,* vocet *pestilentiam,* rem hominibus maxime abominandam.

Ver. 122. (133.) οἱ κτανόντες οὐκ ἐῶσί με. Ferri potest: sed prætulerim οἱ κρατοῦντες, *rex* Creon: ut ver. 18. Εἴργουσι δ' οἱ κρατοῦντες, eadem sententia. Creon enim erat qui a sepultura mortuos prohibuit; quod ex toto dramate liquet, et ex Statio Thebaid. XII. 558. *Quos vetat igne Creon.* et hic ipse Creon vocatur οἱ τότε κύριοι Θηβαίων ὄντες, Isocrat. Panath. p. 530, 531. i. e. οἱ κρατοῦντες, seu *Rex.*

Ver. 124. (135.) Ita distinguendum opinor, Τί δ'; εὐτυχοῦντες οὐκ ἐπίστανται φέρειν. *Quid vero* dicant, quæris? *bonam fortunam nesciunt ferre.* ita etiam disting. Reiskius. Vide Ion. 958, 959. infra ver. 158.

Ver. 127. (138.) Τὸ δ' Ἄργος[k] ἡμῖν ποῦ 'στιν; ἢ κόμπει μάτην. Hic, ut mihi videtur, sui paullum oblitus est Theseus, vel Poëta; et dolet legere hunc versum, superbiæ et insolentiæ potius quam humanitatis indicem. nam excusatio ejus ad matrem (ver. 334. seqq.) non excusat, et parum valet adversus hunc acerbum iambum. *(Sed, ut verum fateamur, Argivos non amabat Euripides.) Ceterum pro 'κόμπει (i. e. ἐκόμπει) Codd. Paris. A. B. C. habent κομποι. Bene. *Num* (ἦ, non ἢ) *gloriationes* vestræ *falso* (i. e. *falsæ*) *erant?* nam μάτην est *falso,* non *frustra,* hoc loco. Sæpe ita in Euripide, et aliis, in quibus fere vertitur *frustra,* non recte. κόμποι μάτην, ut μάτην λόγος Ion. 275. Apposite Herodotus VII. 103. ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη. Sic κομπάζειν μάτην Hippol. 978. ἐκβαλὼν κόμπους κενοὺς, Herc. Fur. 148. Sotion apud Athenæum VIII. 3. p. 336. F.

> Ἀρεταὶ δὲ, πρεσβεῖαί τε, καὶ στρατηγίαι
> Κόμποι κενοὶ ψοφοῦσιν ἀντ' ὀνειράτων.

ut pro ὀνειράτων legit Valckenærius ad Phœniss. 397. p. 144. cujus notam vide. Pro ἡμῖν Cod. C. ὑμιν: et ita Brodæus, ἡμῖν vel ὑμῖν. Pro κόμπει Miltonus κομπεῖ. Sequor Codices. ἡμῖν vero, ut Soph. Electr. 274. et Virgilius Æn. V. 391. *ubi nunc* NOBIS *Deus ille,* &c. De articulo interdum præposito propriis nominibus apud Tragicos, ut hic τὸ Ἄργος, dicam ad ver. 702. τοῖς Ἐρεχθείδαις.

Ver. 129. (140.) ἰδίᾳ δοκοῦσάν σοι τόδ'. Ex Aldina recte dedit Barne-

[k] ὑμῖν P. ut edidit Musgravius; et sic citat Valckenærius ad Euripid. Phœn. 1682. *Porsonus.*

sius δοκῆσαν, quod firmatur duobus Codd. Paris. A. B. Δοκῆσαν idem est quod δοκοῦν. et τόδε δοκῆσάν σοι ponitur absolute, pro genitivo, τοῦδε δοκήσαντός σοι. Heraclid. 187. ψήφῳ δοκῆσαν, pro ψήφῳ τοῦδε δοκήσαντος, *quandoquidem decreto ratum hoc fuerit.* Xenophon Cyrop. IV. p. 110. E. ὡς καὶ ἐμοὶ τοῦτο συνδοκοῦν· ubi in marg. scribitur τούτου συνδοκοῦντος, ab explicatore.

Ver. 131. (142.) Ἐκ τοῦ δ' ἐλαύνεις ἑπτὰ πρὸς Θήβας ὄχους. Opinor, λόχους, *cohortes.* Statius, *agmina septem.* Sic ver. 636. ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι. vide Sophoclem Antig. 145. Noster Phœniss. 1110.

Λόχους ἔνειμεν ἑπτὰ &c.

et Æschyl. Sept. Theb. 42. 56. Ἐλαύνεις vero pro Ἤλαυνες. et ἐκ τοῦ pro ἐκ τίνος, sc. πράγματος, *quære?* ut Helen. 92. Electr. 246. ubi male vertitur, *Ex quo tempore.* Phœniss. 946. Aristoph. Ran. 773.

Postquam hæc scripseram, comperi in eandem conjecturam venisse virum doctissimum Joan. Piersonum, Verisimil. I. 6. p. 76.

Ver. 133. (144.) Τῷ δ' ἐξέδωκας παῖδας &c. Sensus videtur poscere, Τίσι δ'—Ἀργείων, propter παῖδας. vide ver. 135. Certe absurdum est Τῷ[l]· nemo enim pater *duas* filias collocat *uni* marito. Τοῖς pro Τῷ optime conveniret, si quemadmodum τῷ pro τίνι, ita τοῖς pro τίσι ponerent Tragici. Quod non factum puto.

Ver. 136. (147.) τῷ Θηβαιγενεῖ. Correxeram Θηβαγενεῖ ex Hesiodi Theogon. 530. ed. Robinson. et ex Varrone apud Nonium restituto a Cl. Bentleio Epist. ad Joan. Millium p. 69. *Ismenias* (i. e. *Ismenus*) *Thebogenes fluit scaturex.* Lege, inquit, *Thebagenes*, Θηβαγενής. Et ita Valckenærius (quod ad Θηβαγενεῖ hoc loco Euripidis) ad Ammon. lib. II. cap. 4. p. 98. qui istum locum Hesiodi, et, pro eruditione sua, plures alios advocat. Emenda obiter Dionysium Afrum Περιηγ. 623. ubi legitur Θηβαιγενέος Διονύσου. Sic νοθαγενεῖ Androm. 912. et νοθαγενεῖς 942. Θηβαιγενὴς non magis Græca vox est, opinor, quam δύναιμ' ἄν, pro δύναι' ἂν (i. e. δύναιο ἂν) Phœniss. 410. ed. Barn. Δύναιμ' ἂν * [quod in omnibus quas vidi editionibus legitur] accipitur, opinor, pro δυναίμην ἄν, ut Bacch. 943. Ἆρ' ἂν δυναίμην τὰς Κιθαιρῶνος &c. cui respondetur, Δύναι' ἄν, εἰ βούλοιο. Sed ubi inveniemus δύναιμ' (i. e. δύναιμι) ἄν, a verbo δύναμαι? Potes δύνωμ' ἄν, si minus placet δύναι' ἄν[m].

[l] Nescio quid argutetur ad h. l. Marklandus, cui absurda immerito videtur vulgata lectio. *Brunckius ad Æschyli S. Theb.* 474.

[m] Recte δύναι' ἂν probante Brunckio ad Æschyli Prom. 764. *Porsonus.*

Initio versus Codd. A. B. omittunt τε.

Ver. 140. (151.) παῖδ' ἐμώ. Pro ἐμὰ, cum de *puellis* loquatur. Sed Tragici et Attici ita solent. sic τὼ παῖδε τώδε Sophocl. Antig. 567. de Antigone et Ismene. Et tamen παῖδ' ἐμὼ Phœniss. 1224, est, *filii mei duo.* sed in sensu loci utriusque nemo falli potuit. Sic Isocrates in Panath. p. 523. cum dixisset τὰ πόλεε ταύτα, de *Athenis* et *Lacedæmone,* mox de iisdem ponit τὼ πόλεε τούτω. vide Clarkium ad Iliad. E, 778. Ceterum δοῦναι pro δώσειν. * [Dicam ad Iphig. Aul. ver. 91.]

Ver. 145. (156.) Ἦ τοῖς ἔδωκας. Vel τοῖσδ', *his.* et ita Valckenærius ad Phœniss. 423.

Forte olim invenietur ὁμοῦ pro ἅμα in alterutro versuum præcedentium. vide Ammonium V. Ἅμα, et Phœniss. 1119. ed. King. licet alibi reperiantur duo versus continui in eandem vocem desinentes.

Pro δισσοῖν (ver. 146.) Cod. A. δισσων. non male. neque male legeretur σφε (i. e. αὐτοὺς) pro γε.

Pro Μάχην Reiskius legit Μάχῃ. Quod eodem recidit, si recte capio.

Ver. 147. (158.) πῶς est *quare,* ut ver. 185. et sæpe alibi. sic et τίνι τρόπῳ (ver. 149.) *quo modo,* est *quare, quamobrem:* ut Sophocl. Œd. Tyran. ver. 10. Helen. 1244. πῶς οὖν τόνδ' ἔτ' οἰκήσεις τάφον; *quare igitur* &c. Aristophan. Plut. 575.

Ver. 148. (159.) Τυδεὺς μὲν, αἷμα συγγενὲς φεύγων. Sic in Œneo Noster: αἷμα συγγενὲς φυγὼν Τυδεὺς—Ὤικησεν Ἄργος.

Ver. 151. (162.) Σοφὴν ἔλεξας τήν γ'. Codd. A. B. Σοφην γ'. Opinor,

Σοφήν γ' ἔλεξας τήνδ' ἑκούσιον φυγήν.

Prudens saltem dixisti hoc voluntarium exilium.

vide ad ver. 766.

Ver. 153. (164.) Ἦπου σφ' ἀδελφός. Cod. B. ita, ηπου (superscr. αρα). C. αρα σφ' αδελφος. * (Hoc foret Ἆρά σφ' ἀδελφός. non male.) Accentus omisi, quia per totam collationem omittebantur.

Ver. 154. (165.) Ταυτὶ διδάξων ἦλθον. Conjeceram δικάζων: et ita edidi

142, 3. (153, 4.) Citat Dawesius M. C. p. 50. ad confirmandam suam de numero duali doctrinam. *Porsonus.*

149. (160.) Conjecturam meam de h. l. confirmant Porsoni observata. "Excidit παῖς. Confer Alcæum Athenæi X. p. 430. D. 481. A. In Oreste 1152. παῖς omittit Harl. In Menandro Grot. p. 329. Cleric. p. 64. παίδων omittit Trinc. παῖς om. in Hec. 1123. Ms. Par. quem voco G. et 1219. Mosq. 3. Excidit etiam ὁ παῖς post ἠριστηκότες in Dromone Athenæi IX. p. 409. F. παίδων Diodoro Sic. IV. 33."

quia ita inveni in Codd. A. B. In Electr. 1095. Φόνον δικάζων φόνος vertitur, *Cædes ulciscens cædem*. In Oreste 579. φόνον δικάζων explicatur *caussam dicens de cæde:* forte, *ulciscens cædem*, sc. patris. at ver. 164. ejusd. dramatis, ἐδίκαζε φόνον, vertitur, *pronunciavit, statuit cædem:* adde versioni *ulciscendam esse*. Infra ver. 1215. πατέρων ἐκδικάζοντες φόνον, *patrum cædem ulciscentes:* quo sensu ἐκδικοῦντες, usitatius est. Ἦλθον δικάζων, pro δικάσων, ut ἦλθον ἐξαιτῶν pro ἐξαιτήσων ver. 120. vid. D. Luc. xiii. 6. Legi possit Ταῦτ' ἐκδικήσων—*Hæc ulturus*. Sed tutius erat sequi MSS. Suidas: δικάζω, αἰτιατικῇ, τὸ ἐγκαλῶ. ita legitur in Edit. Mediolan. monente doctissimo Toupio p. 102. Emendat. in Suidam. Vide tamen ad ver. 1215.

Ver. 156. (167.) Scrib. ἐγὼ 'σφάλην, i. e. ἐσφάλην.

Ver. 158. (169.) Post Ἀμφιάρεω Codd. B. C. inserunt γε.

Præcedentem versus partem, Τί δέ; πλέον, ἦλθον &c. si recte habet, ita intelligo: *Quid vero* dicis *me non ivisse* εὐνοίᾳ Θεῶν? Imo, quod *majus* est, *ivi* Deorum interprete *Amphiaräo invito et repugnante*. Distinxi post πλέον. Lapsum Brodæi in explicatione vocum Ἀμφιάρεω πρὸς βίαν, notavit Barnesius. quod in hallucinationibus magnorum virorum fieri æquum est, hoc solum intuitu, ne in errorem minores abripiamur eorum auctoritate. * [Reiskius legit, Ἔτι δὲ πλέον ἦλθον, *et præterea quoque ivi:* cum Anapæsto in secunda sede : de qua re dicam in Præfat. ad Iphig. Aulidensem.]

Ver. 159. (170.) ῥᾳδίως σ' ἀπεστράφη. Multo animosius videtur, litera transposita,

> Οὕτω τὸ Θεῖον ῥᾳδίως ἀπεστράφης;
> *Tamne negligenter Deos aversabaris?*

Et huc spectat Adrasti responsum, non ad vulgatam. Helen. 77. Τί δ', ὦ ταλαίπωρ', ὅστις ὤν, μ' ἀπεστράφης; *Quare vero, o miser, quisquis es, me aversaris?* οὕτω [n] ῥᾳδίως, ut Aristoph. Vesp. 632. et hac Fab. ver. 1186. quasi de re *nullius momenti:* ut Androm. 744. τοὺς σοὺς μύθους ῥᾳδίως φέρω. vide locum. Et ita Reiskius, de ἀπεστράφης. Οὕτω cum interrog. ut Matt. xxvi. 40.

Ver. 161. (172.) Εὐψυχίαν ἔσπευσας. Cl. Valckenærius ad Phœniss. 753. inserit γ' post Εὐψυχίαν. perite: utcumque sileant Codices. Solet enim ita fieri post ν longam ante ε, ut ver. 151. Σοφὴν γ' ἔλεξας, et pas-

[n] οὗτος ῥᾳδίως ibi legendum docuit Dawesius M. C. p. 233. Melius exemplum suppeditat ejusdem fabulæ v. 459. *Porsonus.*

sim. Saltem ante ε sæpe hoc factum observare licet: unde ver. 766. Κἄστρωσέ γ' εὐνὰς maluit dicere quam Κἄστρωσεν εὐνάς. Ratio ejus rei nobis nunc, opinor, ignota est. Idem Vir doctus versum proxime sequentem Theseo continuat, et Heathius. * (Recte puto.)

Ver. 165. (176.) γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερί. Hoc est, ἑλίξας ἀμφὶ σὸν χεῖρας γόνυ, Phœniss. 1616. περιπτύξαι γόνυ Iph. Aul. 992. περίσχετο γούνατα χερσὶ, Apollonius Rhodius III. 706.

Ver. 166. (177.) εὐδαιμονῶν ἴσως πάρος. Pro his Codices A. B. C. dant, τυραννος ευδαιμων παρος. quæ admisi. Offendebat forte vox τύραννος. Sed ea est *rex*, et sensu bono, ut sæpe. Sic qui τύραννος vocatur ver. 429. appellatur βασιλεὺς mox, ver. 444.

Ver. 170. (181.) Αἷς γῆρας ἥκει πολιὸν εἰς ἀπαιδίαν. Quod maxime miserabile erat, eas in *cana senectute* liberos amisisse, quum eorum auxilio maxime indigebant: ut illa in Ione 699. Νῦν δ' ἡ μὲν ἔῤῥει συμφοραῖς— Πολιὸν εἰσπεσοῦσα γῆρας. Ἥκει εἰς ἀπαιδίαν, i. e. ἄπαις ἐστὶ, cum tacita significatione prioris εὐπαιδίας. Sic ἐλθεῖν εἰς ἡδονὰς φρενῶν, *venire ad jucunditatem animi* (de potantibus), utpote prius *serii* nimis, Ion. 1180. vide locum. ἐς πτωχηΐην ἀπῖκται, *ad mendicitatem venit;* nempe, ex magnis opibus, Herodotus III. 14. Quam locutionem, cum eadem tacita notione, nos in sermone nostro retinemus, *to come to poverty:* Xenophonti, εἰς ἀπορίαν τῶν ἐπιτηδείων ἔρχεσθαι, lib. V. Ἀπομν. p. 826. A.

Ver. 173. (184.) Πρεσβεύματ'. Res seu Actio, pro Persona. quasi diceres αἱ πρέσβεις, *legatæ.* Centies occurrit. vide Casaubon. ad Athen. I. 9. p. 30.

° Ver. 174. (185.) ὡς αὐτὰς ἐχρῆν. Canterus vertit, *quas ipsas:* quasi legisset ἃς αὐτάς. Si quid mutandum, prætulerim, ὧν αὐτὰς ἐχρῆν &c. scil. ὧν ὡραίων· ut ver. 266. ubi eadem omnia, Γραῦς οὐ τυχούσας οὐδὲν ὧν αὐτὰς ἐχρῆν. et Hecub. 414. ὧν μ' ἐχρῆν τυχεῖν. et ita ver. 592. ejusdem dramatis.

Ver. 176. (187.) Σοφὸν δέ. Eodem sensu quo Σοφοῦ. sic Orest. 775. δειλὸν τόδε· ubi æque bene scripsisse potuit δειλοῦ.

Ver. 179. (190.) Τά τ' οἰκτρὰ—δεδοικέναι. Sensus non potest reprehendi. Sed cum infra (ver. 190.) habeat, Τά τ' οἰκτρὰ δέδορκε, et paullo

° Cicero de Senectute 23. *Cujus corpus a me crematum est, quod contra decuit ab illo meum.* Inscript. apud Pierium ad Virgil. Ecl. II. 1. *a patre mæsto Accepit tumulos, quos dare debuerat.* Diotim. Epigr. 286. Brunck. Anal. I. p. 252. Ἠΐθέῳ γὰρ σῆμα Βιάνορι χεύατο μήτηρ· Ἔπρεπε δ' ἐκ παιδὸς μητέρα τοῦδε τυχεῖν. *Porsonus.*

ante in hac sententia utatur vocibus εἰσορᾷν et ἀποϐλέπειν, fieri potest ut hic scripserit δεδορκέναι. Plus vero erit δέρκειν quam simpliciter *videre:* nempe, videre *cum attentione.* unde τὰ οἰκτρὰ δέδορκε (ver. 190.) verto, *respicere solet miserias:* ut Agamemnon de seipso dicit τὰ οἰκτρὰ συνετός εἰμι, Iph. Aul. 1245. Omnes *vident* miseranda, sed omnes non δεδόρκασι, secundum significationem vocis δέδορκε versu 190.

Ver. 180. (191.) ὑμνοποιὸν, αὐτὸς ἂν τίκτῃ μέλη. Scaliger, Τόν θ' ὑμνοποιὸν αὐτὸν, ἃ ἂν τίκτῃ μέλη, χαίροντα τίκτειν. Ceterum τίκτειν μέλη, ut τίκτειν ῥήματα, Aristoph. Ran. 1091. et *versus male ter* NATOS, Horatio. Hunc, et tres sequentes Iambos, quos ex alia aliqua fabula pedem huc intulisse putat, exigit Reiskius. Certe ad rem Adrasti parum faciunt, utcumque verum dicant.

Ver. 183. (194.) Pro Τέρπειν. Cod. A. Τρεπειν. B. Τερπειν γρ. Τρεπειν. Paullo ante οἴκοθεν, *ipse,* a *seipso:* ut Aristoph. Εἰρήν. 521. οὐ γὰρ εἶχον οἴκοθεν· *non enim habeo a meipso.* οἴκοις, *apud seipsum,* idem quod οἴκοθεν hic, ᾧ μηδέν ἐστ' οἴκοις βαρὺ, Sophocl. Trachin. 743. ἡ οἴκοθεν κρίσις, *internum animi judicium,* Plutarchus De Adul. et Amic. discrim. p. 55. F. οἴκοθεν, ἀντὶ τοῦ, ἀφ' ἑαυτοῦ· Schol. Sophocl. Ajac. 1071. Sic τοὺς οἴκοθεν φαύλους, Josephus Bell. Jud. II. 20: 7. quod male vertitur, *qui domi se improbe gerunt.* sensus est, *qui sibi conscii sunt se esse improbos.*

Ver. 187. (198.) Σπάρτη μὲν ἡ 'μὴ, καὶ πεποίκιλται τρόπους.

Sparta quidem mea, præter alia, *variis etiam est prædita moribus.* Sic vertunt. Falso autem ab Adrasto dicitur *Sparta mea,* cum ille Argivorum rex esset, non Spartæ, in quam ne minimum quidem juris habuit. Lego, Σπάρτη μὲν[p] ὠμὴ, καὶ &c. *Sparta quidem sæva est, et moribus varia: Ceteræ vero* Peloponnesi *civitates, parvæ sunt, et infirmæ.* Rationem reddit Adrastus quare Atheniensibus potissimum se applicuerit. Notum autem est ex multis horum dramatum locis, quam libenter Euripides captet occasiones omnes perstringendi Lacedæmonios, Atheniensium æmulos. Sic et Isocrates Panath. p. 496. ὥσπερ ἀπορίας οὔσης, τί ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν περὶ τῆς ὠμότητος, καὶ χαλεπότητος τῆς Λακεδαιμονίων. Talis ingenii erat Clearchus, et ipse Lacedæmonius, qui ἀεὶ χαλεπὸς καὶ ὠμὸς ἦν, Xenophon K. A. lib. II. p. 291. B. Adrastus dicit: Ex Peloponnesi civitatibus, Sparta, quæ sola auxilium nobis ferre potest, *non vult,* ceteræ, *non possunt.* * [Cogitavit Reiskius de

[p] Sic etiam emendatum a Cantero in margine exemplaris Basiliensis in Bibl. Bodleiana.

Σπάρτη μὲν ἀκμῆς, *vegeta:* vel ἥβῃ, vel ἀβριδαῖος. Heathius mecum emendat ὠμῆ, et ob eandem rationem.

Versu antecedenti, Ἐγὼ δίκαιός εἰμ' ἀφηγεῖσθαι τάδε, pro, Δίκαιόν ἐστιν ἐμὲ ἀφηγεῖσθαι τάδε, notissimum est. vide Heraclid. 776. Sic, Οὐχ ἁγνός εἰμι τῷ κτανόντι κατθανών· ibid. ver. 1011. *Si occidar, polluam eum qui me occiderit.* et ver. 143. ejusd. fab. Xen. H. Græc. I. p. 448. C. Demosth. contr. Aphob. I. versus finem, δίκαιοι δ' ἐστ' ἐλεεῖν &c. *debetis misereri.* et virum doctissimum Joan. Toupium, Emendat. in Suidam, p. 103.

Ibid. καὶ πεποίκιλται τρόπους. Et *variis* vel *diversis* vel *vafris* moribus utitur; ut ποικίλως αὐδωμένου, Soph. Philoct. 130. Phœniss. 473. ed. Barn. Demosthenes in Leptin. p. 42. ed. Taylor. Οὐ γὰρ ἀγνοῶ τοῦθ', ὅτι Θηβαῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἡμεῖς, οὔτε νόμοις, οὔτε ἔθεσι χρώμεθα τοῖς αὐτοῖς, οὔτε πολιτείᾳ. Hoc est forte, κεχάρισται τοὺς τρόπους Herodoto IV, 28. ubi, ut hic, intelligitur κατά. Nota est Lacedæmoniorum ξενηλασία, cui hic forsan adluditur. *Moribus est inconstans,* vertit Heathius. Incerta videri potest significatio utriusque vocis, πεποίκιλται et τρόπους.

Ver. 188. (199.) κἀσθενῆ, ut ἀσθενεῖς πόλεις Plutarch. Arat. p. 1038. C. Herodot. V. 36. Max. Tyrius Diss. XXXI. 1. ἐν Χηναῖς, σμικρῷ καὶ ἀσθενεῖ πολίσματι. Xenophon. Hist. Græc. III. p. 481. A.

Ver. 189. (200.) τόνδ' ὑποστῆναι πόνον. Sic ver. 345. Πρώτη κελεύεις τόνδ' ὑποστῆναι πόνον· *[*stare sub hoc labore,* i. e. sustinere, suscipere, subferre.] ὑποστῆναι βέλος Herc. Fur. 1350. in Stobæo ὑποστᾶναι. ubi monendi sunt futuri Editores Euripidis, versum deesse in impressis exemplaribus, qui restituendus est, et emendandus [q] contextus, ex Stobæi isto loco, Serm. CVI. p. 568. ed. Aurel. Allobrog. 1629. Utar occasione restituendi alium versum, Helen. 568. ubi visa in Ægypto Helena Menelaus obstupescens, quærit ab ea, [r] Ἑλληνὶς εἶ τις, ἢ 'πιχωρία γυνή; Cui illa respondet, Ἑλληνίς· ἀλλὰ καὶ τὸ σὸν θέλω μαθεῖν. In vulgatis deest prior versus, adeo ut Helena respondeat sine quæstione. eum restitui ex Aristophanis Thesmophoriaz. ver. 914.

Ver. 190. (201.) καὶ νεανίαν. Vel, καὶ νεανιῶν Ἔχει σε ποιμέν' ἐσθλόν. quod multo plus exprimere videtur. ἀστοὶ νεανίαι hi vocantur ver. 443. et νέοι, 843. Ποιμένα νεανιῶν ut ποιμένα λαῶν Homero.

[q] Sed ibi vulgatam præfert Musgravius, quam citat etiam M. A. Muretus Var. Lectt. IV. 2. *Porsonus.*

[r] Ita ed. Musgr. *Porsonus.*

Ver. 195. (206.) Ἄλλοισι δὴ 'πόνησ'. Sic scribendum, pro ἐπόνησα. Et intelligi quidem hæc possunt: sed mendum verbo 'πόνησ' subesse non dubito. Facile defendi posset, si MSS. haberent, Ἄλλοισι δήποτ' ἦν ἁμιλληθεὶς λόγῳ Τοιῷδ'· *Cum aliis olim disputavi, tali usus argumento*, scil. quod sequitur. ἦν ἁμιλληθεὶς foret ἡμιλλήθην, ut ἐξαρκέσας ἦν pro ἐξήρκεσε ver. 511. Pulcra autem est hæc Thesei disputatio, licet paullo abruptius intrusa nonnullis videri possit. Eadem erat summa orationis Themistoclis ante pugnam navalem apud Salamina, Herodot. VIII. 83 [s].

Ver. 200. (211.) [t] οὐκ ἂν ἦμεν ἐν φάει. *Non fuissemus in vita.* Ipsa *vitæ* nostræ continuatio argumentum est *Bona* esse plura *Malis*. *Lux* pro *vita* notissimi est usus, tam Græcis quam Latinis.

Ver. 201. (212.) ἐκ πεφυρμένου Καὶ θηριώδους. Codd. A. B. ἐκπεφυρμενον, una voce: et θηριωδη A. Janus dicitur hoc fecisse Italis antiquis, ἐκ τοῦ θηριώδους καὶ ἀγρίου μεταβαλεῖν τὴν δίαιταν· Plutarch. in Numa p. 72. F. ubi addidisse potuit βίου, *[ut in his omnibus exemplis,] vel scripsisse βίου pro τοῦ. Idem libello Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο &c. p. 75. μεταβαλὼν εἰς θεῖον ἐκ θηριώδους βίον. Noster in Sisypho, ἄτακτος βίος καὶ θηριώδης.

Ver. 203. (214.) In nonnullis Editt. legitur Πρῶτα μὲν ἐνθείς. Barnesius edidit, nescio an primus, Πρῶτον, prout metrum postulabat. et ita exhibent Codd. A. B. Deinde, ἄγγελον γλῶσσαν λόγων δοὺς: ante quem, Homines erant MUTUM *et turpe pecus.*

Ver. 205. (216.) Τροφήν τε καρποῦ, τῇ τροφῇ τ' ἀπ' οὐρανοῦ
Σταγόνας ὑδρηλάς.

Lectori accurato hæc vix satisfacient, utcumque speciosa videantur. Scripsisse potuit,

Τροφήν τε καρποῦ γητραφῆ, κἀπ' οὐρανοῦ
Σταγόνας ὑδρηλὰς, &c.

ut duos magnos divinæ benignitatis fontes innueret, *Terram*, et *Cœlum*, seu *Aërem*: fructus e *terra*, pluviam a *cœlo*. Δοὺς σταγόνας ὑδρηλὰς ἀπ' οὐρανοῦ, est D. Pauli οὐρανόθεν ὑετοὺς διδοὺς, Actor. xiv. 17. ὕδωρ ἐξ οὐρανοῦ, Plutarch. in Sylla ad fin. et Xenophon Ἀναβ. IV. p. 319. D. *aqua cœlestis*, Horatio. Τά Τ' scribo pro τά γ', propter Ἄρδη ΤΕ.

Ver. 207. (218.) Ἄρδη τε νηδύν. *Et ut riget ventrem.* Ventrem *cujus*,

[s] Quod ait Marklandus, eandem summam fuisse orationis a Themistocle ante pugnam Salaminiam habitæ, de qua Herodotus VIII. 83. nec clare docent Herodoti verba, nec ullo modo verisimile est. *Musgravius.*

[t] De phrasi εἶναι ἐν φάει vide Valckenær. ad Euripid. Phœn. 1349. adde Hec. 706. (diverso sensu 1214.) Sophocl. Philoct. 1242. *Porsonus.*

vel *quorum?* non *hominum*, neque ceterorum *animalium:* ii enim non ex *aqua pluviali*, sed ex *fontibus* et *fluminibus* (non *ventrem rigant*, sed) *sitim sedant;* unde *pocula Acheloïa*, et istud Lucani, *Satis est populis* fluviusque, *Ceresque.* Opinor, Ἄρδῃ τ' ἄνυδρον, sc. γαῖαν, petendam ex præcedenti versu: *et ut riget siccam.* hi enim duo sunt præcipui usus *pluviæ*, quos scimus, nempe, ut *plantas alat*, et ut *riget* (non *ventrem*, sed) *terram siccam* et humore carentem. ἡ ἄνυδρος, sc. γῆ vel χώρα, sæpe occurrit: vid. Herodot. III, 4, 9. * (τὴν ξηρὰν Matth. xxiii. 15.) Noster ex Incert. Tragœd. p. 505. ed. Barn. eadem omissione Articuli,

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον,
Ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχῃ.

vide quæ sequuntur ibi. Codex A. ἄρδει. Τοῖσι pro Τοῖσδε i. e. τούτοις, ver. 207.

Ver. 208. (219.) Προβλήματ', αἶθον ἐξαμύνασθαι Θεοῦ. Exemplaria retinent αἶθον. Forte, χείματος Προβλήματ' αἶθόν τ' ἐξαμύνασθαι Θεοῦ. * (Et sic Heathius.) Constructio erit χείματος προβλήματα, προβλήματά τε ἐξαμύνασθαι τὸ αἶθον (*ardens*, i. e. *ardorem*) Θεοῦ. per quæ intelligo *domos* quoque, non *vestes* solum. Plato in Timæo (p. m. 170. ed. Ald. Fol.) citatus a Dion. Longino περὶ Ὕψ. sect. 32. vocat *carnem*, προβολὴν μὲν καυμάτων, πρόβλημα δὲ χειμώνων. De Θεὸς pro *Sole* vide hic Barnesium, et Lud. Carrionem Emendat. II, 1. Herodotus appellat *Solem* τὸν Θεὸν, lib. II, 24. Valckenærius ad Phœniss. 786. "χείματος Προβλή-"ματ', αἶθός τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ· literam τ' omissam adjeci; nec spre-"verim: Πρόβλημά τ', αἶθός τ' ἐξαμύνασθαι θεοῦ." αἶθόν τ' i. e. αἶθόν τε, Heathius. Τὸ αἶθος habent Lexica, ex Apollonio Rhodio III. 1302. et ita Miltonus quoque ex conjectura, αἶθός τ'. Hæc duo, τροφὴν et πρόβλημα χείματος &c. duabus vocibus exprimit D. Paulus 1 Tim. vi. 8. διατροφὰς καὶ σκεπάσματα. Cl. Reiskius legit, Πρόβλημα κ' αἶθον'—Θεόν. "ὁ αἴθων Θεὸς, inquit, est Sol. Vet. Ed. recte habet αἶθον' cum apo-"stropho." Addo, et ita habere Aldinam. ὁ αἶθος, Auctor Rhesi 990. ναυσὶν αἶθον ἐμβαλεῖν Πέποιθα.

Ver. 210. (221.) Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν, ὧν. Distinctio forte ponenda est post Ἔχοιμεν: et ἀλλήλοισιν sumendum sensu ἀλλήλων: διαλλαγὰς τούτων ὧν γῆ ἀλλήλων πένοιτο· *permutationes earum rerum, quibus terra utriusque indigeret.* * [sic ver. 676. ἀλλήλων ὄχους. ubi vide.]

Ver. 211. (222.) κ'ου σαφῆ, γινώσκομεν Εἰς πῦρ &c. Codices A. B. C. σαφῶς. præclare. Lege et distingue;

Ἃ δ' ἔστ' ἄσημα, κοὐ σαφῶς γινώσκομεν,
Εἰς πῦρ βλέποντες, καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας
Μάντεις προσημαίνουσιν, οἰωνῶν τ' ἄπο.

Hæc enim omnia, *Ignispicium, Extispicium,* et *Avispicium* seu *Auspicium,* ad *vates* pertinent. non igitur recte dici potuit γινώσκομεν (ἡμεῖς) εἰς πῦρ βλέποντες, sed μάντεις εἰς πῦρ βλέποντες &c. προσημαίνουσιν. Reiskius sine MSS. feliciter hunc locum distinxit, κοὐ σαφῆ γινώσκομεν, et recte construxit, καὶ ἃ οὐ σαφῆ γινώσκομεν, οἱ μάντεις, βλέποντες εἰς πῦρ — προσημαίνουσιν.

Ver. 217. (228.) τὸ γαῦρον δ' ἐν χεροῖν κεκτημένοι. Χεροῖν est conjectura Canteri, a Barnesio tacente in contextum admissa. Editiones priores habent χερσὶ, unde feceram φρεσίν. Et ita inveni in Codd. A. B. C. et ex conjectura Reiskius. Sic τοῖς φρονήμασι γαῦροι, Plutarchus Mario p. 416. C. Aliud est κόμπον ἐν χεροῖν ἔχων apud Æschylum Sept. ad Theb. 479. i. e. βραχίοσιν: de quo vide infra ad ver. 473.

Ver. 218. (229.) Δοκοῦμεν εἶναι Δαιμόνων σοφώτεροι. Descriptionem hic habes morbi, quo nullus nunc frequentior aut magis fatalis est inter homines qui alioquin intellectu et animi dotibus præcellere existimantur. Sic *Dei sapientia* olim videbatur Ἕλλησι μωρία. Rationem hujus rei videbis in versu præcedenti, nempe *Fastum* sive *Superbiam.*

Ver. 219. (230.) Ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδος. *Ex qua decuria tu quoque es:* i. e. ex quo numero. sumtum a Militia. Hesychius: Δεκάδες· οἱ ἐκ τῆς τάξεως τῶν δέκα στρατιωτῶν συνεστῶτες. Homer. Iliad. Β. 126. Oppian. Halieut. I, 443. πολλὰς εἰς ἐτέων δεκάδας, in Epigrammate: id est, *ad magnum numerum annorum,* et Antholog. VII. p. 463. ed. Steph. ἐτέων ἡ δεκὰς οὐκ ὀλίγη. Ejusdem est metaphoræ *cohors amicorum,* Sueton Ner. c. 8. Legi quoque et distingui hic posset, Ἧς καὶ σὺ φαίνῃ δεκάδος οὐ σοφῆς γεγώς· Ὅστις &c. *Ex quo numero non-sapiente tu quoque videris esse; Qui* &c.

Ver. 220. (231.) θεσφάτοις Φοίβου ζυγεὶς. Sic ὁρκίοισι ζυγεὶς, *jurejurando devinctus,* Med. 735. κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς, *coactus, adactus,* Sophocles Philoct. 1053. Quæ noto, ne quis, sine MSS. necesse putet θέσφατ' εἰς Φοίβου ζυγεὶς, quia ea constructio habetur infra ver. 822. δέμας ἐζύγη εἰς εὐνὰν ἀνδρός.

Ver. 221. (232.) ὡς ζώντων Θεῶν. *Ut viventibus Diis.* Non intelligo quid velit. Scaliger legit, ὡς λώντων Θεῶν, *ut volentibus Diis:* et ei assentitur Barnesius. Non abnuerim, si indubitate verbum λῶ pro θέλω alibi in Euripidis iambis, vel in ullo alio Attico scriptore invenissem

Sed Doriensibus proprium opinor. vide Aristoph. Lysistrat. 95. et Acharn. 749. Epicharmum apud Athen. VI. 8. Anacreont. Od. X. Alii hic legunt δόντων Θεῶν· quod probabilius puto: Hippolyt. 1434. Athenæus XIII. p. 576. B. ὡς κατὰ Θεὸν γενομένης τῆς δόσεως, in re nuptiali. Oraculorum vero fidem hic leviter stringit Euripides sub persona Thesei: quod et alibi facit: Tu putabas *oraculi* Apollinis jussum, idem esse quod Deorum jussum: οὐ σοφὸς γεγώς. Apertius hoc facit Sophocles Œdip. Tyran. 730. sub persona Jocastæ. Ζώντων recte habere putat Reiskius: *["*Ita dedisti filias tuas in matrimonium " suasu oraculi ut constet te, deos esse et vivere et curare humanas res, " existimasse.* Apodosis ad MEN (ver. 220.) habetur ver. 229. εἰς ΔΕ " στρατείαν. saltim tenendum δὲ ver. 222. (pro quo conjicit τε) non esse " apodosin præcedentis μέν." Et sic post eum Heathius, hoc sensu: Oraculi monitu, dedisti filias tuas hospitibus, quasi Dii fuissent: sed contra, Argivos in expeditionem eduxisti, contemto oraculo, quasi nulli Dii fuissent.] *(et post eum Heathius.)

Ver. 222. (233.) δῶμα συμμίξας τὸ σόν. Codd. A. B. σωμα pro δῶμα, frequenti commutatione literarum σ et δ. sumta forte hæc vox ex versu sequenti. λαμπρὸν et θολερὸν metaphorica sunt a fluviis vel aqua. Polemon apud Macrobium Saturnal. V. 19. τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ θολερὸν αὐτῶν. Neque spernerem θολερῷ ποταμῷ apud Herodot. VII. 35. quamquam scio quomodo δολερῷ ibi explicari possit. λαμπρῶν ὑδάτων Xenophon Hist. Græc. lib. V. p. 564. B. Æschyl. Eumen. 702. et Apocalyps. xxi. 1. In Max. Tyrio Dissert. XVI, 9. καθαρὸς et διαυγὴς opponuntur θολερῷ et τεταραγμένῳ.

Per σώματα ἄδικα (ver. 223.) *personas sontes,* intelligit Tydea et Polynicem: per δικαίοις σώμασι, *insontibus personis,* filias Adrasti, Argian et Deïpylen, istorum uxores. Δίκαιος, *insons,* ut Sophocl. Œd. Col. 1047. D. Lucas xxiii. 47. ὄντως ὁ ἄνθρωπος οὗτος δίκαιος ἦν. Ἥλκωσας οἴκους, ut φρένας ἥλκωσεν Alcest. 878. Hanc mixturam Metaphorarum in Poëta hodierno vix ferremus, λαμπρὸν, θολερὸν, et ἥλκωσας.

Ver. 225. (236.) Εὐδαιμονοῦντας δ' εἰς φόνους κτᾶσθαι φίλους. Codices omnes Paris. pro φόνους habent δομους: ut εὐτυχοῦντας δόμους Electr. 398. et εὐτυχησάντων δόμων, in Erectheo, apud Stobæum Tit. 42. Mallem quoque, Εὐδαιμονοῦντάς τ', propter οὔτε præcedens, ut ver. 326, 327.

Ver. 226. (237.) ἡγούμενος. *Existimans.* Hoc dictum videtur ex vulgari opinione; non enim pie neque vere supponi potest Deum ita

revera existimare, (nam sic tolleretur Providentia, præter mentem Thesei et Euripidis) sed loquitur Theseus ex eventu rerum non infrequenti. Sic in isto ad Λὼτ, Genes. xix. 25. Ἔξελθε, ἵνα μὴ καὶ σὺ συναπόλῃ ταῖς ἀνομίαις τῆς πόλεως. Si Lot, vir bonus, non exiisset, futurum erat (culpa quidem sua post istud monitum, sed tamen futurum erat) ut vir bonus cum ceteris Sodomitis periisset. *Existimans* igitur hoc loco videtur velle, qui *putari potest existimare,* qui res agi sæpe permittit, *quasi* existimaret. Ita ver. 344. Theseus de matre sua Æthra dicit, ὑπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ, *metuens pro me.* Atqui Æthra ipsa testata fuerat supra ver. 327. se *non metuere* pro Theseo in hac caussa. Sed quia matres metuere *solent* pro filiis suis, ὑπερορρωδοῦσ' ἐμοῦ significabit, quæ *existimari potes,* more matrum, *metuere pro me,* mater pro filio. Sic ἤθελε παρελθεῖν αὐτοὺς, *voluit eos præterire,* Marc. vi. 48. scil. ut ipsi putabant: non enim *revera* voluit eos præterire.

Pro πήμασιν διώλεσεν (ver. 227.) exspectasses πήμασι ξυνώλεσεν, vel πήμασιν συνώλεσε. Sed Libri non variant.

Ver. 228. (239.) Τὸν συννοσοῦντα. Lego, [a] Τὸν οὐ νοσοῦντα: ex sensu, et proclivi literarum ο et σ mutatione. Τὸν οὐ νοσοῦντα est *insontem.* Pulcerrime Æschylus Ἑπτ. ἐπ. Θηβ. 608.

Ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ &c.
Ὤλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει.

vide cetera. Scriptor qui vocatur Phocylides, Νουθετικ. ver. 128.

Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρεόντες.

Horatius: *sæpe Diespiter Neglectus incesto addidit integrum.* Διώλεσεν (ver. 227.) est *perdere solet.* Hanc conjecturam in contextum admittere ante statueram. confirmavit me Cl. Piersonus Verisimil. I. 6. producto etiam Horatii loco, qui est Carm. III. 2: 29. Pro Τὸν συννοσοῦντα Reiskius Οὐ συννοσοῦντα, eodem sensu. Tale fere mendum emaculabis ex Clem. Alexandr. Pædag. II. 4. p. 194. si scribas, συνῳδικὸς δέ ἐστιν οὗ, pro absurdo συμποτικὸς δέ ἐστι νῦν. *interdum autem concentibus est appositus:* sc. ὁ λόγος.

Ver. 230. (241.) Μάντεων λεγόντων. Hoc esse potest vel προλεγόντων, *vatibus prædicentibus* eventum; vel ἀντιλεγόντων, *vetantibus:* ut Electr. 65. ἐμοῦ λέγοντος, *me vetante,* i. e. *dicente* ne faceres. τῶν μάντεων ἀπαγο-

[a] Recte legunt τὸν οὐ νοσοῦντα Piersonus, Marklandus, Musgravius, quod dudum legit Stanleius ad Æschyl. Theb. 605, et ante eum Lambinus ad Horatii Carm. III. 2. 29. *Porsonus.*

ϱευόντων, Herodot. III. 124. τῶν μάντεων οὐκ ἐόντων, Plutarch. Pelopid. p. 295. *[Sequitur: Θέσφατ' εἶτ' ἀτιμάσας, Βίᾳ παρελθὼν Θεοὺς—Distingui potest, ἀτιμάσας Βίᾳ, παρελθὼν Θεοὺς &c. *deinde responsis* eorum *per vim contemtis:* ut adludatur ad ver. 158. ἦλθον Ἀμφιάρεώ γε πρὸς βίαν. Παρελθὼν Θεοὺς, ut παρέρχεσθε—τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, D. Lucas xi. 42. παρελθὼν τὸν νόμον, Lysias contr. Andocid. p. 129. ed. Tayl. Θεοὺς ὑπεκδραμούμενοι, Phœniss. 890. "Recte Vet. ed. sic distinguit, Μαντέων λεγόντων "θέσφατ', εἶτ' ἀτιμάσας, *quamvis vates oracula creparent, nihilominus "pensi non habens.*" Reiskius. Et ita Heathius, de distinctione.] *(Quæ sequuntur, varie distingui possunt, et varie distincta sunt a viris doctis.)

Ver. 237. (248.) πάσχον. Cod. B. πασχων, schemate διανοίας, quasi τὸν δῆμον, non τὸ πλῆθος, præcessisset. Et ver. 238. pro μὲν B. C. γαρ. De ἀποσκοπῶν vid. Cl. Sallier. ad Tho. Magistrum V. Ἀποσκοποῦμαι, p. 101.

Ver. 238. (249.) Τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες. Pulchra et vera sunt hæc: utrum ad rem præsentem sint, dubitari potest. Hujusmodi emblemata, seu Locos Communes, paratos verosimile est Poëtas domi habuisse, cuilibet dramati vel operi inserendos, pro argumento vel libitu suo. Sed ad illationem istam Thesei (ver. 246.) Κἄπειτ' ἐγώ σοι ξύμμαχος γενήσομαι; *(Et deinde ego tibi auxiliator ero?)* Adrastus jure videtur respondere potuisse, Quidni? licet enim tria sint genera civium, et licet omnia quæ supra dixisti vera sint; hæc tamen non obstant, Theseu, quo minus nobis auxilio esse possis, et Argivorum occisorum cadavera a Thebanis repetas.

Ver. 239. (250.) Ἀνωφελεῖς. *Inutiles:* nempe si comparentur cum civibus mediæ conditionis. Loquitur Theseus ut Atheniensis. Et hanc rem disputat Xenophon De Rep. Athen. initio. ubi dicit, οἱ κυβερνῆται, καὶ οἱ κελευσταὶ, καὶ οἱ πεντηκοντάρχοι, καὶ οἱ πρωρᾶται, καὶ οἱ ναυπηγοὶ, οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναμιν περιτιθέντες τῇ πόλει, μᾶλλον ἢ οἱ πολῖται (f. [x] πλούσιοι,) καὶ οἱ γενναῖοι, καὶ οἱ χρηστοί. Plura ibi vide. Τ' post πλειόνων delendum censet Reiskius.

Ver. 243. (254.) προστατῶν φηλούμενοι. Nonnullæ Editt. φελούμενοι.

232. τιμώμενοι χαίρουσι Hippol. 8. *Porsonus.*

[x] πλούσιοι etiam Morus ad Xenophontis locum. Nonnemo ὁπλῖται.

243. γλώσσῃ Stobæus, ut mox ἡ μέση. τὰ μέσῳ pro τὰν μέσῳ Antiphanes Athenæi XI. p. 471. C. *Porsonus.*

perperam. Codex A. φηλουμενοι. et ita Miltonus. vid. Lycophron. Cassandr. 785. Æschyl. Agamemn. 501. Scholiast. Apollon. Rhod. III. 982. Flor. Christian. ad Aristoph. Pacem ver. 1165. Codd. B. C. Ald. et Brubach. edit. φιλούμενοι[y]. vide Græv. Lection. Hesiod. c. xix. hoc maluit Brodæus. φυσούμενοι Reiskius. Per προστατῶν hic intelligi possunt ii homines populares qui a Demosthene et vett. Oratoribus appellantur Ῥήτορες et Δημαγωγοί.

Ver. 245. (256.) τάξη πόλις. Non objici debet vocem πόλεις in versu antecedenti occurrere; nam Euripides et ceteri Tragici sæpe ita faciunt. Quamquam non dubito quin in multis locis meliora exemplaria hanc ταυτολογίαν sublatura sint. Hic bene scripsisse potuit τάξη νόμος[z]: vid. ver. 312, 313. Stobæus vero Tit. XLI. p. 240. hos duos Iambos ita citat:

Τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ μέση σώζει πόλιν,
Κόσμον φυλάσσουσ' ὅντιν' ἂν δόξη πόλει.

Nonnullæ editt. habent τάξη πόλεις. Exemplum vero repetitionis ejusdem vocabuli hoc habe, ex Alcest. 712. * (ed. King.)

Τοῖς μὴ θέλουσι δρᾷν τάδ', αὐτὸς ὢν ΚΑΚΟΣ;
Σίγα· νόμιζε δ', εἰ σὺ τὴν σαυτοῦ φιλεῖς
Ψυχὴν, φιλεῖν ἅπαντας· εἰ δ' ἡμᾶς ΚΑΚΩΣ
Ἐρεῖς, ἀκούση πολλὰ, κ'ου ψευδῆ ΚΑΚΑ.
ΧΟ. Πλείω λέλεκται νῦντε, καὶ τὰ πρὶν, ΚΑΚΑ.
Παῦσαι δὲ, πρέσβυ, παῖδα σὸν ΚΑΚΟῤῥοθῶν.

Ver. 248. (259.) Χαίρων ἴθι, μὴ οὐ γὰρ βεβούλευσαι καλῶς &c. Deest syllaba versui; nam μὴ οὐ in Tragicis[a] semper est monosyllabon, non obstante Diogene Laërtio *[(qui hoc videtur nescivisse)] ad finem vitæ Cleanthis. Codices A. B. C. habent χαιρων ιθι δη μη γαρ &c. Conjici posset Χαίρων ἴθ'· οὐ δὴ γὰρ—Phœniss. 998. Vel cum Heathio, Χαίρων ἴθ'· οὐ μὴ γὰρ—Vel Χαίρων ἄπιθι, quod frequenter occurrit in Aristophane et aliis, *(vel, χαίρων ἴθι σύ· μὴ &c.) Nulla est difficultas in sensu; et tutissimum erat edere Manuscriptorum lectionem, utcumque mendosam, cum tot conjecturis locus sit. Βεβούλευσαι καλῶς, ut Soph. Œdip. Tyran. 1380. Isocrat. Æginet. initio. εὖ βουλεύεσθαι, Herodot. I. 116.

Versu antecedenti pro καλὸν omnes Codd. καλων. male. Demosthenes contr. Aristocrat. p. 301. ed. Taylor. καὶ τί δήπου φήσομεν, ὦ ἄνδρες

[y] φιλούμενοι etiam Stobæus.
[z] νόμος etiam Musgravius.

[a] Fere, non semper, inquit Brunckius ad Eurip. Orest. 598. *Porsonus.*

Ἀθηναῖοι, καλὸν, εἰ τῶν Ἑλλήνων &c. Noster Orest. 1098. τί γὰρ ἐρῶ καλόν ποτε &c. Herc. Fur. 578. ἢ τί φήσομεν καλὸν &c. Καλὸν, *speciosum.*

Sensus duorum Chori iamborum qui sequuntur, Ἥμαρτεν· ἐν νέοισι &c. ambiguus esse potest. De νέοισι *juvenibus*, vide quid dicat ver. 160. 232. In hos Chorus videtur culpam conferre : *Sit quidem ut peccaverit Adrastus : attamen non tam in eo culpa hujus peccati residet, quam in Juvenibus, qui eum ad hoc bellum impulerunt : huic autem veniam dari æquum est.* Τῷδε, *huic*, Adrasto, opponitur νέοισι. Præceptum Horatii exequitur Chorus, *Ille bonis faveatque, et consilietur amice :* et, *Ille tegat commissa.* Ad τόδε sumo ἁμάρτημα, petendum ex verbo ἥμαρτεν. νέοισιν ἀνθρώπων, ut νέοισιν ἀστῶν, ver. 843.

νέοισι. " Quam absurdum hoc de sene Adrasto, qui ipse (ver. 165.) " se πολιὸν appellavit ? Sed obliviosus et contradictionum plenus est " Euripides, et decorum non curat." *Reiskius.*

Alii forsan aliter conclusissent ; nempe, νέοισι non posse intelligi de Adrasto, quia ipse (ver. 165.) se πολιὸν appellaverat. Sane, si tam enormiter peccat Euripides, quam eum accusat Vir Clarissimus, non jam sapientissimi, prout semper habitus est, sed stupidissimi Poëtarum apud Veteres et Recentiores appellationem jure meritus fuisset. Si probari quidem potuit, Euripidem, sic ut Virgilium in Æneïde, morte, vel casu aliquo præventum, has Tragœdias imperfectas et inemendatas reliquisse, et nunquam publicasse ; de illius erroribus quidlibet concedi posset. Sed hoc nunquam, quantum scimus, illi objectum fuit. Hoc autem loco, νέοισι non potest intelligi de Adrasto : nam τῷδε clare opponitur τῷ νέοισι : τῷδε vero non potest alium denotare quam Adrastum. Hac igitur parte Euripides certissime culpa vacat. Qui hos magnos Veteres errorum incusamus, sæpe circumspicere ac nosmet ipsos intueri oportet, ne damnare videamur quæ male intelligimus. Hæc non studio Virum doctissimum * (et ingenosissimum) culpandi, sed Euripidem defendendi, invitus dico. Sam. Petitus Miscell. III. 17. pro νέοισι legit νόοισι. satis commode, ut opinatur Heathius. Ἥμαρτεν, *sit ut peccaverit*, ut Τέθνηκα, *sim mortua, sim interfecta*, Androm. 334. Cum potentiali et ἂν, Helen. 1047. Πείσαιμ' ἄν : *sit ut persuadeam.* Cum futuro indicativi, eodem sensu, Iphig. Aul. 1185. Εἶεν· θύσεις δὲ τὴν παῖδ'· *Esto : sit ut mactaveris filiam.* *[Cum præterito rursus Helen. 1065. Καὶ δὴ παρεῖκεν, vel παρῆκεν· *Fac eum concessisse*, ut vertitur. accuratius, *Et sane sit ut concesserit.*]

Ver. 252. (263.) Οὔτοι δικαστὴν εἰλόμην &c. Hoc responsum Adrasti ad

fastosam, uti videbatur, Thesei orationem, animosum est et pulcrum, et Principe, in infortuniis posito, dignum. Barnesius, opinor, supplevit σ' ante εἰλόμην· quod quidem satis necessarium videtur, sed incertum est an ibi collocari debeat; poni enim potest ante ἀφίγμεθα, * (vel ante ἐμῶν.) Hi duo Iambi, hic et proxime sequens, inverso ordine olim legebantur. eos recte restituit Barnesius, auctoribus Scaligero, Heinsio, Duporto. * [Pro Ἀλλ' ὡς ἰατρὸν Reiskius legit, Οὐδ' ὡς. Sed, Ἀλλ' ὡς ὀναίμην ver. 256, probat Euripidem hic scripsisse, Ἀλλ' ὡς ἰατρόν.] Ver. 254. (265.) πράξας μὴ καλῶς ambigua est locutio; nam de *passione* æque bene intelligi potest ac de *actione*.

Ver. 257. (268.) τοῖσι σοῖς. Vix possum credere Scaligerum conjecisse τοῖς ἴσοις: quia hæc lascivia judicio Scaligeri indigna est. τοῖσι σοῖς, *tuis rebus* vel *verbis*, est, tuis conditionibus, tua sententia, eo quodcumque tu statueris. Iphig. Aulid. 1167. ἤ με χρὴ λέγειν τὰ σά; *aut oportet me dicere tua?* i. e. pro te loqui. τ' ἀπό σου, Electr. 280. *tua verba*. In singulari Sophocles Ajac. 1283. εἶμ', ἐπαινέσας τὸ σόν· *abeo, tuam comprobans sententiam*, vel *quod tu dicis:* ut τὰ σὰ ibid. ver. 1284. De locutione τί γὰρ πάθω, vide Gatakerum ad M. Antonin. XII. 16.[b] Pessime accepta fuit in versione apud Herodot. IV. 118. nam ubi verti debuit, *Quid enim facere possimus*, τί γὰρ πάθωμεν; &c. nunc vertitur, *Quid enim cladem subeamus* &c.

Ver. 258. (269.) Ἄγ', ὦ γεραιαί. Interpretes videntur legisse, Ἀλλ', ὦ γεραιαί· vertentes, *Sed, o anus:* ut ver. 359.

Ver. 259. (270.) καταστροφῇ. Vertitur, *in reditu*. Brodæus, *ultimæ parti, postremo actui;* quod non intelligo. Conjeceram καταστεφῆ. sed prius idem fecerant Scaliger et Duportus, probante Heathio. γλαυκην χλόην φυλλάδος καταστεφῆ est descriptio τῆς ἱκετηρίας seu *rami supplicis*. per γλαυκὴν χλόην φυλλάδος intelligit *frondem virentem olivæ:* per καταστεφῆ lana *redimitam* seu *cinctam*. vide Barnes. ad ver. 10. Æschylum Eumen. 43. Supplic. 22. *[Quidnam vero sit *viridem herbam frondium*, in Canteri et Barnesii; vel *viridem herbam ramis obductam*, in versione Heathii, non intelligo. Reiskius legit φυλλάδας καραστεφεῖς, *folia quibus caput cingitur et tegitur.*] Sed Supplices hæ *tonsæ* erant (ver. 97.) non *coronatæ*. Athenæus lib. XV. c. 5. p. 675. A. de iis qui in luctu sunt: ὁμοιοπαθεῖς τοῦ κεκμηκότος, κολοβοῦμεν ἡμᾶς αὐτοὺς τῇ τε κουρᾷ τῶν τριχῶν, καὶ τῇ τῶν στεφάνων ἀφαιρέσει. Quin et στέμματα quæ gere-

[b] Vide et Valckenærium ad Phœn. 902.

bant Supplices, et quibus dicuntur ἐξεστεμμένοι apud Soph. Œd. Tyr. 3. et alibi, non in capitibus, sed in manibus gestabantur. Notum Homeri istud, Στέμματ' ἔχων ΕΝ ΧΕΡΣΙΝ. Ἐξεστεμμένοι ibi verti debuit *instructi*, non obstante Triclinio: vel totus versus, *Ramos supplicatorios gestantes*. Sic et Heraclid. 227. Ἀλλ' ἄντομαί σε, καὶ κατὰ στεφῶν χεροῖν, *Sed supplico tibi, et per coronas in manibus meis:* male legitur Καταστέφω [c].

Ver. 260. (271.) Recte explicat Barnesius πυρφόρον Θεὰν, *flammiferam Deam*, Cererem: ob lampada, quam manu gestans, filiam Proserpinam quæsivit. Non igitur opus πυροφόρον, licet ita alibi Ceres, et καρποφόρος (Aristoph. Ran. 385.) appelletur. Antoninus Imp. VI. 43. Μήτι ὁ Ἥλιος τὰ τοῦ Ὑετίου ἀξιοῖ ποιεῖν, μήτι ὁ Ἀσκληπιὸς τὰ τῆς Καρποφόρου; ita forte legendum. vulgo, ὑετοῦ: et καρποφόρου vertitur *telluris*. De Jove Ὑετίῳ sive *Pluvio*, vide Bergler. ad Alciphron. III. 35.

Ver. 261. (272.) μάρτυρας, ἡλίου τε φῶς. Lego μάρτυρ', ad evitandum anapæstum in 4o loco. Consentiunt omnes Codd. Gallici: et ita conjecerat Scaliger.

Ver. 263. (274.) Ὃς Πέλοπος ἦν παῖς. Ante hunc versum deesse aliquid quivis videt. Brodæus notat, "Hic luxatus est meus Codex." Canterus supplevit, *Tua tamen mater, Theseu, erat filia Pitthei:* quod Barnesius vertit, Ἡ σὴ δὲ μήτηρ Πιτθέως ἔφυ τέκνον, Ὃς Πέλοπος ἦν παῖς' &c. Mihi videntur deese plura. * (Vide Heraclid. 208. Nam tres istos Iambos, quos pro Supplemento in edit. priore posueram, jam didici ex cl. Musgravii Lection. Eurip. I. 20. esse Philippi Melancthonis.)

*[Postquam hæc scripseram, ab amico mittebatur mihi supplementum hujus loci in tribus iambis, sumtum ex editione veteri in 12o duobus tomis, cujus neque Locus neque Tempus impressionis nominabatur. initio secundi tomi inerat hoc signum, $\frac{\text{P}}{\text{B}}$, quod putatur esse Petri Brubachii, typographi Francofurtensis, cujus Editionem Sophoclis in 4o Francofurt. 1544. memorat Cl. Fabricius Biblioth. Græc. T. I. p. 633. et Aristophanis eod. anno. 8o. In ceteris congruere mihi narrabatur (sed non ita est) hæc editio cum Aldina 1503. excepto hoc Supplemento, quod Aldinæ deest,

Τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυά σε χρεὼν,
Τοῖς οὐ παθοῦσιν ἄξι' ἀμύνειν εὐσεβές.

[c] Sed ibi vulgatam defendit Musgravius. *Porsonus.*

Ἡ γὰρ τεκοῦσά σ' ἐστὶ θυγάτηρ Πιτθέως,
Ὃς Πέλοπος ἦν παῖς· &c.

Duo priores versus in metro mendosi sunt. Primus ita legendus videtur, Τῶν συγγενῶν δὲ δάκρυά σ' αἰδεῖσθαι χρεών. Secundus reformari potest, vel ita, Τοῖς τ' οὐ παθοῦσιν ἄξι' ἀμυνεῖν εὐσεβές· vel, Τοῖς τ' οὐ παθοῦσ' ἄξι' ἐπαμύνειν εὐσεβές. quia secunda in ἀμύνειν vel ἐπαμύνειν longa est, in ἀμυνεῖν (in Futuro) brevis. hoc pendebit ex Codicibus, (si qui forte hos versus olim exhibituri sint) ut et istud, utrum secundus Iambus primo præponi debeat: quo casu, invenietur forte scriptum, Τοῖς δ' οὐ—et, Τῶν συγγενῶν τε δάκρυά σ' αἰδεῖσθαι. Ratio hujus transpositionis erit, quia γὰρ istud sequi debet Τῶν συγγενῶν, utpote ab eo pendens. Ceterum, genuini mihi videntur hi versus, et eos, sicut erant, cum versione edidi: precario tamen, prout oportuit, donec ab aliis exemplaribus stabiliantur. quamobrem nihil mutavi in numeratione versuum. De stemmate quod hic memoratur, vide Heraclid. 208.

Nactus jam Animadversiones doctissimi Reiskii in Euripidem, in versu primo, ex citatione ejus, deesse video Pronomen σε: rectene, an casu, et errore Typothetæ, nescio. si recte, mallem Τῶν συγγενῶν δὲ δάκρυ' αἰδεῖσθαι χρεών, quam Τῶν συγγενῶν δ' αἰδεῖσθαι δάκρυα χρεών, correpta, ut ille, ultima syllaba in αἰδεῖσθαι ante consonam: quod in iambo Tragico factum nunquam vidi ne ante vocalem quidem. Fortibus certe argumentis opus erit, ut probetur, contra omnem antiquitatem, "rem vanam et imaginariam (ut Ille ait, ad Iphig. Taur. 727.) "esse Metrum;" in quo, *si paullum modo offensum est, ut aut contractione brevius fiat, aut productione longius, theatra tota reclamant,* ait Cicero de Orator. III. 50. Nostris forte auribus perinde sonat, sive spondeus, seu dactylus, vel etiam trochæus, sit quartus pes versus iambici. Sed aliis auribus has res audiebant Veteres: neque Græci, quantum licet ex eorum scriptis colligere, magis tulissent πολύθρηνοι διαπτυχαὶ in clausula Iambi (Iph. Taur. 727.), quam cultiores Latini in eadem, *O lucis alma rectrīx, ĕt cœli decus,* pro *alme rectŏr;* aut in Heroö, *Regia Solis erat sublimibus altăm cŏlumnis,* pro *altă* vel *apta.* "Diphthongum αι ante consonam non posse corripi, nemo paulo hu-"manior est, qui hodie dubitet:" *Pierson.* ad Mœrin. Atticist. V. Σμώμενος, p. 355. Post hoc Ciceronis effatum de Metro (et multo plura adjici possent ex aliis Antiquis qui hanc rem optime intellexerunt) nemo, opinor, sua præjudicia tali testimonio opponet. Idem et de Choricis Tragicorum, æque ac de Senariis et Trochaïcis, verum esse

comperietur: vide locum Dionys. Halicarnassensis citatum infra ad ver. 367. Facile fieri potest, et sine aliqua culpa nostra, ut nos metrum Tragicorum non intelligamus: sed fieri vix potest, ut res sit imaginaria istud de quo tot magni Viri aliter pronunciaverint.]

Ver. 264. (275.) Ταυτὸν πατρῷον αἷμα, &c. Id est, *eandem patriam* (non *paternam*, quod falsum esset) *originem* idem genus, eundem ortum, quod ad *patriam* attinet. Sic πόλει πατρῴᾳ, *patriæ*, Noster Autolyco, ed. Barn. p. 459. quod est πάτριον πέδον hac Fab. 365. Hemsterhusius ad Lucian. (T. I. p. 384. col. 1.) notat, "castigatissimi "Veterum scriptores aliquando πάτρια et πατρῷα promiscue depre"henduntur usurpasse." Vide Bergler. ad Alciphron. II. 4. p. 264. Euripidem Heraclid. 877. Helen. 87. 89. *[Pro κεκτήμεθα Reiskius κεκτημένοι. Sensus æque bonus videtur in vulgata, et consentiunt exemplaria.]

Ver. 265. (276.) Τί δρᾷς; προδώσεις ταῦτα; Forte ex Æschyli Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. 105. Τί ῥέξεις, προδώσεις παλαίχθων Ἄρης τὰν σὰν γᾶν;

Ver. 268. (279.) Δοῦλοι δὲ βωμοὺς Θεῶν. Codices A. B. C. δοῦλος, ut θὴρ et πόλις. quod admisi. Plutarchus De Superstit. p. 166. E. ἔστι δούλῳ φεύξιμος βωμός. Stobæus tamen Tit. CIII.[d] retinet Δοῦλοι. Θεῶν est monosyllabon.

Ver. 271. (282.) Βᾶθι, τάλαιν', ἱερῶν &c. Una aliqua ex Choro ceteras alloquitur, hic, ut unam personam; alibi, ut plures: quod fieri solet.

Ver. 272. (283.) Totus locus sic legi et distingui potest:

Βᾶθι, καὶ ἀντίασον, γονάτων ἔπι χεῖρα βαλοῦσα,
Τέκνων τεθνεώτων κομίσαι δέμας, (ὦ μελέα 'γὼ)
Οὓς ὑπὸ τείχεσι &c.

Vulgo plene distinguitur post βαλοῦσα, et legitur τε θνατῶν κόμισαι δέμας. ὦ μελέα &c. Τεθνεώτων (τεθνώτων pro τεθνεότων legit Heathius) est trisyllabum, ut apud Homerum et Apollonium Rhodium III. 747. Μητέρα τεθνεώτων &c. ubi vide Hen. Stephanum. ἀντίασον κομίσαι (non κόμισαι) *supplica illi ut referat, reportet*, (vel *ad sepulturam efferat*) *filiorum mortuorum corpora*, ut ver. 126. Κομίσαι σε, Θησεῦ, παῖδας Ἀργείων θέλων. Interjectio vocum, ὦ μελέα ἐγὼ, similis est in Soph. Œd.

267, 8. Hos versus laudans Jos. Scaliger ad Tibullum p. 158. ed. 1582. memoriæ vitio Andromachæ tribuit. * *Porsonus.*

[d] P. 435. ed. Grot. Locus Trincavello deest.

Col. 785. 1402. Nostro Phœniss. 1627. ed. King. Aristoph. Thesmophor. 1047. Οὓς, quasi præcessisset υἱῶν, pro τέκνων: vide ad ver. 44. Pro δέμας Cod. B. παῖδας. Legi quoque posset—δέμας, ἃ μελέα 'γὼ Οὓς ὑπὸ &c. sine parenthesi, ut Hecub. 232. Reiskius pariter legit τεθνεώτων, et remittit ad ver. 126.

Ver. 275. 276. (286. 287.) [f]Ita horum versuum metra constituenda,

Ἰώ μοι.
Λάβετε, φέρετε, πέμπετε, κρίνετε
Dimeter Trochaïcus.
Ταλαίνας χέρας γεραιᾶς
Glyconius. *Heathius.*

Sed quid sit κρίνετε (vel Reiskii κλίνετε) χέρας, nescio. λάβετε, φέρετε, πέμπετε, eodem ordine occurrunt Hecub. 62. adeo ut formula esse videri possit. Vide ibi Paraphrasten Græcum, qui videtur ea intellexisse non magis quam ego intelligo.

Ver. 277. (288.) Πρὸς γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι
Ἄντομαι, &c.

Forte, quia hi plerique hexametri sunt,

Πρὸς σὲ γενειάδος, ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλά-
δ' ἄντομαι, ἀμφιπίτνουσα &c.

Primus est integer hexameter, ultima syllaba in Ἑλλάδι projecta in sequentem versum, ut Phœniss. 808.

Ὦ ζαθέων πετάλων πολυθηρότα-
τον νάπος, Ἀρτέμιδος χιονοτρόφον ὄμμα, Κιθαιρών.

Vide Hephæstionem p. 14. In Iambis, *[ut probabo ad Iph. Aul. 929.] hoc interdum fit; in Anapæstis, sæpissime. Πρὸς σὲ γενειάδος, ut Hippol. 605. πρὸς σὲ δεξιᾶς, et 607. Ὦ πρὸς σὲ γονάτων &c. Plura vide apud Valckenærium ad Phœniss. 1659. Ναὶ, πρὸς σὲ τῆσδε μητρός. Heathius legit, Πρός γε γενείαδος, &c.

Ver. 279. (289.) Scaliger distinguit, Γόνυ καὶ χέρα δειλαίαν &c. præcedentia distingui possent,

Ἄντομαι ἀμφιπίτνουσα τὸ σὸν γόνυ

[f] In vulgari versuum dispositione nihil videtur peccatum. Sunt enim duo dochmiaci dimetri;

ἰώ μοι λάβετε φέρετε πέμπετε
⏑ - - ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ - ⏑ ⏑
κρίνετε ταλαίνας χέρας γεραίας
- ⏑ ⏑ ⏑ - - | ⏑ - ⏑ - -

Καὶ χέρα, δειλαιὰν
Οἴκτισται &c.

et ita Heathius. Sed non opus est mutare positionem vocis Γόνυ.

Ver. 280. (290.) ἱκέταν. Lego ἱκέτιν· fœmina enim loquitur, et titulus dramatis est Ἱκέτιδες non Ἱκέται. Hanc vocem pariter depravatam Plutarcho restituit Gronovius Observat. IV. 5.

Ver. 281. (291.) Ἤ τιν' ἀλάταν, οἰκτρὸν ἰηλεμὸν οἰκτρὸν ἱεῖσαν. Ἀλάταν, *erronem* se appellat Chorus, quia ab Argis huc, ad Eleusina, vagatus est: si sanus sit versus: mendum vero subesse puto: saltem in distinctione.

Ver. 282. (292.) τέκνον. Chorus appellat Thesea τέκνον, quemadmodum Nutrix Hippolytum, Hippol. 616. 620. quod fere blandientium est. interdum mitis animi indicium, ut in isto Abraami ad Divitem in inferno, Luc. xvi. 25.

Ver. 283. (293.) ἐν ἡλικίᾳ τᾷ σᾷ. *In tuo tempore*: utpote indignum seculo Thesei. De locutione vide Horat. Vitringæ Animadv. ad Vorstium p. 215. in calce Observationum Lamberti Bos.

Ver. 284. (294.) ἐπιδάκρυον. Forte disjunctim ἐπὶ δάκρυον. et disjungunt Portus, Reiskius, et Heathius. hic tamen ita, ut ἐμῶν βλεφάρων regatur a præpositione ἔπι, post posita. Aliter D. Lucas ix. 38. ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν υἱόν μου· quod et hic verum puto, nempe, βλέψον ἐπὶ δάκρυον ἐμῶν βλεφάρων, non, βλέψον δάκρυον ἐπὶ ἐμῶν βλεφάρων.

Ibid. περὶ σοῖσιν Γούνασιν ὧδε πιτνῶ. Quod est περιπτύξαι γόνυ Iph. Aul. 992. ἀμπίσχειν γόνυ χερὶ, supra hac Fab. 165. et ἀμφιπιτνεῖν γόνυ, 278.

Ver. 286. (296.) Μῆτερ, τί κλαίεις; Eadem sententia Iph. Aul. 1122. Τέκνον, τί κλαίεις; confer cætera: et vide ad ver. 110. de peplo oculis obtento, in luctu.

Ver. 287. (297.) δυστήνους γόους Κλύουσα τῶνδε. Vel δυστήνων—τῶνδε, *harum infelicium.*

Ver. 288. (298.) κἀμὲ γὰρ διῆλθέ τι. Hoc est, verbis Herodoti III. 14. ἐσῆλθε οἶκτός τις. Usus particulæ τι, cum quis se affectu aliquo commotum sentit. Plutarchus Nicia p. 541. C. τοιαῦτα τοῦ Νικίου λέγοντος, ἔπαθε μέν ΤΙ καὶ πρὸς τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τοὺς λόγους, ὁ Γύλιππος. Sic et Lysandro p. 434. A. Xenophon Conviv. p. 873. D. οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ ΤΙ τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου. [g] Athenæus VIII. 7. p. 346. προσπεπονθέναι ΤΙ δεῖ, *tangi aliquo affectu.*

285. γούνασιν. De hac forma vide Markland. ad Eurip. Iph. Aul. 1221. Taur. 36. Adde Hec. 752. 839. Alcest. 968. Androm. 529. 861. *Porsonus.*

[g] Macho Comicus. *Porsonus.*

Istud γὰρ similiter poni videtur Phœniss. 978. ed. King. Κρέον, τί σιγᾷς;—κἀμοὶ ΓΑΡ οὐδὲν ἧττον ἔκπληξις πάρα. Hic vero tota sententia subintelligitur, *Non tamen miror:* NAM *et me aliquid pervasit,* commovit; (vid. ad ver. 8.) id est, commotum me sentio: et ita forte in loco Phœnissarum.

Ver. 290. (300.) ἐσχάραις. Ald. et Cod. A. εσχατιαις. quod sequitur Brodæus. B. αισχατιαις. male omnes. Vetat autem Theseus matrem *flere dum assideret aris* (ἐσχάραις) *Cereris,* quia nihil triste conveniebat sacrificantibus. unde Chorus ad Clytæmnestram (Iph. Aul. 1487.) dicit, *non lacrymari decet in sacris.* vide Plutarchum in Fabio p. 184. E. Sed præcipue in Cereris sacris hoc cavebatur: Livius XXXIV. 6. *quia Cereris sacrificium, lugentibus omnibus matronis, intermissum erat, Senatus finiri luctum triginta diebus jussit.* et XXII. 56. *adeoque totam urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat.*

Ver. 292. (302.) οὐ σὺ τῶνδ' ἔφυς. Ἔφυς, *es,* ut Bacch. 665. Aristoph. Acharn. 978. πέφυκας idem, Phœniss. 86. Ἔφυ, ib. ver. 205. 472. et passim. Interrogationem recte omisit Barnesius. Theseus dicit Matri, *Tu ex illarum numero non es;* i. e. non es *misera.* nam illa modo dixerat, *O miseræ mulieres!* sic ὧν ἐφευρεθεὶς, *ex quorum numero tu inventus,* Electr. 952. Plena locutio est, Οὐ σὺ ἔφυς (i. e. εἶ, *es*) ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε. *[Heathius vertit, *non tu harum gnata es.* Barnesius, *non tu illorum* (i. e. *mortuorum*) *mater es.* Mirum videtur quemquam, qui Poëtas legit, ambigere potuisse de sensu hujus loci. Herodot. V. 92. p. 319. Ἀμφίονι δὲ, ἐόντι τουτέων τῶν ἀνδρῶν, γίνεται θυγάτηρ χωλή· i. e. ὄντι ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τούτων τῶν ἀνδρῶν. Sic τρίτος τῶνδ' Ἱππομέδων, i. e. ἐκ τῶνδε, vel ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶνδε, hac Fab. 881. et τούτων γενοῦ μοι. Aristoph. Νεφ. 107.]

Ver. 293. (303.) Εἴπω τὶ, τέκνον. Vir Cl. Sam. Clarkius ad Homer. Iliad. A, 51. dicit, si recte intelligo, vocem τέκνον in Iambis Tragicorum et Comicorum primam syllabam semper corripere. Hoc loco certe τέκνον primam producit, et 455. Phœniss. 541. 1280. ed. King. Iph. Aul. 1465. Bacch. 1364. Med. 894. Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦτε, λείπετε στέγας. Heraclid. 48. Ὦ τέκνα, τέκνα, δεῦρο, λαμβάνεσθ' ἐμῶν Πέπλων.

Ver. 295. (305.) εἰς ὄκνον—μῦθος—φέρει. Neque εἰς vacat, ut putabat Brodæus; neque εἰς ὄκνον φέρει est εἰσφέρει ὄκνον, ut voluit Barnesius: sed φέρει εἰς ὄκνον significat, *tendit, spectat, fert ad cunctationem,* id est,

cunctari me facit. Locutio Ionibus cum Atticis communis (lingua enim Ionica erat vetus Attica) sicut multæ aliæ quas falso docemur esse mere Atticas. Herodotus VIII. 142. φέρει εἰς πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα. *pertinet ad totam Græciam.* Idem I. 10. ἐς αἰσχύνην φέρει· *tendit ad probrum.* ubi vide doctiss. Jac. Gronovium, qui notat hoc esse Herodoteum. Imo et Euripideum, ut Herodoti pleraque. nam ita rursus scribit Iphig. Aulid. 562. * [et Helen. 1070.—κελεύει, 'ς οὐδὲν ἡ σκῆψις φέρει· sic legendum puto, φέρει ἐς οὐδέν. vulgo, κελεύει σ', οὐδὲν &c.] Quin et ob eandem rationem Sophocleum: vide Œdip. Tyran. 525. 527. 1010.[h] Plura videas apud Herodotum, III. 133. IV. 90. VI. 19. et alibi. Sed et Plutarchus ita scribit in Lucullo p. 506. E. οὐκ εἶχε συμβαλεῖν εἰς ὅ, τι φέροι. ut jam non Ionum, vel Atticorum, sed Græcorum sit. Et ita aliæ locutiones, quæ non sunt mere Atticæ, vel Ionicæ, sed Græcæ.

Ver. 296. (306.) χρήστ' ἐπικρύπτειν φίλοις. Usitatius φίλους, quod et maluit Barnesius, et remittit ad Schol. Hecub. 570. qui, post citatum Sophoclis locum, pergit, καὶ ἄλλος· Μή τοι με κρύψῃς τοῦτο, ὅπερ μέλλω παθεῖν. ubi recte corrigit τοῦθ', ὅπερ. Addo, pro ἄλλος scribi debere [i]Αἰσχύλος: est enim versus 626. Promethei Vincti. Sic Hippol. 914. κρύπτειν φίλους δυσπραξίας, *celare amicos calamitates.* Si aliter sumas, constructio erit χρηστὰ φίλοις.

Ver. 299. (309.) εὖ λέγειν *perite dicere,* ut Aristoph. Nub. 1141. Noster Bacch. 267. Dicit Æthra, neque metuens vulgarem opinionem, quæ est, perniciosam rem fore, si fœminæ permittantur ῥητορεύειν, amittam &c. ἀχρεῖον, *inutile,* per μείωσιν vult *damnosum, perniciosum.* Ver. 300. (310.) τοὐμὸν καλὸν, *quod mei est officii.* Brodæus.

Ver. 301. (311.) Cod. C. εγωγε pro Ἐγὼ δέ. et 303, σφαλῃς A. C. pro Σφαλῇ: * [quasi legissent, Σφάλῃς γὰρ ἂν (non ἐν) τούτῳ μόνῳ, *Offendere enim poteris hac una re, quamquam in aliis recte sentiens.*]

Ver. 304. (314.) 'δικουμένοις. Vertitur hæc vox a Brodæo et interpretibus, quasi ad *personas* spectaret. Sed si argumentum propius intuearis, videri potest significare, *ob res injuste factas:* nempe a Creonte et Thebanis, ut τοῖσιν ἡμαρτημένοις Orest. 461. τῷ σταυρῷ, *ob crucem,* Galat. vi. 12. Infra ver. 1042. Androm. 919. et pro δ' me-

[h] Œd. Col. 1420. Schol. Æschyl. Prom. 1065. Procop. apud Suidam in v. ἐπιεικῶς. Jo. Antiochen. Excerpt. Valesii p. 834. *Porsonus.*

[i] Vide Porsonum in Addend. ad Hecub. 1169.

lius opinor legi posset σ', i. e. Πρὸς τοῖσδε, σ' εἰ μὲν μὴ 'δικουμένοις &c. Τολμηρὸν εἶναι, est *Confidere*, bene sperare, μεστὸν ἐλπίδων ἀγαθῶν, Xenophon Ἑλλην. III. p. 500. A. Vera hæc puto.

Ver. 305. (315.) εἶχον ἡσύχως. Vel εἶχον ἥσυχος, *tacuissem.* Vide ad Iph. Aul. 1133. Herodot. VIII. 65. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος. Medea 550. ἀλλ' ἔχ' ἥσυχος. Sic ἄφοβος ἔχε, Orest. 1278.

Ver. 306. (316.) τὴν τιμὴν φέρει. Non placeret ΤΗΝ τιμὴν, nisi scirem a Veteribus notatum, Atticos in accusativo *solo*, nonnunquam ponere articulum πλεονάζοντα. Reiskius conjicit aut πρὸς τιμὴν, aut aliquid quod sensu πολλὴν reddat.

Ver. 310. (320.) καταστῆναι. "Καταστῆσαι, ob sequens παῦσαι. nam "si καταστῆναι probum esset, deberet quoque παύσασθαι legi. quod me-"trum non sinit. *Reiskius*." *[Minore adhuc mutatione rem confeceram, ut putavi; nempe, repetendo] *(Repetiveram) σ post συγχέοντας versu 311. συγχέοντάς σ' Ἑλλάδος Παῦσαι. Et tunc constructio foret, ἄνδρας βιαίους καταστῆναι εἰς τήνδ' ἀνάγκην σῇ χερὶ, σέ τε παῦσαι [τοὺς] συγχέοντας [τὰ] νόμιμα πάσης Ἑλλάδος· *ut viri violenti compellantur ad hanc necessitatem tua manu, et ut tu compescas eos qui confundunt instituta totius Græciæ.* Herodotus V. 23. Σὺ τοίνυν τοῦτον τὸν ἄνδρα παῦσον ταῦτα ποιεῦντα.

Ver. 312. (322.) Pro[k] τὸ γάρ τοι Stobæus Tit. 41. τὸ μέν τοι. et pro νόμους (ver. 313.) αὐτοὺς in contextu. quæ mira est variatio.

Ver. 314. (324.) Ἐρεῖ δὲ δή τις. Idem hemistichium Phœniss. 583.

Ver. 319. (329.) Χρῆν ἐκπονῆσαι. Opinor, χρῆν σ' ἐκπονῆσαι. Versu præcedenti, εἰς κράνος βλέψαντα, καὶ λόγχης ἀκμὴν, ut Electr. 378. τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων &c. Sed sensu diverso, licet eadem locutione.

Ver. 321. (331.) *[Ὁρᾷς ἄβουλος &c. Constructio est, ut puto: Ὁρᾷς, σὴ πατρὶς κεκερτομημένη (ἦν) ὡς ἄβουλος, τοῖς κερτομοῦσιν, ὡς ἀναβλέπει Γοργόνα· *Vides, patria tua irrisa* (fuit) *quasi consilii expers, ab iis qui subsannantes dicunt, eam* ASPICERE GORGONEM. Γοργόνα βλέπειν, vel ἀναβλέπειν, *Gorgonem aspicere*, videtur significare idem quod stupidus fieri, lapis fieri, *metu* et *stupore* amittere omnem sensum, et potestatem agendi: unde Orestes servo dicit (Orest. 1520.) ed. Barn. Μὴ πέτρος γένῃ δέδοικας, ὥστε Γόργον' εἰσιδών; *Num metuis ne lapis fias, sicut qui aspexit Gorgonem?* vide et Alcest. 1118. Electra 856. Κάρα 'πιδείξων,

[k] Stobæus Trincavelli Παῦσαι τὸ γὰρ σύνεχον. et v. seq. τοὺς αὐτούς. Gesneri τὸ μὲν γὰρ σ. cum νόμους in margine, quod recepit Grotius.

οὐχὶ Γοργόνος φέρων; Ἀλλ' ὃν στυγεῖς, Αἴγισθον. Sic legendum, non, Κάρα γ' ἐπιδείξων. Æque perspicuum fuisset, Ὁρᾷς, ἄβουλον ὡς, κεκερτομημένην— Σὴν πατρίδ'. De Γοργὼ et Γοργὼν erudita vide apud Editorem Phœnissarum nuperum, ad ver. 458, 459. Pro re aliqua terribili ponit Heliodorus Æthiopic. IV. 7. ἡ δὲ, ὥσπερ τὴν Γοργοῦς θεασαμένη κεφαλὴν—ἀνέκραγεν. Politicum vero aliquid huic sententiæ subesse opinor, et Euripidem hic respicere ad sui temporis περιστάσεις et occasiones. quod et alibi sæpe facit.

Ibid. Γόργον' ὡς ἀναβλέπει. Brodæus legit Γοργὼν ὡς, cum spondeo in 4o loco: sed voluit Γοργὼ Reiskio judice. quod non multo melius est. Barnesius, ἀναβλέπει τοῖς κερτομοῦσιν, ὡς Γοργόνι τινὶ, *derisores suos, tanquam Gorgonem, aspiciat.* Dubito an Græce dicatur ἀναβλέπειν τινὶ, *aspicere aliquem*, sic ut ἐμβλέπειν τινί. Certe exemplum locutionis desideratur. Invenio quidem Bacch. 1307. Ὦ, δῶμ' ἀνέβλεπεν: quod tamen sensu longe diverso ibi vertitur, *In quem respiciebat domus.* qui sensus huic loco prorsus alienus est. Melius etiam forte ibi verti potuit, Ὦ, δῶμ' ἀνέβλεπεν, *Per quem familia mea revixit*, vel, *lumen rursus aspexit:* nam ex familia Cadmi nulla præter Penthea soboles restabat mascula. Et hoc verum esse evinci videtur loco Ionis ver. 1465. in re simili:

Ἀνηβᾷ δ' Ἐρεχθεὺς, ὅ, τε γηγενέτας
Δόμος οὐκέτι νύκτα δέρκεται,
Ἀλίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσι.

rursus autem tuetur (vel *reviviscit*) *Solis facibus* illustrata. non, *rursus autem tuetur Solis faces:* quod foret, ἀναβλέπει λαμπάδας, ut φῶς ἀναβλέψεσθε, Herc. Fur. 562. Ceterum non dubito quin his verbis, Γοργόνα ἀναβλέπει, alluserit Euripides ad dicterium aliquod alicujus jactum in Atheniensium torporem et ἀπραξίαν, auditoribus isto tempore bene notum. Reiskius dicit Euripidem scripsisse, "Γοργὸν ὡς πόνον βλέπει, "*respicit ad objectum laborem vultu confidenti, securo, alacri, intrepido,* "*rectis oculis.*" Accipit ὡς πόνον pro εἰς πόνον. Sed ὡς pro εἰς rarissime invenitur nisi cum ἐμψύχοις. vide Valckenær. ad Phœniss. 1409. et inde emendandus Sophocles Trachin. 369. καὶ νῦν (f. νιν, *eam*) ὡς ὁρᾷς, ἥκει δόμους Ὡς (f. Ἐς) τούσδε πέμπων. Heathius, Γοργὼ ὡς, de quo hiatu vide ad ver. 109.] *(Ex omni parte difficillimum puto hunc locum. De eo vide Hemsterhusium.)

Ver. 323. (333.) τοῖς πόνοισιν αὔξεται. Scil. πατρίς. Tacitus Annal. I. 31. *suis victoriis augeri rempublicam.* sic αὔξειν πατρίδα ver. 507. αὔξειν πόλιν Soph. Antig. 197. μείζω πόλιν αὔξει, Noster Iph. Aul. 572.

Ver. 324. (334.) σκοτεινὰ πράσσουσιν. Codices A. B. C. πρασσουσαι, quod eorum auctoritate admisi. Σκοτεινὰ πράττειν non est *obscura* facinora *facere*, quemadmodum vertunt; sed *obscure degere*, humili et *obscura sorte uti*. nam, ut observat Cl. Kusterus ad Aristoph. Plut. 341. " πράττειν apud *Atticos* (*Græcos* dixisse potuit) interdum significat *fortunam aliquam experiri*, vel, *sorte aliqua uti*. sic Aristoph. Ecclesiaz. " ver. 104. πράττει τὰ μέγιστα significat, *ad summum fortunæ pervenit:* " non, ut ibi Interpres, *res maximas gerit*." Vide ibi plura et certiora. πράσσει εὐδαίμονα ad fin. Electræ Euripidis, *feliciter vivit*. Aristoteles Rhet. II, 8. οἱ μεγάλα πράττοντες καὶ εὐδαιμονοῦντες, φθονεροί εἰσι. ubi itidem male vertitur *magna agentes*. Noster Helen. 725. πράξας τ' ἀγαθὰ, *in optima conditione*. vide Demosthenem De Coron. p. 54. ed. Oxon. in Decreto Chersonesitarum: Aristoph. 'Ορν. 801. ἐξ οὐδενὸς Μεγάλα πράττει· *ex nullius momenti homine Magnus evasit et fortunatus:* uti vertit Interpres Græcæ linguæ peritissimus. Plutarchus in Cat. Maj. p. 352. A. de Carthagine: εὑρὼν δὲ τὴν πόλιν—οὐ ταπεινὰ πράττουσαν, ἀλλὰ πολλῇ μὲν εὐανδροῦσαν ἡλικίᾳ &c. et Lysandro p. 436. B. πόλεις μοχθηρὰ πραττούσας, *civitates afflictas*. vide Agid. et Cleom. p. 796. D. et sæpissime ita scribit Plutarchus. Recte vero Kusterus posuit, *interdum*. non enim *semper* ita est. nam apud Xenophontem 'Αναβ. II. p. 91. D. μεγάλα πράττειν significat *gerere res magnas*. et ita sumi potest in loco Aristoph. Ecclesiaz. ver. 104. supra citato. Hecub. 1259. πράσσειν τὰ μὴ καλὰ est *facere inhonesta* vel *mala*, ut πράσσειν κακὰ Med. 1243. πράσσων πρᾶγμα μέγα, *rem magnam moliens*, Sophocl. Electr. 322. πρήγματα μεγάλα κατεργάζεσθαι, Herodot. V. 24. Andromach. 387. μεγάλα πράσσων *magna* facinora *faciens*. ἔπραξε δεινὰ, *mala patravit*, Eurip. Electr. 957. Nimius sum. sed Junioribus hæc dicta sint, quibus notandæ sunt hæ argutiæ et differentiæ, sine quarum intellectu Scriptores Græci intelligi non possunt. Initio versus Reiskius scribit Αἳ, *Quæ*.

Ver. 327. (337.) Ταρβῶ σὺν δίκῃ σ' ὁρμώμενον. Ταρβῶ σε ὁρμώμενον est *metuo te proficiscentem*, ut ver. 543. Iphig. Aul. 517. 1012[1]. Sensus autem videtur poscere, *metuo tibi justa de caussa proficiscenti*. hoc foret, ταρβῶ σοι δίκῃ γ' ὁρμωμένῳ, vel tale quidpiam. δίκῃ absque σὺν, ut Soph. Philoct. 1263. et alibi. *[Nescio an scribi possit ταρβῶ σὺν δίκῃ

[1] Nihil mutandum. Cognata phrasis est χαίρω δέ σ' ἐληλυθότα in Sisypho: et χαίρω σ' εὐτυχοῦντα Rhes. 391. v. et Hippol. 1339. Gemella vero, ταρβεῖν τὸν εὖ πράσσοντα, μὴ σφαλῇ ποτέ. Soph. Trach. 301. *Musgravius*.

σοι ᾽ρμωμένῳ, ut *μοι ᾽στὶν* pro *μοι ἐστίν*. nam *σ᾽* pro *σοι*, et *μ᾽* pro *μοι* poni, nondum mihi liquet in Tragicorum Iambis.]

Ver. 330. (340.) *ἀλλὰ* [l] *βλήματ᾽ ἐν κύβοις βαλεῖν*. In re militari notissima metaphora. Æschyl. Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 420. *ἔργον δ᾽ ἐν κύβοις Ἄρης κρινεῖ*. Auctor Rhesi ver. 183. *Ψυχὴν προβάλλοντ᾽ ἐν κύβοισι Δαίμονος*· et ver. 446. *κυβεύων τὸν πρὸς Ἀργείους Ἄρην*. Hinc *ἀναῤῥίψαι τὴν μάχην* Plutarch. Cæs. p. 727. D. vide et Brut. p. 1002. D. et Arat. p. 1040. F. Notum istud Cæsaris, *jacta esto alea*.

Ver. 332. (342.) Ὦ *φιλτάτη μοι, τῷδέ τ᾽ εἴρηκας καλῶς, Κἀμοί· διπλοῦν* &c. Nihil mutant exemplaria: mendum tamen subesse puto, quia Tragici non solent dicere *ὦ φιλτάτη μοι*, sed *ὦ φιλτάτη* solum; nisi aliam vocem addant, ut Ὦ *φιλτάτη μοι σύγγον᾽*, Iphig. Taur. 795. vid. et Ion. 1436. Potuit forte esse,

[m] Ὦ *φιλτάτη, σοὶ, τῷδέ τ᾽ εἴρηκας καλῶς*·
Κἀμοὶ διπλοῦν δὲ χάρμα γίγνεται τόδε.

Εἴρηκας καλῶς σοι, ut *εἴπω καλόν σοι*, 293. Pro *μοι* forte quis malit *τοι*, vel *παι*. ut Ion. 1018. cum vulgata distinctione. Si TRES personas retineas, *σοὶ, τῷδε*, et *κἀμοὶ*, debuisset potius esse *τριπλοῦν* quam *διπλοῦν χάρμα*, *[secundum vulgatam distinctionem.]

Versu antecedenti Cod. B. sic, *παντ᾽* (*ταυτ᾽* superscr.). Non male *ταῦτ᾽*, *hæc*, vel *res hujusmodi*.

Ver. 335. (345.) *κἀπεφηνάμην Γνώμην*. Vel, *κἀπέφην᾽ ἐμὴν Γνώμην*, &c. quia *ἀποφαίνομαι*, voce media, nunquam, si recte observavi, utitur Euripides; *ἀποφαίνω* aliquoties, sed sæpius *ἐκφαίνω*. Nihil tamen muto in contextu: nam *ἀποφαίνομαι* ab aliis Atticis scriptoribus in voce media sæpe usurpatur, et *ἀποφήνασθαι γνώμην*, in Epistola Isocratis ad Philipp. p. 827. et Ionico Herodoto VII. 152. IX. 5. et sæpissime: qui et *ἐκφήνας γνώμην* habet V. 36. Vide Plutarch. in Timoleon. ad fin. Pro *ἰσφάλῃ*, Cod. A. et Aldina *εσφαλην*.

Ver. 340. (350.) Ἔθος *τόδ᾽ εἰς Ἕλληνας ἐξελεξάμην*. Hoc verbum, si recte habeat (et exemplaria non discrepant) *prægnans* est, ut loquuntur, et significat, *ex* aliis *eligens induxi* hunc morem in Græcos. Sic *ἐξηκόντισα*, *ex* me *ejaculata sum*, Iph. Taur. 362. *ἐξορμήσας ἐς τὴν Ἰβηρίαν*, *ex* Africa *Iberiam profectus*, Lucian. Dial. Mort. p. 286. Alii

[l] *βλήματ᾽*. H. Stephanum Thes. I. p. 666. confutavit P. Wesselingius ad Herodot. III. 35. *Porsonus*, et *Beck*.

[m] Assentior Marklando legenti *σοι*, servata tamen, quæ ab eo mutatur, vulgari interpunctione. *Musgravius*.

forte proponent εἰσελεξάμην, vel εἰσεδεξάμην. *[Cl. Reiskius dicit, εἰς Ἕλληνας construendum esse cum δράσας καλὰ, versu antecedenti: et Euripidem non formidare trajectiones quantumvis duras et contortas. Sed probandum erat exemplo, δρᾷν εἴς σε καλὰ æque Græce dici posse, ac δρᾷν σε καλά. aliter, nihil agitur, et frustra Euripides incusatur.] Si quid mutandum, præposuerim εἰσεδεξάμην, ut Herodot. I. 44. 206. Xenophon Ἑλλην. I. p. 430. C. Demosth. Adv. Bœot. p. m. 187.

Ver. 342. (352.) ἀπαυδᾷν πόνους. Quod est ἀπειπεῖν πόνους, Alcest. 487.

Ver. 347. (357.) Λόγοισι πείσων. Et ita factum fuisse plerique tradunt, scil. *induciis*, non *prœlio:* et Philochorus ap. Plutarch. Vit. Thes. p. 14. A. narrat, σπονδὰς de tollendis cæsis eas *primas* fuisse. Vid. ad ver. 652. Sequitur: εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορὸς, scil. ἀναγκάσων: quod oppositum petendum est ex πείσων, ut Heb. II. 17. ἵνα ἐλεήμων γένηται [τὰ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους], καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. *[Plura dixi ad Iphig. Aulid. ver. 23. Aliter Cl. Reiskius: "punctum post "δορὸς delendum. Constructio est, εἰ δὲ μὴ (πείσω λόγοις), τότε ἤδη ἔσται "τοῦτο (id est τότε πείσω) βίᾳ δορός." Dubitari potest, an aliquis serio dici posset *persuaderi* hastæ vi. Comicorum videtur ista licentia et πειθανάγκη.]

Ver. 348. (358.) κοὐχὶ σὺν φθόνῳ. Forte, Ἤδη τόδ' ἔσται, μὴ 'υχὶ (i. e. οὐχὶ) σὺν φθόνῳ Θεῶν· *Statim hoc fiet, modo absit invidia* (vel *ira*) *Deorum.* Vertitur, *et quidem propitiis Diis:* quod dici non potuit in *re incerta:* vid. ver. 594. Pro μὴ οὐχὶ scriptum videtur μ'οὐχὶ, ut ostenderent vocalem η elidi debere, ut putabant, in pronunciatione: cujus moris scribendi exempla multa in promtu sunt. ex non intellecto μ'οὐχὶ factum videtur κ'οὐχί. Eadem res videtur exprimi Alcest. 1135. per φθόνος δὲ μὴ γένοιτό τις Θεῶν! in Aristophane, Τύχη μόνον προσείη, Avib. 1315. Θεῶν ἵλεων ὄντων, Aristides Panath. p. 182. ed. Jebb. Eodem sensu καλοῦμεν δὲ Ἀδράστειαν, Idem Προσφων. Σμυρν. p. 272. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν, Alciphron lib. I. epist. 33. ubi vide Berglerum. σὺν δ' Ἀδραστείᾳ λέγω, Auctor Rhesi 468. Vera elisio est μὴ 'υχὶ, ut alibi dicam, duarum syllabarum, μὴυ' χί.

Ver. 350, 351. (360, 361.) τοῦ λόγου Προδούς. Scaliger, Canterus,

344. (354.) Recte pronomen delevi. Audi Porsonum: "Pronomen furcillis "ejicito. Vide Phœniss. 54. Alc. 165. "Androm. 414. Erecth. apud Lycurg. "p. 221. a Valckenærio emendatum ad "Phœn. 1022. quam correctionem pro "sua venditavit Brunckius ad Ari-"stoph. Ran. 1405."

Duportus, Πϱοσδοὺς. Vulgatam recte non mutant Barnesius, et Reiskius. Vide[n] Boyleum Dissert. in Epistt. Phalaridis p. 62. qui probat ex Xenophonte, Demosthene, et Aristotelis (et ita Beza ad Rom. xi. 35.) Œconomic. II. πϱοδιδόναι pro *ante dare* esse bene Græcum. Intellige τὶ ante τοῦ λόγου. Quod hic appellatur πϱοδιδόναι τοῦ λόγου, Xenophon vocat διδόναι λόγον, Hist. Græc. lib. V. p. 555. E. Sequitur: ἔχοιμ' ἂν δῆμον εὐμενέστεϱον. expressum forte ex Æschyli Supplic. 497. *[in re simili]: Ὑμῖν δ' ἂν εἴη δῆμος εὐμενέστεϱος.

Ver. 354. (364.) Λαϐὼν δ' Ἄδϱαστον δεῖγμα τῶν ἐμῶν λόγων. Nempe, in demonstrationem veritatis eorum quæ populo dicturus sum, de inhumanitate Thebanorum, et de necessitate succurrendi miseris supplicibus.

Ver. 355. (365.) Εἰς πλῆθος αὐτῶν εἶμι. Αὐτῶν, scil. πολιτῶν, Ἀθηναίων. vide doctiss. Hemsterhusium ad Lucian. Nigrin. p. 37. et Homer. Odyss. IX. 40. Æschylus dixit ἀστῶν in argumento simili, Supplic. ver. 373.

Ἐγὼ δ' ἂν οὐ κϱαίνοιμ' ὑπόσχεσιν πάϱος,
Ἀστῶν δὲ πᾶσι τοῖσδε (τῆσδε Canter.) κοινώσας πέϱι.

et Eumenid. 490.

Κϱίνασα δ' ἀστῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα
Ἥξω.

Noster Heraclid. 336.

Κἀγὼ μὲν ἀστῶν σύλλογον ποιήσομαι.

Sed non idcirco legerem ἀστῶν hoc loco nisi ita MSS. neque Orest. 904.

Πιθανὸς ἔτ' αὐτοὺς πεϱιϐαλεῖν κακῷ τινι.

ubi bene scribi posset[o] ἀστοὺς: vide locum. et Spanhem. ad Aristoph. Nub. 219. Pro πέμψω λόγους (ver. 357.) Cod. A. λέξω λογους.

Ver. 357. (367.) παϱ' ὅπλοις θ' ἥμενος. Tangit hunc locum, et morem explicat ex ver. 664. 674. et aliis auctoribus, Summus Wesselingius, Dissert. Herodot. cap. ix. p. 126.

Ver. 359. (369.) Ἀλλ', ὦ γεϱαιαὶ, σέμν' ἀφαιϱεῖτε στέφη Μητϱός. Hinc apparet quare supra ver. 39. Æthra dixerit, Ἢ τάσδ' ἀνάγκας ἱκεσίους λύσῃ, *Aut ut* Theseus *has necessitates supplicatorias solvat* vel *finiat:*

[n] Loca Boyleo prolata nihil ad rem suam facere, ostendere conatur Lennepius Ep. Phal. p. 356.

[o] ἀστοὺς edidere Brunckius et Porsonus, ex emendatione Valckenærii Diatr. Eurip. p. 256.

et ver. 33. Μένω πρὸς ἁγναῖς ἐσχάραις. Illa enim religionis necessitate tenebatur ne posset ab ara discedere antequam Supplices eam liberassent, auferendo τὰς ἱκετηρίας, quod fieri solebat concesso isto quod petebatur: Sophocles Œdip. Tyran. 142, 143. Quamobrem Theseus eas orat, ut ramos supplices auferant, ut ita ipse matrem domum reducat. Si Theseus negasset quod petebatur, necesse videtur ut Sacrificio averteret iram Διὸς Ἱκεσίου, vel Θεῶν Ἱκεσίων (supra ver. 40.) et Supplicantes abiissent, relictis post se ramis supplicibus, ver. 259. in testimonium contra Thesea, ver. 260. Στέφη male explicat Brodæus, "quibus supplicum more coronata erat" scil. Æthra. * [neque enim Supplices, neque Æthra, coronatæ erant.] * (Supplices enim non coronatæ erant. Æthra coronabatur utpote *sacrum factura*.)

Ver. 364. (374.) αὐτοῦ τοιάδ', ἂν τοκεῦσι δῶ. Pro αὐτοῦ scribo αὑτοῦ. Deinde, Aldina, Scaliger, Canterus, Portus, et Heathius, legunt ἃ 'ν, i. e. ἃ ἂν, Barnesio ἂν tuente: cujus rationem vide. Ego hic sequor Aldinam, quia his similia alibi invenio: ut ver. 736. ἃ 'ν σὺ τυγχάνῃς &c. sic edidit Barnesius, cum in Editt. esset ἂν σὺ, et monere omisit ἃ 'ν fuisse conjecturam Canteri, quem vide ad hunc locum. Sic ἂν λέγῃς nunc legitur pro ἃ 'ν λέγῃς, in Sophoclis Philoct. 579. Παρ' ἡμῶν ἂν λάβῃ, pro ἃ 'ν, Aristoph. Lysistrat. 1056. Ἂν μὴ θέλωσιν pro [p] Ἃ 'ν, Sophocl. Œd. Tyr. 289. κᾂν δέῃ pro χ' ἃ 'ν δέῃ, i. e. καὶ ἃ ἂν δέῃ, Aristoph. Thesmophor. 96.

Sententiam eandem habet Dicæogenes apud Stobæum Tit. LXXVII. Vide et duos Iambos Antiphanis Tit. LXXXI. p. 474. Ceterum sumta videtur hæc γνώμη ex dicto Thaletis quod memorat Laërtius in ejus Vita, c. 37. Οὓς ἂν ἐράνους εἰσενέγκῃς τοῖς γονεῦσι, τοὺς αὐτοὺς προσδέχου καὶ παρὰ τῶν τέκνων. Præclare Aristoteles in Œconom. I, 3. ἃ γὰρ ἂν δυνάμενοι εἰς ἀδυνάτους ποιήσωσι, πάλιν κομίζονται παρὰ δυναμένων ἀδυνατοῦντες ἐν τῷ γήρᾳ.

Ver. 367. (377.) καὶ μεγάλα Πελασγία, καὶ κατ' Ἄργος. Quid sit καὶ κατ' Ἄργος, nescio. scio tamen non posse significare, *et circa Argos sita*

363. κάλλιστον ἔρανον Thucyd. II. 43. Dionysius Hal. Art. Rhet. II. p. 236. *Porsonus.*

[p] Ita dudum Heathius apud Burtonum. Ἃ'ν quoque H. Steph. Alexis apud Athen. I. 19. p. 23. D. Οὔτε γὰρ ὕπνος δήπουθεν οὐδὲν ἂν λάβοι. Οὐδ' ἃν λέγῃ τις οὐδαμῶς μάθοιμεν ἄν. Vulgo οὐδὲν ἂν λάβοι. Οὐδ' ἂν—in loco Sophoclis Ἃ'ν μὴ θέλωσιν edidit Brunckius. Alexis apud Athen. III. 24. p. 107. ἃ'ν θέλῃ τις μανθάνειν. Vulgo, ἂν θέλῃ. *Porsonus.*

regio, quemadmodum vertitur: nam hoc foret χ' ἁ κατ' Ἄργος, sc. χώρα. Bene legi potest, καὶ μεγάλα Πελασγία γᾶ κατ' Ἄργος, *et magna Pelasgia terra juxta Argos*: i. e. ea pars Peloponnesi quæ vicina erat Argis, et cui Adrastus imperabat. Nam Peloponnesum olim Πελασγίαν dictam fuisse tradit Ephorus apud Strabonem lib. V. p. 338. C. Πελασγία γᾶ, ut Μολοσσίαν γῆν Androm. 1244. Μεγάλα Πελασγία γᾶ est ἁ μεγάλα Δωρὶς νᾶσος Sophocli Œdip. Colon. 728. Ἑλλὰς ἡ μεγίστη, Nostro Iph. Aul. 1378. ut ibi probabiliter legendum esse notabo, pro ἡ. De κατὰ, *juxta*, vide Bezam ad Act. Apostol. xxvii. 5. * [Reiskius legit, " καὶ " μέγαρα Πελάσγια, καὶ τὰ κατ' Ἄργος." Sed metrum adversatur. nam, ut ait Dionysius Halicarnass. περὶ Συνθέσ. sect. 19. p. 152. ed. Upton. τὸ μὲν τῶν στροφῶν τι καὶ ἀντιστρόφων οὐχ οἷόν τε ἀλλάξαι μέλος· ἀλλ'—ἐν πάσαις δεῖ ταῖς στροφαῖς τε καὶ ἀντιστρόφοις τὰς αὐτὰς ἀγωγὰς φυλάττειν. Si vero inseratur τὰ, hæc regula perdetur, ut et legendo μέγαρα pro μεγάλα.]

Sequentem Antistrophen obscurissimam reddidit versio. Duas res ibi optat Chorus, nempe, *Ut* Theseus *referat a Thebis filios earum occisos*; et, *Ut fœdus amicitiæ ineat cum Argivis*. Ματέρος ἄγαλμα φόνιον ἐξέλοι vertunt, *matris statuam funestam tollat*. quod quis potest intelligere? Ad verbum est, *matris oblectamentum cruentum efferat*, id est, *meos filios occisos efferat*, scil. ex terra Thebana. nam ματέρος (Chorus Argivarum matronarum loquitur) est ἐμοῦ ματέρος, mei, *quæ sum* eorum *mater*, ut mox ver. 377. Ἄμυνε ματρὶ, πόλις, *succurre matri*, (i. e. *mihi*) *o civitas*, Athenæ. et ἄγαλμα, *oblectamentum*, frequenter dicitur *de liberis*. Sic * (infra 1164. ἄγαλμα ματρὸς, de *filia*, et) Iphig. Taur. 273. Νηρέως ἀγάλματα, de Nerei quinquaginta *filiabus*: et δόμων ἄγαλμα *filiam* suam Iphigeniam appellat Agamemnon apud Æschylum Agam. 216. et Καδμείας νύμφας ἄγαλμα, καὶ Διὸς γόνος, *Bacchus*, apud Sophoclem Antig. 1127. Vide locum in Schol. Aristophan. Σφηκ. ver. 312. et Viros summæ eruditionis, Dorvillium τὸν μακαρίτην, ad Chariton. p. 12. et Ruhnkenium ad Timæi Lexicon Platonicum p. 3, 4. Porro, ἐξέλοι, *efferat*, ut infra 571. γῆς ἐξελὼν Ἀσωπίας, sc. νεκρούς. Herodotus I. 36. ὡς ἄν μιν ἐξέλωμεν ἐκ τῆς χώρας· *ut eam* (belluam) *e regione tollamus*. * [Pro ἔτι ματέρος ἄγαλμα, Reiskius conjicit, στιβαραῖς χερσὶν ἄγαλμα. mecum interpretatur (ut et Heathius) φόνιον ἄγαλμα, *cruentum meum oblectamentum*, id est, *filios occisos*. nam conjecturam ejus metrum Strophes non patitur: cujus rei summam ego semper ratio-

nem habendam opinor.] Pro Ἰνάχου, mox, scribo Τὰν Ἰνάχου. vox Τὰν periit, opinor, in præcedentibus γᾶν φίλαν. Τὴν Ἰνάχου, Heathius.

Ver. 374. (384.) τὰν εἴσαεί. Scribendum τὰν ἐσαεί. cui in Antistrophe respondet, μὴ μιαίνειν. Barnesii editio, τὰν ἐσσαεί.

Ver. 376. (386.) Τιμόπτολις. Scil. πόνος, *honorem adferens* civitati, Grotius. sic Σωσίπολις λεὼς, *salutem adferens civitati populus*, Aristoph. Acharn. 162. ubi pro ἂν ὁ metrum postulat [q] ἄν γ' ὁ.

Ibid. κρανεῖ ποτ' ἆρα; φίλιά μοι
Τεμοῖ, καὶ τέκνοισι ταφὰς ληψόμεθα.

Pro Τεμοῖ Codd. A. C. τεμεῖ. post quam lectionem, nullus mihi de sensu hujus loci restat scrupulus, legenti et distinguenti,

κρανεῖ ποτ' ἆρα; φίλιά μοι
Τεμεῖ, καὶ τέκνοισι ταφὰς ληψόμεθα;

Duas res in præcedenti Antistrophe, ut prius notaveram, Chorus optaverat, nempe, ut Theseus repeteret filiorum cadavera ex terra Thebana; et, ut fœdus cum Argivis faceret. Hæc tam magni momenti et præter spem videbantur Choro, ut de iis dubitans, et vix credens, quærat, *Perficietne hæc unquam* Theseus? *fœdus mecum Faciet, et filiis meis sepulturam obtinebo?* κρανεῖ ποτ' ἆρα, ut ἆρ' εἰς τοσόνδ' ἀφίξομαι; Cyclop. 619. *unquamne ad tantam felicitatem perveniam?* vel, [r] Ἀράγε τοῦτ' ἄρ' ἐγὼ Πότ' ὄψομαι; Aristoph. Νεφ. 465. Τέμνειν φίλια, *secare amica*, est, *secando* partes victimarum *facere amicitiam* seu fœdus. ἀρθμὸν καὶ φιλίαν τέμνειν, Callimacho Fragm. Bentl. 199. sic ὅρκια τέμνειν, et σπονδὰς τέμνειν, quæ ex Homero et Euripide adduxit Barnesius, quem hic vide. τέμνειν ὅρκιον Herodotus VII. 132. et passim. et ταμόντες, absolute, absque ὅρκια, Idem IV. 201. Φίλια τέμνειν adumbratum opinor ex Homero Iliad. Γ. 73. φιλότητα καὶ ὅρκια πιστὰ ταμόντες. ubi Scholiastes: φιλίαν καὶ ὅρκους πιστοὺς δι' ἐντόμων ποιήσαντες. *[De Brodæi Τεμένη pro Τεμοῖ non jam opus est ut dicam. Video nunc Aldinam ponere notam interrogationis post ληψόμεθα. Aliter de his Cl. Reiskius, φιλίας μοί τ' ἐμοῖς τε τέκνοισι ταφὰς—*amicas et mihi, et filiis meis, exsequias nanciscemur.*]

Ver. 378. (388.) Νόμους βροτῶν μὴ μιαίνειν. Id est, ὥστε μὴ μιαίνειν, *ut Thebani ne polluant jura hominum.* Unde Aristides Panath. p. 117. dicit hanc Thesei expeditionem susceptam fuisse ὑπὲρ τῆς φύσεως ἁπάσης τῆς ἀνθρωπείας. et mox, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ νόμου. Apud Statium Theb. XII.

[q] Quemadmodum edidit Brunckius improbante Porsono ad Med. 863. Confer Iph. Aul. 965.

[r] 380. 1. Usus est Jos. Scaliger in Catull. p. 79. ed. 1582. simul excitans v. 387. *Porsonus.*

642. Theseus milites suos, ad hanc expeditionem profecturos, ita alloquitur:

Terrarum leges, et mundi fœdera mecum
Defensura manus, dignas insumite mentes
Cœptibus.

Versu antecedenti, pro *πατρὶ* Reiskius conjicit *μακαρία.* quæ vox non stabit in hoc Iambo.

Ver. 380. (390.) Νέμεις αἰεὶ, τὸν &c. Lego et distinguo,

Σύ τοι σέβεις δίκαν· τὸ δ' ἧσσον ἀδικίᾳ
Νέμουσ', αἰεὶ τὸν δυστυχῆ πάντα ῥύῃ.

Quando quis propendet ad aliquid, vel contra, eleganter dicitur *πλέον* vel *ἧσσον νέμειν* seu *διδόναι* isti rei. Sic *τὸ πλεῖστον διδοὺς τῷ πλούτῳ* ver. 407. intellige *μέρος*, quod exprimitur ver. 241. *νέμοντες τῷ φθόνῳ πλεῖον μέρος·* ubi mire Brodæus, vir tantus, explicat, *divitum bona invicem partientes;* pro, *tribuentes plus* (i. e. plus æquo) *invidiæ.* vide Helen. 923. Hecub. 867. *Γνώσομαι εἴ τι νέμεις ἀγαθοῖς πλέον*, in Epigrammate Theocriti. *πλεῖστον διδόντες μέρος τῷ* &c. Philo *περὶ ἀρετ.* p. 556. Auctor Orat. in Phœnipp. inter Demosthenicas, p. m. 218. Heathius dicit *ἧσσον νέμειν* significare *deprimere, inhibere, pœnam infligere.*

Codd. A. B. legunt *ἀεὶ* pro *αἰεί.* ceperunt forte Librarii hunc versum quoque pro Iambo. Vide Strophen. Canterus, ut jam video, conjecerat *Νέμουσ' αἰεὶ*, tacente Barnesio de hac conjectura.

Ver. 381. (391.) Τέχνην μὲν αἰεὶ &c. Præconem alloquitur Theseus. *Phegea* hunc appellat Statius Theb. XII. 596. Voces *μὲν αἰεὶ* sensui parum prosunt.

Ver. 383. (393.) ἐλθὼν δ' [q] ὑπέρ τ' Ἀσωπὸν, &c. Vertunt *trans Asopum, et Ismeni aquam.* Ab Eleusine petentibus arcem Cadmeam, *πύργον διδύμων ποταμῶν*, Phœniss. 842. regiam Creontis, nescio quidem an necesse esset, forte erat, ut transirent Asopum et Ismenum fluvios: vide Strabon. lib. IX. p. 627. A. De locutione, Josephum Bell. Jud. I. 16: 3. II. 3: 1. Æque satisfaceret, si in MSS. esset, Ἐλθὼν δὲ παρά τ' Ἀσωπὸν, vel, δ' ἐπὶ τὸν Ἀσωπὸν, ut ver. 890. ἐλθὼν δ' ἐπ' Ἰνάχου ῥοάς. Sed non ideo mutandus est contextus sine illis: præsertim in præpositionibus.

Voces Σεμνῷ τυράννῳ (ver. 384.) ambiguæ sunt. Vertunt, *Superbo tyranno.* Ironice dictas capit Brodæus. Bono sensu mihi videntur sumendæ, propter *πρὸς χάριν*, ut Sophocl. Œdip. Tyran. 1172. Σὺ πρὸς

[q] Recte ὑπέρ τ' Ἀ. Uterque enim fluvius ad Austrum erat Thebas incolentibus *Musgravius.*

χάριν μὲν οὐκ ἐρεῖς, κλαίων δ' ἐρεῖς. Vocem σεμνὸς amavit Euripides, ut de voce σοφὸς in eo notant Veteres. Verterem, *Venerabili Regi.*

Ver. 385. (395.) θάψαι νεκρούς. Non vult Theseus, ut Creon eos *sepeliret ;* sed ut *aliis sepelire eos permitteret.* eandem rem eodem modo petit Adrastus a Theseo ver. 130. Athenienses volebant eos θάψαι, i. e. *cremare,* ver. 559. sed Matres eorum plus appetebant, et cupiebant θάψαι eos χθονὶ, ver. 17. i. e. *inhumare* eos, seu cineres eorum terra condere. Si construas, Θησεὺς ἀπαιτεῖ σε νεκροὺς [εἰς τὸ, vel ὥστε] θάψαι, difficultas erit in connexione sequentium.

Ver. 386. (396.) Συγγείτον' οἴκων γαῖαν. Quo argumento utitur Chremes iste humanus *Heautontimor.* init. *Vicinitas, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.* Constructio, opinor, est, Θησεὺς ἀπαιτεῖ σε θάψαι νεκροὺς, θέσθαι τε πάντα &c. hoc versu, Συγγείτον' οἰκῶν &c. quasi in parenthesi posito.

Ver. 388. (398.) θέλωσ' αἰνέσαι. Metrum vult θέλωσιν. * [Reiskius legit θέλωσι συναινέσαι : " alias significabit, inquit, hic loci simplex " verbum idem atque compositum." Immo, et ita significat, Iphig. Taur. 1073. et sæpissime in aliis verbis. θέλωσιν est] Scil. *Creon* et *Thebani,* mutato numero. Ver. 387. pro Ἐρεχθειδῶν λεὼν sonus suaderet Ἐρεχθείδην λεών : sed MSS. stant contra. Ἐρεχθειδης λεὼς forte dici posset, ut ἀνὴρ Περσείδης, Herodoto VII. 220. Ἀτρείδης Μενέλαος, Homer. Odyss. Γ, 257. et sæpe. Id quod Noster φίλον θέσθαι appellat hoc versu, Herodotus φίλον προσθέσθαι, Lib. I. 69.

Ver. 389. (399.) ἦν δ' ἀπιστῶσ'. Joan. Leunclavius not. ad Xenophon. Cyropæd. lib. I. p. 6. et alibi, hoc verbum semper scribendum esse contendit ἀπειστεῖν, quando significat, ut hic, *non obedire, immorigerum esse.* Huic assentitur Æmil. Portus, et exinde multa Tragicorum loca mutat, in not. p. 1160. Reiskius quoque in Iph. Taur. 1476. pro ἄπιστος legit ἄπειστος. Nihil hic notat.

Ver. 390. (400.) Κῶμον δέχεσθαι τὸν ἐμὸν ἀσπιδηφόρον. Magis Poëticum ἀσπιδηφόρων, ut infra ver. 921. τὸν ἐμὸν μόχθον ἀθλίας· et Horatius, *mea scripta timentis,* i. e. scripta *mei* timentis. Notum hoc omnibus. Sed non ita notum hoc Sophoclis mendum Œdip. Tyran. 257. οἴκοισιν—ἐν τοῖς ἐμοῖς γένοιτο [r] μὴ οὐ συνειδότος· *in meis œdibus non conscii,* id est, in domo *mei* nescientis. vulgo legitur, γένοιτ' ἐμοῦ συνειδότος· contra sensum loci, ut mihi videtur.

Pro δέχεσθαι, Cod. A. δέχεσθε, non male : ut directus sit sermo, non obliquus. De qua ἀντιμεταστάσει vide Longinum, περὶ Ὕψ. sect. 27.

[r] Ut nuper edidit Brunckius. *Porsonus.*

Κῶμος pro quavis multitudine, ut κῶμος πελειῶν, Ion. 1197. unde firmatur ἀσπιδηφόρων. Paullo aliter de hoc loco Illustriss. Spanhemius ad Aristoph. Plut. 1041.

Ver. 392. (402.) Mallem εὐτρεπὴς ὅδε, *paratus ille* (vulgo εὐπρεπὴς [s]) ut Hecub. 565. πάρεστι λαιμὸς εὐτρεπὴς ὅδε. Æschylus Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. ver. 89. ὄρνυται λαὸς εὐπρεπής· ubi Stephanus notat scribi εὐτρεπής. Valckenærius quoque ad Phœniss. 801. præfert εὐτρεπὴς hoc loco Euripidis. Dubitat Hemsterhusius (ad Lucian. Dial. Marin.) utra vox sit præferenda. Ὅδε est pleonasticum, ut Med. 354. λέλεκται μῦθος, οὐ ψευδὴς ὅδε: et supra hac Fab. ver. 21.

De Callichoro, puteo Atticæ, vide Barnesium, et Alciphron. lib. III. epist. 69. ob morem, notatu dignum. Uxor enim, stupri accusata, ducit maritum suum ad Callichorum puteum, et ibi jurat se esse insontem. Vide Herodot. VI. 74. de aqua Stygis, in re aliquatenus simili, *Dii cujus jurare timent, et fallere numen.* Veteres enim, Θεοὺς πηγὰς καὶ ποταμοὺς ἐνόμιζον, μεγίστους τε καὶ πρώτους, καὶ ἔτι γε νάματα, ut de iis refert Aristides Isthmic. T. I. p. 18. ed. Jebb. unde in Rheso Chorus jurat *per fontes Simoentis*, ver. 826.

Ver. 398. (408.) Μολὼν δ' ὑπαντᾷ. Omittunt δ' Codd. A. B. Quod si fiat, scribendum videretur ἀπαλλάξων ver. 397. Simplicius est Μολὼν θ' ὑπαντᾷ, si quid mutandum. Scaliger (probante Reiskio) hunc versum ponit inter Ἔα et Καδμεῖος, quæ vox melius jungi potest cum Κήρυξ, hac distinctione,

> Καδμεῖος, ὡς ἔοικεν, οὐ σάφ' οἶδ' ὅτι,
> Κήρυξ. ἐπίσχες, ἢν &c.

ex caduceo enim novit eum esse *præconem*, sed non certe novit utrum esset *Thebanus* præco, necne. et ita distinguit Heathius, et Hervagiana, post Κήρυξ. *[Ἐπίσχες, sine vocativo expresso, ut Phœniss. 92. Electr. 758. 962. et alibi.] Aldina quoque tollit omnem distinctionem post ὅτι, et ponit minimam post Κήρυξ, quam vocem hic scribit Κῆρυξ, et ita alibi, secundum istud Prisciani lib. VII. p. 753. *Oportet tamen scire, quod Græci υ ante χ, brevem esse volunt, etiamsi in obliquis producatur, ut φοῖνιξ φοίνικος, βόμβυξ βόμβυκος·* Scribe, [t] *ι et υ ante ξ*: et *breves*, et *producantur.* Sensus et Prisciani duo exempla hanc scripturam postulant. *(Res falsissima est, et mira hallucinatio. Tota enim

[s] εὐτρεπὴς quoque Brunckius ad Æschyli locum. *Porsonus.*

[t] ι et υ Prisciani edd. Ald. Flor.

antiquitas, collatis viribus, non potest efficere ut ultima in Κήρυξ (i. e. Κήρυκς) sit brevis. In Κῆρυς (pro Κήρυκς) Κήρυκος potest: et ita in φοῖνις, φοίνικος, βόμβυς, βόμβυκος; nunquam in φοίνιξ et βόμβυξ.)

Pro ὅτι Reiskius ἔτι.

Ver. 399. (409.) Τίς γῆς τύραννος; Præconum genus non amavit Euripides. unde eos ut ineptos, nonnunquam ut malos homines inducit. vide Heraclid. 48. seqq. Hunc, absurdum, et abrupte ingredientem facit, Τίς γῆς τύραννος; quod in actione fabulæ proculdubio spectatoribus apparuit. Cassandra in Troas. 424. dicit, Præcones unum habere nomen generale, nempe, ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς, *odium commune hominibus.* neque de eorum virtute et constantia melius judicavit Noster Orest. 892.

Τὸ γὰρ γένος τοιοῦτον· ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ
Πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες.

Et Scholiast. ad ver. 893. citat gnomen Euripidis ex alia aliqua Tragœdia, σπέρμα κηρύκων λαλόν. In Heraclid. 115. Copreus, Eurysthei præco, (de quo Apollodorus Biblioth. II. 4.) similiter quærit, Τίς δ' ἐστὶ χώρας τῆσδε, καὶ πόλεως ἄναξ; sed non tam abrupte quam hic præco. Facetum est istud Archestrati in Gastronomia apud Athenæum lib. III. cap. 13.

τοὺς κήρυκας δ' ἐπιτρίψαι
Ὁ Ζεὺς, τούς τε θαλασσογενεῖς, καὶ τοὺς ἀγοραίους,
Πλὴν ἑνὸς ἀνθρώπου.

Κήρυξ enim est nomen piscis, vilis tamen secundum Archestratum.

(*Ver. 401. 402. ἀμφ' ἑπταστόμους Πύλας &c. Eteocles non moriebatur ἀμφ' ἑπταστόμους πύλας (qui potuit?) sed ἀμφ' ἑπτάστομον πόλισμα (Bacch. 917.) *apud urbem septem habentem portas:* nempe apud Thebas, et signanter apud portas Electras, unam ex septem, Phœniss. 1597. Quæritur an aliquæ, aut quidnam sint ἑπτάστομοι πύλαι. [v] ἑπτὰ πύλαι ab omnibus agnoscitur; sed ἑπτάστομοι πύλαι *portæ sunt quæ septem portas habent;* non idem quod ἑπτάστομον πόλισμα vel ἑπτάστομον πύργωμα.)

Ver. 411. (421.) οὐκ ὄχλῳ κρατύνεται. MSS. omnes οχλων· opinor quia præcessit genitivus ἀνδρός. non recte tamen ὄχλων. Licet enim

[v] Ἑπτάστομοι πύλαι idem videntur significare quod ἑπτάπυλον στόμα Sophocl. Antig. 119.

405. Male, vitio forsan memoriæ, citat Valckenærius ad Euripid. Phœn. 396. Ἑνὸς ὑπ' ἀνδρός. *Porsonus.*

ceteri scriptores ponant οἱ ὄχλοι pro *populus* vel *plebs*, (vide Plutarch. Sylla p. 453. B. Agid. et Cleom. 795. C. et alibi sæpe: etiam Attici, Xenophon. Memorabil. III. p. 775. D. Isocrates Orat. ad Nicoclem, versus finem. Æschines contr. Timarch. p. 56. ed. Taylor.) Tragici tamen in singulari efferunt semper, nisi fallor. Recte igitur ὄχλῳ.

Ver. 412. (422.) ἐκχαυνῶν λόγοις. Id est, qui facit cives εἶναι χαυνοπολίτας, ut loquitur Aristophanes Acharn. 635.

Ver. 413. (423.) ἄλλος ἄλλοσε στρέφει.
Ὁ δ' αὐτίχ' ἡδὺς, &c.

Hi quatuor[u] versus ita forte legendi et distinguendi sunt:

Οὐδ' ἔστιν, αὐτὴν ὅστις ἐκχαυνῶν λόγοις
Πρὸς κέρδος ἴδιον, ἄλλοτ' ἄλλοσε στρέφει·
Οὐδ' αὐτίχ' ἡδὺς, καὶ διδοὺς πολλὴν χάριν,
Εἰσαῦτις ἔβλαψ', εἶτα διαβολαῖς νέαις
Κλέψας &c.

Οὐδ' αὐτίχ' ἡδὺς, est, Οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτίχ' ἡδὺς εἰσαῦτις ἔβλαψεν, εἶτα &c. Vulgo plene distinguitur post ἔβλαψ', pendente sententia, ut mihi videtur. Εἰσαῦτις est *postea*, non *rursus*. ἄλλοτ' *(non ἄλλος) ἄλλοσε, ut Troad. 1204. Medea 1191. Ceterum his quinque versibus describit Euripides, sub persona Præconis Thebani, mores Rhetorum et δημαγωγῶν sui temporis; quibus similia occurrunt in Aristoph. Equitibus, et alibi. Sæpe ita facit Noster, et sensum suum sub larva effert.

Ver. 417. (427.) μὴ διορθεύων λόγους. [x]Hæc non intelligo. Vel ambigua sunt, vel mendum latet in διορθεύων, aut in λόγους: forte in utroque. Casaubonus ad Aristoph. Equit. ver. 382. hæc habet: λόγων ἐν πόλει] "λόγους vocat *rationes administrandæ reipub.* vel se ge-"rendi in administratione reipublicæ." Hoc secutus sum in versione, ut sensum aliquem exhiberem, ignarus quid sit διορθεύειν λόγους (ὀρθεύειν δέμας, *erigere corpus*, idem quod ὀρθοῦν, occurrit Orest. 405.), suspicans aliquid de διοπτεύων, *perspiciens*: certus tamen vulgarem interpretationem, "*Non recte proferens verba*, nec eloquens," non esse veram, propter observationem Velleii Paterculi, citati ad ver. 426. Heathius vertit, *non bene discernens rationes.* quod quid sit nescio,

[u] Marklandi emendatio assensum Valckenærii nacta est Diatrib. p. 257. Sed improbat Musgravius.

[x] διορθεύειν credo esse ad normam vel canonem veritatis exigere. Λόγοι sunt argumenta utrinque in disceptando allata. Persius Sat. IV. 11. *Rectum discernis, ubi inter Curva subit, vel cum fallit pede regula varo.* *Musgravius.*

propter ambiguitatem verborum. νόμοι et λόγοι commutantur, Bacch. 484.

Ver. 419. (429.) ἀντὶ τοῦ τάχους Κρείσσω. Abundare videri potest ἀντὶ, ut sæpe. Sophocles Trachin. 586. ἀντί σου πλέον, *magis quam te.* Antig. 188. Aristoph. Eccles. 920. Plato in Timæo, p. m. 146. Sed, si vere dicendum est, hæc ratio est grammatica omnium hujusmodi genitivorum. Exempli causa, cum dicimus, ἐγώ εἰμι κρείσσων σοῦ, plena, opinor, locutio, et ratio genitivi est præpositio ἀντί· ἐγώ εἰμι κρείσσων [ἀντί] σου. et ita in cæteris: ut *præ* Latinis, *ego melior sum* [*præ*] *te.*

Ver. 420. (430.) γαπόνος δ' ἀνήρ. Ita edidit Barnesius, ex emendatione Scaligeri et Canteri, cum prius esset δίδωσι γᾶ· πόνος δ' ἀνήρ. sed γαπόνος, est Doricum: neque istud forte male[y], (nam in loquelam Atticam ex Dorica frequenter sumebatur) ut γαπότους τιμὰς in Iambo Æschyli Pers. 623. et alibi. γαμόρων Idem Supplic. 621. ποδαγὸς Sophocl. Antig. 1210. κυναγὸς passim in Euripide. Sed cum Codd. A. B. C. consentiant in Attico γηπόνος, illud admisi.

Ibid. πένης Εἰ καὶ πένοιτο. Speciosum est quod idem Vir doctus edidit ex conjectura Scaligeri, Canteri, et sua,

γαπόνος δ' ἀνὴρ, πένης
Εἰ καὶ γένοιτο &c.

Et tamen forte retineri potest vel debet, *(cum omnibus codicibus) alia distinctione,

γηπόνος δ' ἀνὴρ, πένης
(Εἰ καὶ πένοιτο), κἀμαθὴς ἔργων ὕπο &c.

agricola vero, pauper (*Si* ita accidat ut *etiam pauper sit*), *et illiteratus ob opera rustica* &c. hanc autem exceptionem inferre potuit, quia omnes γηπόνοι non sunt pauperes. Plerisque tamen placebit conjectura; aliis mecum quærentibus, unde vox notissima γένοιτο mutaretur in πένοιτο, quam etiam constanter retinent exemplaria? nam πένοιτο facile abit in γένοιτο, et hoc sæpe accidit; sed non contra. Argumentum vero Præconis, quod nunc incertum redditur a vocibus διορθεύων λόγους, videtur olim hujusmodi fuisse: "Præterea, quomodo potest "plebeius, μὴ διορθεύων λόγους, (quodcumque istud sit) recte admini-"strare publicas res? non enim cito hæc ars discitur, sed tempore et "experientia opus habet. operarius vero, pauper, et illiteratus ob occu-

[y] De Dorismo hoc et similibus vide Valckenærium ad Hippol. 1092. Phœniss. 11. 1113. Porsonum ad Orest. 26. 324. 1323.

" pationes, non habet tempus hanc artem discendi, neque potest commodis vel negotiis publicis animum intendere, utpote rerum suarum privatarum satagens, et victui quotidiano prospiciens." Ἔργων (ver. 421.) *opera rustica*, proprie, ut in titulo poëmatis Hesiodei, Ἔργα καὶ Ἡμέραι. Reiskius legit, Εἴ τις γένοιτο. Caussam denotat ὑπὸ, ut ver. 1117. ὑπὸ πένθους. vide ad ver. 1125.

Ver. 423. (433.) Ἦ δὴ νοσῶδες τοῦτο τοῖς ἀμείνοσιν, Ὅταν &c.

Porro mala res est hæc *præstantioribus, Quando* &c.

Voluit Euripides, opinor,

Ἦ δὴ νοσῶδες, ταυτὸ τοῖς ἀμείνοσιν
Ὅταν πονηρὸς ἀξίωμ' ἀνὴρ ἔχῃ, &c.

Vide versionem, et Hecub. 305, 6, 7. Hoc est aliud argumentum. Noster in Plisthene: Πόλει γὰρ εὐτυχοῦντες οἱ κακοὶ, νόσος.

Ver. 426. (436.) καὶ παρεργάτης λόγων. Id est, qui præter ἔργον (*ministerium* suum, seu officium *Præconis*) etiam *Oratoriam* et *Facundiam* ἐν παρέργῳ, *obiter*, et post res magis serias, coluit et exercuit. Irrisorie. apud Thebanos enim nullus honor *eloquentiæ: nam nemo Argivus*, THEBANUS, *Lacedæmonius Orator, aut, dum vixit, auctoritate, aut post mortem, memoria dignus existimatus fuit;* ut observat Velleius Paterculus I. 18. Non recte vertitur *prodigus verborum:* neque opus est Barnesii περιεργάτης, quod etiam anapæstum facit in quarto loco. sed hunc pedem ille admitti ibi, et secundo loco, posse censebat. Vox elegantissima παρεργάτης non potuit verti sine circumlocutione. *[Aliter hanc vocem interpretatur Reiskius: " παρεργάτης λόγων est, qui de rebus disserere neque doctus, neque aptus natus, tamen id audet invita Minerva &c. παρὰ in compositis *pravum* notat." et ita fere post eum Heathius.]

Ver. 428. (438.) ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων. Medea 546. Ἔλεξ'· ἅμιλλαν γὰρ σὺ προὔθηκας λόγων [z].

Ver. 429. (439.) τυράννου. *Regem* intelligit. nam hic ipse appellatur βασιλεὺς ver. 444. et disputatio est de *Monarchica* sive *unius* potestate, collata cum *Statu populari:* quamquam nonnullis in locis videri potest confundere *Regnum* cum *Tyrannide;* invidiæ caussa, opinor.

Ver. 432. (442.) καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστι σοι.

Et hoc facere *non etiam tibi licet.* Opinor, καὶ τόδ' οὐκέτ' ἔστ' ἴσον· *et hæc res* (sc. *Lex*) *non amplius* est *æqualis* omnibus: quemadmodum

[z] Observavit Valckenærius ad Phœn. 937. Sequentia cum Herodoteis confert Wesselingius ad III. 80.

omnes Leges esse debent. Vide sequentia, quæ hanc scripturam confirmant, et ver. 408. Demosthenes in Aristocrat. p. 288. ed. Tayl. ὥσπερ γὰρ τῆς ἄλλης πολιτείας ἴσον μέτεστιν ἑκάστῳ, οὕτως ᾤετο δεῖν καὶ τῶν νόμων ἴσον μετέχειν πάντων ὁ θεὶς αὐτόν. Ista autem, κεκτημένος Αὐτὸς παρ' αὐτῷ, forte sumuntur ex Æschyli Prometh. 186. ubi Jupiter dicitur παρ' ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἔχων. vide ibi Scholiasten. Neutrum vero τόδε, *hæc res*, cum præcederet νόμος, Euripidi solitum est. sic infra ver. 595. ταῦτα, cum antecederet Θεοὺς: et centies alibi reperies, ut et in Herodoto: vide VII. 123. Καναστραίην ἄκρην, ΤΟ δὴ &c. Præcedentia, κρατεῖ δ' εἷς τὸν νόμον κεκτημένος &c. diversis modis distingui possunt, quia ambiguum est κρατεῖ: unde non male (melius, ut mihi videtur) legi posset κρατεῖ—τοῦ νόμου, vel τῶν νόμων, *superior est Legibus*, ut Iph. Aul. 1095. *[Reiskius putat " versum deesse, in quo declaratum fuerit " quid sit illud τόδε. vel, si istud displiceat, minimo motu sententiam " sic posse integrari, καὶ νόμου οὐ μέτεστί σοι, *legis partem habes nullam*." De hiatu isto, νόμου οὐ, dixi ad ver. 109. Heathius vertit, " *Et hoc tibi " non adhuc existit.* hoc, *Leges scilicet*, &c."]

Ver. 433. (443.) Γεγραμμένων δὲ τῶν νόμων &c. Longe aliter hæc citantur Stobæo Serm. XLII. p. 276. Γεγραμμένων τῶν νόμων, est, *cum extant leges, scripto commissæ.*

Ver. 435. (445.) τοῖσιν ἀσθενεστέροις. Neutrius generis, a recto τὰ ἀσθενέστερα (idem quod οἱ ἀσθενέστεροι) propter κλύῃ, quod alioqui fuisset κλύωσι. Sic τὰ ἔχθιστα pro τοὺς ἐχθίστους, Iphig. Aul. 1170. Sequor distinctionem Barnesii: scriberem solummodo ταὐθ', i. e. ταυτὰ, pro ταῦθ', quod est ταῦτα. Ἀσθενεστέροις est *pauperioribus*, ut paullo ante, ubi ἀσθενὴς et πλούσιος opponuntur. et ita Electr. 267. in Herodoto passim, et aliis. οἱ ἀσθενοῦντες sic videtur intelligendum Actor. xx. 35.

Ver. 436. (446.) scribit Reiskius, Τὸν εὐτυχοῦνθ' ἐνταῦθ', ὅταν &c. Heathius pro ταῦθ' malit τοῦθ', i. e. τοῦτο: et vertit, *Et potenti, cum male audit, licet imbecillioribus hoc exprobrare.* Sensus contrarium videtur postulare, *et licet pauperioribus, quando a divitibus incessuntur conviciis, eadem divitibus ingerere.* Ἔστιν est ἔξεστιν, *licet*. ἐνισπεῖν κακὰ τὸν εὐτυχοῦντα, cum duplici accusativo, ut Medea 61. Ὦ μῶρος, εἰ χρὴ* δεσπότας εἰπεῖν τόδε· non δεσπόταις, ut vulgo legitur, ab interpolatore, qui nescivit ultimam accusativi pluralis in prima declinatione simplicium longam esse. Sophocles Electra 990. Τοιαῦτά τοι νῷ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν.

* Ita edidere Viri docti ex MSS. et ed. Flor.

Ver. 438. (448.) Τοὐλεύθερον δ' ἐκεῖνο, Τίς θέλει &c. Ex Aldina ita edidit Barnesius, præcedentibus Scaligero et Duporto: et confirmavit loco Orest. 886. et Demosth. de Coron. §. 53. ἠρώτα μὲν ὁ κήρυξ, Τίς ἀγορεύειν βούλεται; Ante erat,—ἐκεῖνο, εἴ τις θέλει. Adde Aristoph. Acharn. 45. Thesmophor. 386. et Kusterum ad Ecclesiaz. 130. Aristid. Serm. Sacr. I. p. 277.

Ver. 440. (450.) ὁ μὴ θέλων. Ὁ δὲ μὴ θέλων, Reiskius.

Ver. 441. (451.) τί τούτων ἐστὶν ἰσαίτερον πόλει. Duportus, ἔστ' ἰσαίτερον, ne sit anapæstus in quarta sede Iambi. Recte, ut mihi videtur, consentiente Heathio. Potest etiam legi ἐστὶν ἰσότερον.

Ver. 442. (452.) αὐθέντης χθονός. Αὐθέντης pro δεσπότης Suidas ait esse ἀκυρολεξίαν. et Eustathius ad Iliad. Ω. citatus a Valesio ad Harpocrat. p. m. 27. dicit αὐθέντης non esse δεσπότης, prout refert Ælius Dionysius. Ipse Harpocration, ὁ αὐθέντης αὐτόχειρα δηλοῖ, *qui manu sua cædit.* et verbum αὐθεντεῖν improbat Thomas Magister, pro eo Atticis commendans αὐτοδικεῖν. vide notas ibi. Semper alibi pro *interfectore* hac voce utitur Euripides, Androm. 172. Iph. Aul. 1190. et passim. Unde hic forte scribendum[b] εὐθυντὴς χθονὸς, *rector terræ:* ut εὐθύνων λαὸν, *regens populum,* init. Hecubæ. εὐθύνων πόλιν Sophocl. Antig. 184. et Noster supra ver. 418. ἀπευθύνων πόλιν, Œdip. Tyran. 104. unde σκῆπτρον εὐθυντήριον Æschyl. Pers. 766. ναυκληρεῖν πόλιν, Idem Sept. Theb. 658. eodem sensu, et ναυκλήρου χερὸς de rectore *currus,* Hippol. 1239: eadem metaphora: ut et κυβερνήτης hac Fab. ver. 880. Operæ pretium duxi exscribere ex Budæi Commentar. Ling. Græcæ p. 813. notam Theod. Gazæ, qui "in Libro περὶ μηνῶν ait hoc vocabulum olim tan-"tum significasse τὸν αὐτόχειρα: postea vero, et supra mille annos, "αὐθέντην Græce hoc significare cœpisse quod apud Latinos *auctor* "significat. Id quod ideo dicit factum, ut Græci unam dictionem "haberent, quæ plane responderet dictioni Latinæ, hoc est, huic "nomini, *auctor:* vel, ut apud eum legitur, αὔτορ. Inde Αὐθεντία, *au-*"*ctoritas.* quod verbum in Pandectis sæpe legitur. &c." vide ibi cetera. Heathius remittit ad Abresch. in Miscell. Observ. T. V. p. 109.

Ver. 445. (455.) οὓς ἂν ἡγῆται. Οὕς τ' ἂν ἡγῆται, opinor. ἀνὴρ βασιλεὺς (ver. 444.) ut apud Herodot. I. 90. ἄνθρωπος βασιλεὺς, Matt. xviii. 23. ἀνὴρ ἀδελφὸς, et γυνὴ ἀδελφὴ in N. T. alibi. φρονεῖν *spiritus generosos gerere* vertit Heathius. *(Pro τῆς τυραννίδος v. 446. scripsisse potuit ἧς *suæ.*)

[b] Probante Valckenærio Diatr. Eurip. p. 188. *Porsonus.*

Ver. 449. (459.) Τόλμας ἀφαιρῇ. Vel τόλμης, quod foret τι τόλμης, ut Iph. Aul. 1609. Λύπης δ' ἀφαίρει. Sed non opus. Pro ἠρινοῦ potuit et ἠρινὸν στάχυν· "Constructio est ἀφαιρεῖ τοὺς νέους τὰς τόλμας, *adimit juve- "nibus audaciam, eosque deflorat.*" *Reiskius.*

Ver. 451. (461.) Ὃς τῷ τυράννῳ πλείον' ἐκμοχθῇ βίον; Mallem βίαν πλείονα, *majorem violentiam,* i. e. facultatem violentiæ. *[Reiskius, "λεῖον βίον, *mollem,* proprie *lævem,* glabram, trajectu facilem, expedi- "tam, tranquillam. Ludit, inquit, in gemino significatu vocis βίος "*vitæ* et *divitiæ.*" Exemplum locutionis, λεῖος βίος, desideratur.] Pro ὃς MSS. A. B. C. ὡς, quod admisi. Τί δεῖ (ver. 450.) est *quid prodest,* ut Androm. 765. Iphig. Aulid. 1035.

Ver. 452. (462.) καλῶς. *Cum cura,* ut Iph. Aul. 738. Alcest. 313. Soph. Trachin. 588. "καλὰς, Reiskius."

Ver. 453. (463.) Τερπνὰς τυράννοις ἡδονὰς, ὅταν θέλῃ. Grammatica suggerit, τύραννος ἡδονὰς ὅταν θέλῃ· et in tota ῥήσει de tyranno loquitur in singulari numero. Constructio est ἡδονὰς [τυράννῳ] ὅταν τύραννος θέλῃ· et ἡδονὰς appositivum est ad παῖδας, ut et δάκρυα, ver. 454. Reiskius quoque mavult τύραννος.

Ver. 454. (464.) Δάκρυα δ' ἑτοιμάζουσι. Ἑτοιμάζουσι, scil. ἡδονὰς, *illis qui voluptates istas parent Tyranno,* i. e. parentibus. idem ac si scripsisset Δάκρυα δὲ τοῖς γονεῦσι, vel τοῖς τεκοῦσι. sic ἑτοιμάζειν βουλὴν Heraclid. 473. Ἡδονὰς et δάκρυα opponuntur.

Ibid. μὴ ζῴην ἔτι. Formula. μὴ νῦν ζῴην, Aristoph. Lysistrat. 530.

Σίγ' ὦ κατάρατε. ΠΡ. Σιωπῶ 'γὼ, καὶ ταῦτα, κάλυμμα φορούσῃ
Περὶ τὴν κεφαλήν; μὴ νῦν ζῴην. ΛΥ. Ἀλλ' εἰ τοῦτ' &c.

[c] Sic personis distinguendus est iste locus. Contextum restituit Dawesius Miscell. Crit. p. 76. Μὴ νῦν ζῴην est *Mallem mori* quam hoc pati. Noster Orest. 1152. μὴ γὰρ οὖν ζῴην ἔτι Εἰ μὴ 'πὶ 'κείνῃ φάσγανον σπάσω μέλαν. Homer. Odyss. Ω, 439. Aristoph. Νεφ. 1257.

Ver. 456. (466.) πρὸς τάδ' ἐξηκόντισα. Opinor[d], πρὸς τὰ σ' ἐξηκόντισα, vel, τὰ σὰ 'ξηκόντισα, et eodem modo in similibus exemplis mox citatis. *Et hæc quidem ad tua* VERBA *respondeo.* Sic Troas. 918. τὰ σ' αἰτιάματα, i. e. τὰ σά. vide et Sophocl. Œd. Tyr. 413. Noster Cyclop. 229. ὅτι τάδ' οὐκ εἴων φέρειν· ubi Cod. Par. No. 2887. legit τα σ ουκ ειων—hoc est

[c] Eodem modo personas distinxit Toupius Cur. Nov. T. III. p. 117. Sed omnes a vero aberrarunt. Recte locum ex MSS. constituit Brunckius, quibuscum concordat MS. Trin. Coll. Cantab. *Porsonus* in Append. p. 503.

456. ἐξηκόντισα. Vide J. Burtonum ad Sophocl. Antig. 1098. *Porsonus.*

[d] Probat Musgravius.

τὰ σά. et eodem dramate ver. 266. μὴ τάδ' ἐξόδων ἐγώ, idem codex, et item alter No. 2817. exhibent τα σ εξοδαν, i. e. τὰ σὰ, *tuas* RES : ut in D. Lucæ cap. vi. 30. Παντὶ δὲ τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου· καὶ ἀπὸ τοῦ αἴροντος ΤΑ ΣΑ, μὴ ἀπαίτει. Ubi Παντὶ est *ulli, cuilibet,* scil. ex qualibet *gente* vel *secta,* sit licet *Ethnicus* vel *Samaritanus:* quæ est frequens significatio vocis πᾶς in *Novo Fœdere.* Beza recte vertit *cuivis.* Judæi vero dare non solebant nisi Judæis. extensiorem benignitatem Jesus præcipit in eo quod tibi non deest, alteri deest. Ἀπὸ τοῦ αἴροντος, non est *ab eo qui aufert* vel tollit *per vim* (sic enim *latronibus* et *furibus* consultum foret); sed, ab eo qui *sumit, accipit* id quod tu sponte tua dedisti. vide Marc. vi. 8. xv. 24. Actor. xxi. 11. Τὰ σὰ, *tuas res,* tuam eleemosynam, istud quod tuum erat antequam ei donasti. Μὴ ἀπαίτει, *ne repetito:* quia eo pacto non *donum* sive *eleemosyna* erit, sed *mutuum.* In nostro idiomate sic intelligo: *Give to any man* (i. e. to a man of any *nation,* or *sect*) *who asketh of thee: and of him who receiveth thy gift, demand it not again.*

Ver. 460, 461. (470.) ὡς τάχος πόλει Χωρεῖν. Vertunt, *quam celerrime ex urbe excedere.* Sed hoc Græce esset ἐκ πόλεως χωρεῖν, vel ἐκχωρεῖν πόλεως, non πόλει. Lego, ὡς τάχος πάλιν Χωρεῖν. Heraclid. 835. Bacch. 764. Phœniss. 1422. Aristoph. Lysistrat. 739. Herodot. V. 72. Non fugit hoc Valckenærium ad Phœniss. 1409, 1410. p. 476. neque Reiskium, probante Heathio, qui citat ὡς ἂν τάξῃ τις, pro ὅσ' ἂν, verbis præcedentibus.

Mox ver. 464. (474.) pro Καλῶς Codd. A. C. κακῶς. et A. omittit φεῦ secundo loco, ver. 463.

Ver. 466. (476.) Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δὲ τἀναντία. Lego,

Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ' ἐναντία.

Tibi quidem videantur hæc, mihi vero, illa.

Proverbialiter. Euenus ap. Stobæum Serm. LXXX. et Athenæum IX. 1.

Καὶ πρὸς μὲν τούτους (τούτοις Athen.) ἀρκεῖ, λόγος ὡς (εἷς Athen.) ὁ παλαιὸς,
Σοὶ μὲν ταῦτα δοκοῦντ' ἐστὶν, ἐμοὶ δὲ τάδε.

Noster Alcest. 529. Σὺ τῇδε κρίνεις, κείνῃ δ' ἐγώ. Sophocl. Ajac. 1063. Κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε[e]. ubi Scholiast. notat proverbiale esse. Quod vero Cl. Barnesius dicit, " Bacchium (δὲ τἀνᾶντ) in quinto loco

[e] Suid. v. Θεόπομπος. Εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης, ἐμὲ δὲ μὴ ἐνοχλείτω. *Porsonus.*

"non inusitatum," ego nullum ejus rei exemplum novi. Heathius, δ' ἐναντία, et idem mecum observat de Bacchio.

Ver. 467. (477.) Ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ, πᾶς τε Καδμεῖος λεώς. Hoc est istud, *Ego et Rex meus.* Perite quoque ab Euripide ridicula hujus Præconis insolentia exponitur versu antecedenti, ΣΟΙ μὲν δοκείτω ταῦτ', ΕΜΟΙ δ' ἐναντία· quasi Thesei et Præconis æquali sententia, et pari jure: et ver. 473. Pro δ' non male scriberetur τ', et versus 465, 466. τῶν γὰρ, (non μὲν) ἠγωνισμένων &c. in parenthesi includi possent. nam ista, Λέγοιμ' ἂν ἤδη, respondent ad Thesei quæstionem ver. 457. *qua de caussa veniret?* quod jam tandem dicturus est Præco, post tot verba nihil ad rem spectantia. Ita:

> Λέγοιμ' ἂν ἤδη· (τῶν γὰρ ἠγωνισμένων
> Σοὶ μὲν δοκείτω ταῦτ', ἐμοὶ δ', ἐναντία)
> Ἐγὼ τ' ἀπαυδῶ, πᾶς τε &c.

Ver. 469. (479.) Εἰ δ' ἐστὶν ἐν τῇ. Ἐν γῇ Auct. Libelli cui Titulus, *De Græcorum Quinta Declinatione imparisyllabica* &c. p. 45. seqq. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 160. Et ita legit Reiskius, *[qui tamen dicit, "non nescio ἐν τῇ, pro ἐν αὐτῇ, bene dici."] Πρὶν Θεοῦ δῦναι σέλας, est, πρὸ δύντος ἡλίου Herodot. V. 50. Vide Herald. ad Arnob. lib. I. p. 31.

Ver. 470. (480.) Λύσαντα σεμνὰ &c. Id est, *Posthabita et omissa supplicum religione.* De voce μυστήρια vide hic Reiskium [f].

Ver. 472. (482.) προσήκοντ' οὐδέν. *["Προσῆκόν γ' οὐδὲν, *quum non "oporteat, competat. Reiskius.*" Immo] Id est σὲ, οὐδὲν προσήκοντα, ut Herodot. I. 91. τὴν ἐκείνου τιμὴν οὐδέν οἱ (i. e. αὐτῷ) προσήκουσαν. et III. 14. τὸν δὲ πτωχὸν, οὐδέν σοι προσήκοντα. Æschyl. Agam. 1089.

Ver. 474. (484.) πολὺς κλύδων—ἔσται, δορός. Heraclid. 160. in argumento simili, εἰς πάλην καθίσταται Δορὸς τὸ πρᾶγμα.

Ver. 477. (487.) ὡς δὴ πόλιν ἐλευθέραν ἔχων. Irrisorie alludit ad istud Thesei ver. 405. ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις. patet hoc ex particula δὴ, *scilicet.*

Ver. 478. (488.) Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον ἐκ βραχιόνων.

Ἐλπὶς γάρ ἐστι κάκιστον, ἣ &c.

469. (479.) εἰς τήνδ' Phœn. 1202. *Porsonus.*

[f] Erat cum hæc dictio mihi esset obscura. Deinde didici eam significare *venerabilia et non violanda supplicationum sacramenta.* Quia supplicantes corollas in signum suæ obtestationis protendebant, hinc dicti sunt στέφανοι pro ἱκετίαις, signum rei pro re significata. Μυστήριον autem est omne venerabile, sacrum, non violandum. Sic appellat Herodianus VIII. 7. Romanorum σεμνὸν μυστήριον *venerabile sacramentum* τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον *militare sacramentum. Reiskius.*

Vertitur, *Superbum reddas responsum, paucioribus* prolatum. Sed voces βραχίονος, βραχιόνων, et ceteri casus, sunt a recto βραχίων, *brachium*, non a comparativo adjectivi βραχὺς, *brevis:* *[quæ vox βραχίων, *brevior*, nescio an in usu sit, vel extet.] *(quod hoc modo comparari videtur, βραχὺς, βραχύτερος, (non et βραχίων, istud est, *brachium*) βραχύτατος, et βράχιστος.) Distinguendum opinor,

Σφριγῶντ' ἀμείψῃ μῦθον· ἐκ βραχιόνων
Ἐλπὶς γάρ ἐστι κάκιστον, ἣ πολλὰς &c.

Βραχίονες Græcis, ut *brachia* et *lacerti* Latinis, *robur* et *vires* denotat: *Fidens juventus horrida brachiis*, Horat. III. Carm. iv. 50. et νέῳ βραχίονι, Noster Hecub. 15. Hac fab. 738. νέοι βραχίοσιν. Notum est βραχίων Κυρίου, et βραχίων ὑψηλός. Pro γάρ ἐστι κάκιστον Stobæus Tit. CIX. citat[g] βροτοῖς κάκιστον. Duportus legit, γὰρ αὖ κάκιστον: quare, nescio; nisi metuebat anapæstum in 3o loco. Accuratam notionem vocis σφριγῶντα pete ex doctissimo commentario Dav. Ruhnkenii in Timæi Lexicon Platonicum. [h]Σφριγῶντα θυμὸν, Æschyl. Prometh. 380. ubi Scholiast. νεάζοντα καὶ αὐξάνοντα. Pro ἐκ βραχιόνων scribi potuit ἢ 'κ, i. e. ἢ ἐκ, ut ἢ 'ν pro ἢ ἐν ver. 244. et Iph. Taur. 770. nisi quod ἢ istis locis Linguæ necessaria est: non ita hic. *[ἀμείψῃ Reiskius interpretatur, "*efficias tibi responderi.* id est, *vide ne efficias* "*verbis contumeliosis, ut urbs nostra tibi respondeat sermonem robustum* "*e brachiis torosis.*" Heathius: "ne lasciviens mihi reddas respon-"sum ex lacertis, id est, ad lacertos, vel ad vim, rem deducens."]

Ver. 479. (489.) ἣ πολλὰς πόλεις Συνῆψε. Absolute συνῆψε, ut Herodot. IV. 80. μελλόντων δὲ αὐτέων συνάψειν, &c. scil. μάχην. Hic intelligitur πολέμῳ vel μάχῃ. Sic Phœniss. ver. 1403. ed. King. Latinis *committere*.

Ver. 481. (491.) εἰς ψῆφον πόλεως. Πόλει margo Barnesii. εἰς ψῆφον λεὼ Stobæus Serm. LIII. p. 368. Ceterum ex his quæ citavi et citaturus sum ex Stobæo, observare licet, quantum discrepuerint exemplaria Euripidis, etiam Stobæi ævo, ab iis quæ nunc in manibus versantur. Πόλεως pro iambo est; de cujus vocis pronunciatione dicam alibi. Ita invenitur ad finem versus iambici Sophocl. Antig. 295. et

[g] Et Muretus ad Ronsardum Opp. T. IV. p. 473. *Porsonus.*

[h] Adde Steph. Bergler ad Alciphron. III. 19. Euripid. Androm. 195. Philostrat. Icon. XV. p. 887. Nonnum XLVIII. 363. XLV. p. 773. Suid. v. Ἀκμαῖος. *Porsonus.*

πόλεος Nostro Ion. 932. πόλεως Æschylo Ἑπτ. ἐπὶ Θήϐ. ver. 2. 57. et alibi. Sophocles Œdip. Colon. 771. Τὰ τοῦδε πενθεῖν πήματα [i] πλεῖστον πόλεως· Sic scribendum puto pro πήματ', ἢ πλεῖστον. mutatum ab aliquo qui metro frustra metuebat, sensum non curabat.

Ver. 484. (494.) Εἰ δ' ἦν παρ' ὄμμα. Priores Editt. ἦ. mutavit Barnesius: et firmat Cod. B. Ἦ esset primæ personæ, Attice: Aristoph. Ὀρν. 1363. et Kuster. ad Plut. 77.

Ver. 485. (495.) δοριμανὴς ἀπώλετο. Stobæus, δορυμανὴς ἀπόλλυτο. Codex Par. A. δορυμανης απωλλυτο. C. απωλλυτο. et sic edidi. δουρομανὴς πόλεμος, Antholog. Reiskii, p. 146.

Ver. 486. (496.) Καὶ τοῖν δυοῖν γε. Forte, Καί τοι δυοῖν γε· *Atqui* vel *Et tamen.* Alterum non bene connecti videtur. Et ita inveni in Stobæo[k], Καί τοι δυοῖν γάρ. Codex B. δυειν (οι) λογων (οι). et C. λογων (οι). Per δυοῖν vero λόγοιν innuit ἄμφω τὼ λόγω, Τὸν κρείττον' ὅστις ἐστὶ, καὶ τὸν ἥττονα, Aristoph. Nub. 112. et 882. et Isocrates accusabatur ab Lysimacho, quod τοὺς ἥττους λόγους posset facere κρείττους, Orat. De Permutat. p. 618. Ver. 487. Pro κακὰ Reiskius καλά.

Ver. 490. (500.) Ποιναῖσι δ' ἐχθρά. Dubitantibus quo bono sensu Pax dicatur Pœnis vel Furiis inimica, satisfaciet Stobæi Γόοισι δ' ἐχθρά, *Luctibus verò inimica.* de quo dubitari vix potest. Pro τ' hoc versu, Idem, et Cod. A. δ'. *[Reiskius conjicit, Ποίμναισι δὲ θαλεραῖς τέρπεται τ' εὐπαιδίᾳ. ubi, opinor, ι istud in Ποίμναισι est a Typotheta.] Τέρπεταί τ' εὐπαιδίᾳ, sc. εἰρήνη· unde κουροτρόφος Θεὰ appellatur Pax, Bacch. 420. Deinde, Χαίρει δὲ πλούτῳ· ob quod Εἰρήνη βαθύπλουτε vocatur Nostro in Cresphonte.

Ver. 492. (502.) πολέμους ἂν αἰρούμεθα, Stobæus. male. Xenophon. Ἀναϐ. V. p. 366. ἀνελέσθαι πόλεμον ᾧ ἂν βούλησθε. Isocrates περὶ Εἰρήν. p. 320. Herodot. V. 36. ubique occurrit.

Ver. 494. (504.) ἐχθροὺς ΚΑΙ θανόντας. Quibus ἐχθρούς? Sensus, non Lingua, dicit hostes *nobis, Thebanis:* Linguæ, Argumento, et sequentibus multo melius convenisset,

Σὺ δ' ἄνδρας ἐχθροὺς ΘΕΟΙΣ, θανόντας ὠφελεῖς·

[i] Sic conjecerat cl. Mudge apud Heathium. *Porsonus.*

[k] Recepit Musgravius. Et sic nos. Sed vereor ut recte; Articulus enim male desideratur. Nunc legerim, Stobæanæ lectionis parte assumta, καὶ τοῖν δυοῖν γάρ—

491. 2. (501.) Confer Aristoph. Pac. 622. 623. *Porsonus.*

monosyllabice posito Θεοῖς, ut sæpe. Libri non adjuvant. Sonus Iambi non objici debet, non magis quam infra ver. 1201.

Ἐν τῷδε λαιμοὺς τρεῖς τριῶν μήλων τεμών.

Et alii æque absoni inveniri possunt. Καὶ videtur additum fuisse vocabulo θανόντας, *etiam mortuos*, ut magis emphaticum videretur : non considerantibus ambiguitatem vocis ἐχθροὺς ita nude positæ. Vid. Aristoph. Νεφ. 581. Βατραχ. 967.

Ver. 495. (505.) οὓς ὕβρις ἀπώλεσεν. Metrum suggereret, οὓς ὕβρεις ἀπώλεσαν. Atticum est ὕβρεις, ut Herc. Fur. 741. Bacch. 247. [l] Demosth. πρὸς Πανταινετ. ad finem. Transponendo sanat Barnesius, ὕβρις οὓς ἀπώλεσεν. monere omisit. Cum tribus modis hæc refingi possint, (legi enim potest οὓς ὕβρις γ' ἀπώλεσεν) vulgatam, licet mendosam, reliqui. [m] De sensu Verbi κομίζειν vide doctissimum Joan. Taylorum ad Lysiæ Epitaph. &c. p. 30. ed. Lond. 4°. 1739. Θάπτων est *sepelire volens :* et ita κομίζων.

Ver. 496. (506.) Οὔτ' ἄν γ' ἔτ' ὀρθῶς. Cod. A. ουτ' αν ετ—Forte, Οὔτ' ἄρ' ἔτ' ὀρθῶς, *Neque igitur jam recte* &c. nam ἂν parum hic agere videtur, et prima in ἄρα interdum longa est. Utcumque sit, hæc loquitur Præco ex persona Thesei, et quasi Theseus ita judicaret. Pro Καπανέως Ald. Καππανέως. Reiskius, Οὐκοῦν ἔτ' ὀρθῶς. est interrogatio, inquit, ironica.

Versu proxime sequenti, Δέμας καπνοῦται κλιμάκων, Brodæus intellexit ἐκ ante κλιμάκων, sine mentione ullius mutationis in contextu. Scio ἐκ et ἀπὸ et διὰ sæpe reticeri : hoc loco forte fuerit, καπνοῦται 'κ κλιμάκων· quod usitatius scribitur καπνοῦτ' ἐκ κλιμάκων. Facile omitti potuit κ ante eandem literam ; vide Phœniss. 1199. ed. King. De Verbo καπνόω, quod Sylburgius vertit *fumo macero* vel *infesto*, vide eum in notis ad Clenard. et Antesignanum p. 480. ed. 4^to^. Non occurrit in Lexicis vulgaribus. Reliqui versionem Canteri et Barnesii, qui eodem fere modo vertunt καπνοῦται Troad. ver. 8. 585. Ceterum ex hoc facto Capanei, quivis qui expedite scalas ascendebat, quasi ex formula Capaneus vocabatur : Aristophon apud Athenæum VI. 9. [p. 238. c.]

Ver. 498. (508.) Cod. C. πυλῃσιν (αι supra scriptum).

[l] Heraclid. 927. *Porsonus.*

[m] Potes etiam ὕβρις διώλεσεν. Sed vera videtur Musgravii emendatio, ὕβρισμ' ἀπώλεσεν. Ipso citante Herc. Fur. 179. Adde Orest. 1044. 1675. διώλεσαν pro ἀπώλεσαν metrum postulat in senario apud Dion. Cass. citato a Gatakero A. M. P. X. p. 528. D. *Porsonus.*

Ver. 499. (509.) Θεοῦ θέλοντος, &c. ex Æschyl. Sept. Theb. 433. Θεοῦ τε γὰρ θέλοντος ἐκπέρσειν πόλιν, Καὶ μὴ θέλοντος, φησίν.

Ver. 502. (512.) Ἄλλοι τε κεῖνται &c. repete οὐκ ὀρθῶς, ex ver. 496. Et adhuc præco loquitur quasi ex Thesei opinione, quam ipse finxerat. satis insolenter. Alioquin legi forte posset Ἄλλως, *frustra*. De τεθρίππῳ ἅρματι Amphiaraï hic, et ver. 927. quod hoc tempore nondum in usu fuisse scribit Philostratus, vide Valckenærium ad Phœniss. 44, 5.

Ver. 503. (513.) Πέτροις καταξανθέντες. Sophocles Ajac. 744. πέτροισι καταξανθείς. Noster Troas. 509. Δακρύοις καταξανθεῖσα. Phœniss. 1162. πρὶν κατεξάνθαι βολαῖς.

Ver. 504. (514.) Ἦ νῦν φρονεῖν ἄμεινον ἐξαύχει Διός. Videtur deesse [n] pronomen, Ἦ νυν φρονεῖν σ' ἄμεινον &c. Hoc loco νυν est encliticum, *igitur*, ut sæpe in Tragicis et Herodoto: vide III. 122. ubi, ut hic, male scribitur σὺ νῦν. pro σύ νυν. Sequitur: Ἢ Θεοὺς δικαίως τοὺς κακοὺς ἀπολλύναι. Vertunt: *Aut Deos juste perdere malos* fatearis. Suppleverunt *fatearis*, quia ἐξαύχει non potuit repeti commode ante Θεοὺς ἀπολλύναι. Non damno: et fieri solet; vide ver. 347. Sed forte propius erat remedium, Ἢ Θεοὺς δικαίου &c. *Aut æquum censeto* (concede) *Deos perdere malos homines*. sic ver. 526. Θάψαι δικαιῶ, *justum censeo sepelire*. Herodot. I. 89. Favet hic versus conjecturæ superiori ad ver. 494. ἐχθροὺς Θεοῖς pro ἐχθροὺς καί: quod ad sensum attinet. ut et ver. 511. Ζεὺς ὁ τιμωρούμενος.

Ver. 507. (517.) πατρίδα θ', ἥν. Scribi potest, πατρίδα θ' ἥν, *et patriam suam*, ab ὅς, *suus*. De verbo αὔξειν vide magnum animadversorem in Athenæum, lib. IV. 15.

Ver. 509. (519.) Νεώς τε ναύτης ἥσυχος καιρῷ σοφός. Distinguenda hæc videntur,

σφαλερὸν ἡγεμὼν θρασὺς,
Νεώς τε ναύτης. ἥσυχος καιρῷ, σοφός.

In versu qui hunc sequitur, putidum istud ΜΟΙ notabis, ut ver. 466. Νεώς τε ναύτης, sc. θρασὺς, est σφαλερὸν χρῆμα. Sententia hæc ita effertur in Eurip. Antiope:

ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ
Τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός.

[n] Pessime pronomen infercit Marklandus, eadem iterum chorda oberrans ad Nostri Iph. Aul. 475. *Porsonus.*

*[Ver. 510. τ'ανδρεῖον est τὸ ἀνδρεῖον, ut 386, et alibi. Quando ο et α concurrunt, sæpe coalescunt in ω: hoc foret τὠνδρεῖον.]

Ver. 511. (521.) °Ante 'Εξαρκέσας Cod. C. præfigit Αδρ. et omittit eum ver. 513. Recte. et ita Heathius, ex conjectura. Ver. 512. (522.) pro τοιάνδ' A. τοιαυτην.

Ver. 516. (526.) ἡμᾶς. Id est, ἐμὲ, ut passim. hic non aliter esse potest, neque ver. 1071. neque Iphig. Taur. 605. Vide supra ver. 99.

Ver. 518. (528.) Οὐκ οἶδ' ἐγὼ Κρέοντα δεσπόζοντ' ἐμοῦ. *Non agnosco.* Confer cum hac locutione istam D. Pauli de Anania, Actor. xxiii. 5. Οὐκ ᾔδειν, ἀδελφοὶ, ὅτι ἐστὶν ἀρχιερεύς. Cyclop. 320. Οὐδ' οἶδ' ὅ, τι Ζεὺς ἔστ' ἐμοῦ κρείσσων Θεός. i. e. καθ' ὅ, τι, *in qua re.* vulgo ὅτι, *quod.*

Ver. 520. (530.) ἄνω γὰρ ἂν ῥέοι. Allusum ad proverbium, ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαὶ, cum rerum et naturæ ordo invertitur: vide Scholiast. Med. 410. et Barnesium ibi, et quos advocat Berglerus ad Alciphron. lib. III. epist. 33. Ceterum tota subsequenti Thesei oratione splendidius aliquid aut humanius frustra quæsiveris. Ingenium Euripidis et bonitatem naturæ eximie illustrat.

Ver. 521. (531.) εἰ 'πιταξόμεσθα δή. Cod. A. επιτευξομεσθα. male. Notabis vero particulam δή, cum significatione, uti videtur, ironica vel irrisoria, ut *nimirum* et *scilicet* Latinis: *id populus curat scilicet,* Terentius. Sic Iph. Taur. 1338. ὡς φόνον νίζουσα δή· *quasi cædem abluens scilicet.* Electra 653. Πότερα πάλαι τεκοῦσαν, ἢ νεωστὶ δή; *an nuper scilicet?* sic et Æschylus Prometh. 954. Sophocles Antig. 731. ubi Creon indignabundus dicit, Οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ φρονεῖν; *docebimurne scilicet sapere?* fere quemadmodum δῆθεν Nostro passim, Herodoto I. 59. et alibi sæpe, et aliis. Idem usus particulæ δὴ in Plutarch. Vit. Æmil. p. 271. A. ὡς ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο &c. et passim. Fere negligitur in versionibus, ut in ea Herodoti II. 121. p. 134. τὸν δὲ πεισθῆναί τε δὴ, καὶ καταμεῖναι. vide locum. et hac fab. 477. 'Επιταξόμεθα pro ἐπιταχθησόμεθα, fut. med. pro passivo. vide Piersonum V. Cl. ad Mœridem Atticist. V. 'Απαλλάξονται.

° Personas recte quoque distinxit Tyrwhittus. 'Εξαρκέσας ἦν τιμωρούμενος ut Iph. Aul. 1427. ἀρκεῖ μάχας τιθεῖσα, ex vera et eleganti Hardionis emendatione. Orest. 1625. ἀρκέσω δ' ἐγὼ λέγων. *Porsonus.*

513. De phrasi σῖγ' ἔχειν et σῖγ' ἔχειν στόμα vide Valckenær. ad Euripid. Hippol. 660. adde Bacch. 1084. *Porsonus.*

517. Similia vide apud Valckenær. ad Euripid. Hippol. 991. *Porsonus.*

520. Menander Κεκρυφ. 1. fr. inc. 54. Cicero Offic. I. 26. Justin. XXIII. 3. Euripid. ut videtur, Plutarch. II. p. 481. B. *Porsonus.* Adde Valckenær. ad Herodot. p. 418.

Ver. 523. (533.) ἦλθον εἰς Κάδμου χθόνα. Scil. *ut hostis*, vel *in armis*: hoc enim sæpe est ἔρχεσθαι πόλιν infra ver. 1195. 1207. quod plene in Ion. ver. 1292. est, ξὺν ὅπλοις ἔρχεσθαι εἰς χθόνα. Sic πόλιν ἥξεις Heraclid. 374 [p]. et ἥκεις ἐπὶ τήνδε γαῖαν, eodem sensu hostili, ver. 805. et Isocrates De Bigis p. 693. τοὺς βαρβάρους τοὺς ἐπὶ πᾶσαν ἐλθόντας τὴν Ἑλλάδα. Herodotus IX. 81. ὃς τοιήνδε δίαιταν ἔχων, ἦλθε ἐς ἡμέας οὕτω ὀϊζυρὴν ἔχοντας ἀπαιρησόμενος. quod est ἔρχεσθαι ἐπ' αὐτὸν D. Luc. xiv. 31. Vide Valckenærium ad ver. 46. admirabilis istius editionis Phœnissarum. Et tamen ἥκει εἰς γῆν Orest. 53. et Æschylo citato supra ad ver. 469. nihil tale innuit; neque ἔλθοι πόλιν Sophocl. Œd. Col. 439. nec ἦλθες εἰς τήνδε χθόνα, infra hac fab. ver. 1049. Adeo a semet ipsis variant Tragici in usu locutionum earundem, secundum sensum locorum. Καθίσταμαι πόλεμον, voce media, versu præcedenti, rariorem puto locutionem. mens videtur esse, *instituo*, vel *committo bellum*. vide Budæum Comm. Ling. Græc. p. 484, 485.

Ver. 525. (535.) ἀνδροκμῆτας. Æschylo frequentata vox. vide Χοηφ. 889. Eumenid. 961. Supplic. 686. In Agamemn. 823. ἀνδροθνῆτας Ἰλίου φθοράς [q].

Ver. 526. (536.) Θάψαι δικαιῶ. Ante erat Θάψας. mutavit Barnesius ex auctoritate Scaligeri, Canteri, et ipsius Poëtæ ver. 671. Addo nunc Codices Gallicos A. B. * [Sequitur, τὸν Πανελλήνων νόμον, pro quo Reiskius, τὸν δὲ Πανελλήνων. De voce Πανέλληνες vide Græviun Lect. Hesiod. c. 12. (Ἔργ. 528.)]

Ver. 527. (537.) τί τούτων ἐστὶν οὐ καλῶς ἔχον; Ita Erectheo Fragm. p. 468. τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν; *(In antiquitate profana pulchrius aliquid tota sequente ῥήσει vix inveneris.)

Ver. 528. (538.) Pro πεπόνθατ', A. B. C. habent πέπονθέ γ', ad πόλιν vel Κρέοντα respicientes, non ad omnes Thebanos. quod admisi ex eorum auctoritate, licet vulgatam prætulerim.

Ver. 530. (540.) Mallem, Αἰσχρῶς δ' ἐκείνοις quam τ'. *[" Ante χ' ἡ δίκη " locandum comma. *ulti eos estis, ita ut laudem atque decus inde tule-* " *ritis, illi tulerint infamiam. et ita pervasit*, diremit vos et vestra " jurgia, *justitia*." *Reiskius*.] Atqui verba, χ' ἡ δίκη διοίχεται, non possunt exprimere, *et ita pervasit*, diremit vos et vestra jurgia, *justitia*.

p Locum hunc longe corruptissimum non debebat testimonii causa protulisse Marklandus.

q Eumenid. 248. *Porsonus.* 527. Heraclid. 748. Eriph. Athenæi IV. p. 134. C. Theoph. ib. p. 165. B. Menand. Stobæi p. 109. ubi legi ἄρ' ἐστιν. *Porsonus.*

Dicit Theseus, *Turpiter vero justitia quoque illis perit,* seu *denegabitur.* Vocat *justitiam,* jus sepulturæ. Ad rem Lysias Orat. Funebr. in Soc. Corinth. p. 32. ed. Taylor. νομίζοντες (Ἀθηναῖοι) ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι, ἀπιστούντων δὲ σφισιν αὐτοῖς, ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι. ubi plura vide de hac re. Heathius quoque legit δ' pro τ'.

Ver. 532. (542.) Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα &c.

Ἕκαστος, scil. αὐτῶν vel νεκρῶν, et ἀπέλθῃ, *abeat, redeat.* Auctor libelli supra citati ad ver. 469. pag. 44.

Ver. 535. (545.) πλὴν ἐνοικῆσαι βίον. Id est, πλὴν εἰς τὸ, vel ὥστε, βίον ἐνοικῆσαι· sed in hunc finem, *ut vita in eo habitet,* tanquam in aliena domo pro qua ἐνοίκιον penditur. erudite, si Poëta istud voluit: quomodo Theophrastus dicebat, πολὺ τῷ σώματι τελεῖν ἐνοίκιον τὴν ψυχήν· apud Plutarch. De Sanitat. tuend. p. 135. E. Noster Telepho: Σμικρὸν θέλοιμ' ἂν καὶ καθ' ἡμέραν ἔχων Τροφὴν, ἐνοικεῖν μᾶλλον, ἢ πλουτῶν νοσεῖν.

Versui præcedenti, οὔτε γὰρ κεκτήμεθα ἡμέτερον αὐτὸ, paria habet de Divitiis, Phœniss. 558. Seneca ad Marc. c. x. *mutuo accepimus: ususfructus noster est.* Pro οὔτι bene legi posset οὔτε, propter sequens καὶ in Κἄπειτα· ut Latinis *neque—et.* sic ver. 327, 328. Iph. Taur. 591, 592. Herodot. V. 49. 51. Orest. 292, 293. ubi pro Ἐγὼ δ' scrib. [r] Ἐγὼ θ'. [Reiskius mavult, οὐχὶ γάρ. aut, inquit, " οὔτι pro simplici " οὐ positum est; aut pro οὔτοι."] Pro βίον (ver. 535.) legi posset μικρὸν, et pro τὴν θρέψασαν, γῆν θρέψασαν. neutrum tamen eorum necessarium puto: neque variant exemplaria, quantum scio.

Ver. 538. (548.) νοσφίσεις, ὧν δεῖ λαχεῖν,
Ἀτάφους τίς ἕξει;

Mutatione unius literæ et distinctionum, hic locus ex non intelligibili in integrum restituitur:

πάσης Ἑλλάδος κοινὸν τόδε,
Εἰ τοὺς θανόντας νοσφίσας ὧν δεῖ λαχεῖν,
Ἀτάφους τις ἕξει· δειλίαν γὰρ εἰσφέρει &c.

Hoc adeo evidens est, ut in contextum receperim, omissis quæ Scaliger et alii de hoc loco dixerunt. Heathius tamen ita videtur legisse,

531. Pro σῶμ' lege φῶς, ut bene legit in Hel. 305. Musgr. πρὸς τὸ φῶς Soph. Stob. Grot. p. 509. εἰς τὸ φῶς Alexis Athenæi XI. p. 463. E. Mox ἀπελθεῖν Gataker ad M. A. VII. 48. Recte. *Porsonus.*

[r] Ἐγώ θ' edidit Porsonus ex MSS. quibusdam.

qui scribit Ἀτάφους τις ἕξει, *insepultos quis patietur.* Eleganter quoque εἰσφέρει, utpote de νόμῳ: quasi dixisset, Si quis hanc legem εἰσφέρει, non tam νόμον quam δειλίαν εἰσφέρει. vide Androm. 176, 177. Κοινὸν πάσης Ἑλλάδος, *spectat ad universam Græciam,* non ad *Argos* solum. sic ver. 849. λόγοι κοινοὶ τῶν ἀκουόντων καὶ τοῦ λέγοντος· *sermones qui spectant* vel *pertinent ad auditores æque ac ad narratorem.* Cum dativo Troas. 54.

Pro δεῖ Cod. C. χρήν. *[Bene.]

Ver. 542. (552.) δείν' ἀπειλήσας ἔπη. MSS. A. B. C. ἀπειλήσων, *minitaturus.* Recte. eo enim proposito venit Præco, ut ex tota ejus negotiatione liquet. Sophocles Ajac. 314. δείν' ἐπηπείλησ' ἔπη. Æschylus Sept. Theb. 432. ἀπειλεῖ δείν', sine ἔπη.

Ver. 544. (554.) μὴ κατασκάψωσι γῆν Ταφέντες ὑμῶν; Hoc non est, *ne effodiant terram vestram;* sed, *ne evertant civitatem vestram.* et absurdum augetur voce Ταφέντες, *postquam sepulti fuerint.* Vide Iphig. Aul. 64. 92. 635.

Τί μὴ γένηται; *Quid ne fiat?* Sophocles Ajac. 77. iisdem verbis; quæ male vertuntur, *Quare hoc non fiat?* pro, *Quid ne accidat?*

Ver. 545. (555.) ἐν μυχῷ χθονός. Lego, μυχοῖς. Dicuntur esse ἐν μυχοῖς χθονὸς vel qui vivi *sub terra* sunt, ut Hercules * (quando inferos adiit); vel qui mortui et *humati.* sic ver. 926. ἀναρπάσαντες εἰς ΜΥΧΟΥΣ ΧΘΟΝΟΣ. Troad. 952. θανὼν ΓΗΣ ἦλθ' Ἀλέξανδρος ΜΥΧΟΥΣ. vide Herc. Fur. 37. et Sophocl. Ajac. 575. Nisi addatur adjectivum vel substantivum locale, ut Cyclop. 290. γῆς ἐν Ἑλλάδος μυχοῖς· et 296. tunc enim significat *recessus Græciæ.* Aliud est ἐν μυχῷ χθονὸς, nempe, *in angulo* aliquo *terræ:* non *sub terris,* quod est ἐν μυχοῖς χθονὸς, ut et *in terris,* Propertio, id est, *apud inferos,* quibus opponuntur *superi,* seu *viventes,* et in terra adhuc versantes, apud *(Virgilium et) eundem. τὸ *tellure repostos* Virgilii est τοὺς ἐν μυχοῖς χθονὸς, ut et Homeri ὑπὸ κεύθεσι γαίης, Odyss. Ω, 203. Φήμη τὸν ἐσθλὸν κἂν ΜΥΧΟΙΣ δείκνυσι ΓΗΣ. ita legitur ap. Suidam V. Φήμη. *etiam post mortem.* Idem vult ᾅδου μυχοὶ, Heraclid. 219. et γῆς σκότῳ κρύπτεσθαι Helen. 61. Ion. 1239. *(ἐς γαίας μυχοὺς κρύψον hac fab. 1206. *sub terra abde,* ubi ἐν μυχῷ mentem loquentis non, opinor, expressisset.)

*[Ver. 546. (556.) εἰσί τις τιμωρία. "Τισὶ, *quibusdam,* pro consueto "Atticorum ἀστεϊσμῷ καὶ αἰνιγμῷ. quando nimirum *mihi* aut *tibi* aut "*nobis vobisve* volunt tecte significare, dicunt *alicui,* aut *quibusdam.*" *Reiskius.* Non opus. Τις τιμωρία, ut τινα μωρίαν, Heraclid. 148. *aliquam stultitiam.* παρουργία τινὶ, Æsch. Sept. ad Theb. ver. 609. παρα-

νοίᾳ τινὶ παραπειθόμενοι Clem. Alexandrinus Pædag. II. 7. ubi male legitur παροινίᾳ.]

Ver. 547. (557.) Σκαιόν γε τ᾽ανάλωμα τῆς γλώσσης τόδε. Putarem τῆς γνώμης: quia *timere vanos metus*, quod sequitur, non ad τὴν γλῶσσαν sed ad τὴν γνώμην pertinet. σκαιὸν ἀνάλωμα τῆς γνώμης, *lævum dispendium mentis*, est *stultitia*. Sic γλώττης ἐπίνοια legitur, pro γνώμης, nisi fallor, in Aristoph. Ecclesiaz.[s] 570. in cujus Ranis ver. 358. nunc legitur ἢ γνώμῃ μὴ καθαρεύοι. Plutarchus vero De Glor. Athen. p. 348. D. citat, ἢ γλώσσῃ μὴ καθαρεύει[t].

Ver. 548. (558.) φόβους πονηροὺς καὶ κενούς. Si vera sit differentia quam notant Grammatici inter πονηρὸς et πόνηρος, hic scribi oporteret πονήρους *miseros*, non πονηροὺς *scelestos*. nullum enim *scelus* est in hoc *metu*. Hesychius tamen explicat Πονηρὸν, ἐπίπονον, κακοπαθῆ: qui est hujus loci sensus. Sed Ammonius, Μόχθηρος δὲ, ὁ ἐπίπονος, ὡς καὶ Πόνηρος. Vide eum in V. Μόχθηρος et Πονηρὸν: et Spanhemium ad Aristoph. Plut. 265. Φόβους δεδοικέναι, ut Troas. 1165. οὐκ αἰνῶ φόβον, Ὅστις φοβεῖται, μὴ διεξελθὼν λόγῳ. vide 1 Pet. iii. 14.

Ver. 550. (560.) Πάλαισμά θ᾽ ἡμῶν ὁ βίος. Istud θ᾽ nihil agit. Scribo, Παλαίσμαθ᾽ ἡμῶν &c. i. e. παλαίσματα, pluralis pro singulari, ut Hecub. 264. προσφάγματα. et Hippol. ver. 11. παιδεύματα. Nisi malis Πάλαισμά γ᾽ ἡμῶν. sed alterum verius puto. et ita Reiskius.

Ver. 551. (561.) Οἱ μὲν ΤΑΧ᾽, οἱ δ᾽ ἐσαῦθις, οἱ δ᾽ ἤδη, βροτῶν. Probabile est hunc versum mendosum esse. *tria* enim tempora, quæ *totum* complectuntur, sunt *ante, nunc*, et *postea:* ut in Laconico isto citato a Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 110. B. ΝΥΝ ἄμμες, ΠΡΟΣΘ᾽ ἄλλοι ἐθάλλεον, ΑΥΤΙΚΑ δ᾽ ἄλλοι· et Nostro Iph. Aul. 332. τὰ μὲν ΝΥΝ, τὰ δὲ ΠΑΛΑΙ, τὰ δ᾽ ΑΥΤΙΚΑ. Hic autem sunt *duo* tantum: nam τάχα et ἐσαῦθις utrumque spectat ad futura. Forte,

Οἱ μὲν ΤΟΘ᾽, οἱ δ᾽ ἐσαῦθις, &c.

Τότε pro *olim*, ut Sophocl. Electr. ver. 280. 678. *[Plura notavi ad Iphig. Aul. 46. Reiskius legit, Οἱ μὲν πάλαι, οἱ δ᾽ ἐσαῦθις. Brodæus explicat τάχ᾽, *mox, illico*. Sed quid tunc fiet de ἐσαῦθις? Reiskii πάλαι οἱ— non admittetur in Iambo Tragico.]

Ver. 553. (563.) Ὃς εὐτυχήσει. Restitutionem hujus loci, nunquam

[s] Ut edidit Brunckius.

[t] Observare poterat Vir doctus Bentleium γνώμῃ pro γλώσσῃ emendasse in Menandri fragmento apud Stobæum 36. *Porsonus.*

adhuc intellecti, debemus, ut multa alia, Codicibus Gallicis: quorum A. B. legunt ως ευτυχησῃ, sensu claro: C. ως, pro ὃς. Fortuna, inquit Theseus τρυφᾷ, *lascivit*, et *insolenter se gerit*. neque mirum: ab omnibus enim colitur. ab *infortunato*, honore afficitur, ut ille in posterum ea meliore utatur, ὡς εὐτυχήσῃ: *fortunatus* vero eam extollit et celebrat, metuens ne favor ejus et aura secunda deficiat, et eum relinquat. Pro Ὁ δ' ὄλβιος scriberem Ὅ τ' ὄλβιος, propter τοῦ δυστυχοῦς ΤΕ. Ὑψηλὸν αἴρει, non est, *Sublimem tollit afflictum*; sed, *laudibus extollit*, scil. Fortunam. Sic Heraclid. 332. Πολλῷ σ' ἐπαίνῳ—ὑψηλὸν αἴρω. Aristoph. Vesp. 1018. ἀρθεὶς μέγας. et αἴρης absolute, Ranar. 381. Πνεῦμα λιπεῖν, ut Plutarcho Lucull. p. 514. C. ὥσπερ πνεύματος ἐκλιπόντος, de bona Fortuna Lucullum deserente. vide Sophocl. Œd. Col. 638. Καὶ πνεῦμα ταυτὸν &c. *ne mutata retrorsum te ferat aura*, Horatius. Pulcherrimam hanc emendationem, ὡς εὐτυχήσῃ, ex conjectura sagaciter præceperat *(doctissimus) Heathius.

Ver. 556. (566.) Ἀδικουμένους τε, μέτρια μὲν θυμῷ φέρειν. Editt. et MSS. pro μὲν habent μή. Distinguendum, Ἀδικουμένους τε μέτρια, μὴ θυμῷ φέρειν. In hoc non est laudandus Cl. Barnesius, quod sæpe contextum mutat sine ulla mentione. Video jam Miltonum conjecisse μὲν pro μή. ex eo forte sumsit Barnesius: nam exemplari ejus utebatur, ex edit. P. Stephani.

Ver. 557. (567.) Ἀδικεῖν τε τοιαῦθ', &c. Scil. χρεὼν ἐστι vel χρή. Non autem putandum est Poëtam *permittere*, nedum *jubere*, ut injurias quis faciat: sed vult, si quis alteri injuriam faciat, (quod vix evitari potest, prout est vita hominum) caveat tamen ne ea sit injuria quæ Rempublicam sive Patriam suam lædat. Sic quando D. Paulus scribit Ephes. iv. 26. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, non præcipit ut *irascamur*; sed mens ejus est, *Licet irascamini, tamen ne peccetis*. Eatenus aliqua differentia est, quod *irasci* nonnunquam licet, (nam et Servator noster *irascebatur* Marc. iii. 5.) *injuriam facere* alicui, nunquam licet.

Ibid. οἷα μὴ βλάψαι πόλιν. "Pro πόλιν Canterus recte, meo judicio, "reponit πάλιν, ut sententia sit, *Et tali hostem injuria afficere, quæ te* "*non vicissim lædat*. Verbum enim βλάψαι, forma potentiali, numero "singulari positum accipio, et a neutro plurali οἷα regi." *Heathius*. et ita Reiskius, quod ad πάλιν. *[Sed, nisi infinitivum voluisset Euripides, scripsisset potius, opinor, βλάπτῃ vel βλάψῃ, quam βλάψαι, quod (βλάψαι) est *læderet*, non *lædat*. deesse quoque videtur ἑαυτοὺς *nosmet* vel *seipsos* (non σὲ), quæ vox hic non potest subintelligi, sed

exprimi debebat, si legatur πάλιν.] Sed nihil mutandum opinor. οὐ βλάπτων πόλιν, ver. 554. ἀπώλεσας πόλιν, 231. vid. Aristoph. Βατρ. 1475.

Ver. 558. (568.) τοὺς ὀλωλότας νεκρούς. Si quis cogitet de ὀλωλότων, ut τοὺς νεκροὺς sit *cadavera*, videat ad ver. 107. Sed nihil mutandum censeo.

Ver. 559. (569.) τοῖς θέλουσιν εἰσιδεῖν.
"Η δῆλα τἀνθένδ'. εἶμι, &c.

Hæc distinctio nihili est. Forte,

Θάψαι δὸς ἡμῖν, τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν·
"Η δῆλα &c.

Nam *mortuos sepelire* erat νόμος Δαιμόνων ver. 563. et ver. 19. atque hoc vocatur εὐσεβὴς πόνος ver. 373. vide et Helen. 1293. 1004. et Sophocl. Antig. 936. Sarcasmus quoque est in vocibus ἡμῖν τοῖς θέλουσιν εὐσεβεῖν, et tacita incusatio Creontis ἀσεβείας. Scio aliter forte distingui posse, sine mutatione contextus,

Θάψαι δὸς ἡμῖν τοῖς θέλουσιν· εἰσιδεῖν
"Η δῆλα τἀνθένδ'· εἶμι, &c.

quod si quis præferat, sequatur. Τἀνθένδε est τὰ ἐπὶ τούτοις, *consequentia*, Aristoph. Plut. 57. τὰ ἐκ τούτων, Xenophon Ἑλλην. lib. II. p. 470. B. τἀπὶ τοῖσδε Iph. Aul. 435. τἀπὶ τῷδε Ion. 255. Εὐσεβεῖν absolute, ut Sophocl. Ajac. 1372. Τόν τοι τύραννον εὐσεβεῖν οὐ ῥᾴδιον. et Electr. 310. Orest. 898. Vide Cl. Valckenærium ad Phœniss. ver. 1331. p. 448, 449.

Ver. 561. (571.) ἐξοισθήσεται. *Efferetur*[u]. Raro inveniendam puto hanc vocem. Simplex verbum οἰσθήσεται, *feretur*, occurrit in Demosth. πρὸς Λεωχάρ. p. m. 269. ἡ ψῆφος οἰσθήσεται. et alibi. A fut. οἴσω formatur novum verbum οἴσομαι, *feror*, in fut. οἰσθήσομαι.

Ver. 562. (572.) Ὡς εἴς ἐμ' ἐλθὼν νόμος. Ut Hecub. 801. Ὅς εἴς σ' ἀνελθὼν, scil. νόμος. ubi nugatur Scholiast. et θαυμαστῶς ibi poni dicit ἀνελθὼν, *ascendens*, quia Agamemnon in excelso loco erat. æque enim bene dici potuit κατελθὼν, *descendens*, scil. a *Diis*, vel a *Majoribus*.

Ver. 564. (574.) τῆς δίκης σώζων φάος. Cui opponi potest τῆς δίκης τὴν ἠλύγην, i. e. *umbram* vel *tenebras justitiæ*, apud Aristoph. Acharn. 684. Stobæus Eclog. Physic. lib. I. p. 9. Δίκης δ' ἐξέλαμψεν ὅσιον φάος. Vult forte, Justitiam *illustrem* et *conspicuam* et omnibus *agnoscendam* ser-

[u] Περιοισθήσεται Diphilus vel Sosippus apud Athenæum IV. 4. p. 133. F. ἐξοισθήσεται Æneas Tactic. c. 23. p. 1684. οἰσθήσεσθαι Pausanias Lacon. 17. p. 251. (405. Fac.) *Porsonus*.

vans. Sed et δίκης φάος per periphrasin significare potest paullo plus quam δίκην: ut δίκης σέβας Oppiano Halieut. II. et similia.

Ver. 565. (575.) Πολλοὺς ὑπεκφύγοις ἂν ἀνθρώπων λόγους. Obvium erat ψόγους, vituperia, ut Hecub. 384. 1249. Sed nihil muto, quia λόγοι, in plurali, pro *maledicta, convicia,* aliquoties usurpatum, nisi fallor, video. Pindarus Nem. VIII. 35. ὄψον δὲ λόγοι φθονεροῖς· *obsonium autem invidis sunt convicia.* quam significationem nos Angli videmur retinere in vernaculo nostro *words.* nam λόγοι ἐχώρουν Iphig. Taur. 1358, est, *words passed.* nempe, verba *iratorum* vel *conviciantium,* ut ibi. vide locum, et Iph. Aul. 376. Plutarchus Arato p. 1040. E. τὸ μὲν οὖν πολὺ τῆς διαβολῆς, καὶ ΛΟΓΟΥΣ, καὶ ΣΚΩΜΜΑΤΑ, καὶ ΒΩΜΟΛΟΧΙΑΣ παρείλετο τῶν κολακευόντων τοὺς τυράννους, &c. Alia omitto. Vertunt, *malos sermones:* quemadmodum Wolfius vertit λόγους *maledicentiam,* in Isocratis Archidamo p. 269. De commutatione vocum λόγος et ψόγος, vid. Valckenær. ad Phœniss. 207.

Ver. 566. (576.) Βούλει συνάψω μῦθον ἐν βραχεῖ σέθεν; Hoc est, *Visne ut uno verbo liberem te a molestia dicendi plura?* quod est ἀποπαύσω σε λόγου πολλοῦ ver. 686. et, *compendii verba multa jam faciam tibi,* Plauto Bacchid. II. 2: 6. Male vertunt, *Visne tecum colloquar paucis?* Ad verbum est, *Visne ut colligem tuum sermonem in brevi,* vel, *in breve spatium?* Bacch. 1302. Τοιγὰρ συνῆψε πάντας εἰς μίαν βλάβην. Infra ver. 901. Τυδέως δ' ἔπαινον ἐν βραχεῖ θήσω μέγαν.

Ver. 567. (577.) Λέγ', εἴ τι βούλει· καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ. Sophocles Trachin. 421. Λέγ', εἴ τι χρῄζεις· καὶ γὰρ οὐ σιγηλὸς εἶ. Herodotus VIII. 58. ἐκέλευε—λέγειν εἴ τι θέλει.

Ver. 569. (579.) οὐ γὰρ ἀλλὰ est *etenim.* nota locutio vel ex Nostri Bacchis. Aristoph. Nub. 232. ubi Scholiast. notat Atticum esse pro καὶ γὰρ, et citat Callimachi locum, ad quem vide Bentleium Fragm. Callim. XCII. Non opus est Miltoni ἢ pro οὐ.

Ver. 572. (582.) Πολλοὺς ἔτλην δὴ χἀτέρους ἄλλους πόνους. Χἀτέρους, i. e. καὶ ἑτέρους. Sed an Græce dicitur ἑτέρους ἄλλους? Credam cum exemplum indubitabile videro; *(nam istud Orest. 345. mihi non est tale.) Forte, χἀτέρους καλοὺς πόνους, ut ver. 339. πολλὰ γὰρ δράσας καλά. et ita de Theseo scribit Plutarchus in Vita ejus p. 14. πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄθλους διεργάσασθαι. et Camill. p. 129. E. πολλοὺς καὶ καλοὺς ἀγῶνας

569. κἀμοῦ νῦν ἀντάκουσον. Lege νυν enclitice, ut citat Valckenærius ad Euripid. Phœn. 1651. ubi loca Tragicorum in quibus verbum ἀντακούειν comparet, diligenter collegit. *Porsonus.*

ἠγωνίσατο. Lysias Orat. XXV. p. 175. ed. Steph. νίκας πολλὰς καὶ καλὰς —νενικήκασι. sic καλὸν ἀγῶνα ἠγωνίσω, Alcest. 648. cui simile istud D. Pauli ad Timoth. 2 Epist. iv. 7. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι. Ἕτερος et ἄλλος[x] synonyma sunt, ut ex innumeris exemplis liquet, et ex Aristoph. Schol. ad Εἰρήν. ver. 11. et ad Nubes ver. 34.

Ver. 576. (586.) Πράσσειν σὺ πόλλ' εἴωθας. [y]Πράσσειν πολλά, sensu malo, pro, esse πολυπράγμων, in rebus quæ ad facientem non spectant: *étre impertinent*; qualis est Latinis *ardelio*. His opponitur Democriti πρήσσειν ὀλίγα ap. Antonin. Imp. IV. 24. vel, τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, Xenophon Ἀπομν. II. p. 758. E. Vide Eurip. Herc. Fur. 266. Hippol. 785. Herodotus V. 33. τί πολλὰ πρήσσεις; *quare agis quæ ad te nihil attinent?* vide locum: et Aristoph. Εἰρήν. 1058. Ran. 230. Hoc sensu locutionis procul dubio intelligi voluit præco: sed Theseus ita intelligere noluit, et hanc contumeliam dextre avertit responso suo, pro πολλὰ πράττειν substituens πολλὰ πονεῖν. Sensu bono πολλὰ πράττειν πράγματα Plutarchus Themistocle p. 120. F. et alibi: et Chariton Aphrodisiensis VIII. 1. Καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας πολλὰ πράττων. Aliam significationem locutionis πολλὰ πράττειν, pro, *gravi calamitate premi*, vide apud Ez. Spanhemium ad Aristoph. Plut. 486.

Ver. 578. (588.) λόγχη Σπαρτὸς—βλάστη. Brodæi et Barnesii λόγχη (non λόγχῃ) Σπαρτὸς, Attice pro Σπαρτή, plerisque, opinor, placebit. Σπαρτοὶ erant posteri eorum quinque, qui *sati* ex dentibus serpentis, a Cadmo occisi, supererant; quorum historiam habes init. lib. III. Metam. Ovidii. Noster de iis, λόχος δ' ὀδόντων ὄφεος ἐξηνδρωμένος, infra ver. 703. Σπαρτὸς vertitur hic *Thebanus*: non satis præcise, quia *multi* erant *Thebani* qui non erant Σπαρτοί. sed versu 713 Σπαρτῶν ἀνδρῶν vertitur *satorum virorum*, i. e. Thebanorum: nimis vage, quia *omnes* homines, non *Thebani* solum, dici possunt *sati*. Ego inusitatam vocem periclitatus sum, *Sparti*, quæ sine circuitu vel ambiguitate rem exprimit. Si quis malit vertere λόγχη Σπαρτὸς, *hasta eorum qui ex anguis dentibus sati sunt*, gyro suo utatur, et novitati meæ ignoscat. Pro βλάστη conjeceram λάβη, sed post Scaligerum et Reiskium, ut jam video. Confirmatur a Codd. A. B. et Aldina. Iidem Codd. (ver. 579.) pro Τί δ' ἐκ— habent, Τίς δ' ἐκ δράκοντος: quos sequor. Barnesius distinguit, Τί δ'; ἐκ &c. et ita Canterus in versione. Θοῦρος Ἄρης ex Iliad.

[x] Sed vide Ammonium p. 61.

[y] Laudat Valckenærius ad Euripid. Hippol. 785. citans præterea Gataker ad M. A. IV. 24. Bergler. ad Aristoph. Ran. 233. *Porsonus*.

O. Ἄρης hic, opinor, significat *bellum*, vel *bellatorem: Numquis autem acer prœliator nasci potest ex dentibus draconis?* Fabulam de Cadmo et *serpentis dentibus* φαυλίζει: qualiter *mœnia Thebana* Capaneus apud Statium Theb. X. 876. *Et quidnam* (*quid tam* Bentl.) *egregium prosternere mœnia molli Structa lyra?* Præclaros tamen bellatores hos Spartos Theseus invenit, infra ver. 703.

Ver. 580. (590.) νῦν δέ τ' εἶ νεανίας. Scribo, νῦν δ' ἔτ' εἶ· *nunc vero adhuc es ferox*, vel *juvenis:* quemadmodum eum appellat Adrastus ver. 190. sed *opprobrii* sensu potius sumendum, ut istud Aristoph. Vesp. 1324. ad *senem*, καὶ σφόδρ' εἶ νεανίας. Et ita Reiskius. pro πάσχων A. παθών.

Ver. 581. ἐπαίρεις ὥστε θυμεῖσθαι[z]. Abundare videtur ὥστε, [a] ut persæpe ante infinitivum. Hippol. 1327. Κύπρις γὰρ ἤθελ' ὥστε γίγνεσθαι τάδε. Verbum ἐπαίρεις illustrat L. Kusterus ad Aristoph. Nub. 42. allato hoc loco. Vide et Herodot. VII. 10. p. 385. Ἐξαίρειν eodem sensu Hippol. 322[b].

Ver. 586, 587. (596, 597.) στόμα Ἀφρῶ καταστάζοντα. Video virum acutissimum et accuratissimum ad Phœniss. 145. 891. offensum tali hiatu, στόμα Ἀφρῶ, inter finem senarii præcedentis et initium subsequentis. Sed in senariis hiatus istiusmodi numeravi prope 140 in hoc dramate, Supplicibus: et plusquam 200 in Phœnissis[c].

Ibid. φάλαρα κινεῖσθαι στόμα. Hæc aliter distinxi,

Μεναμπύκων τε φάλαρα κινεῖσθαι, στόμα
Ἀφρῶ καταστάζοντα, Θηβαίαν χθόνα.

nam κινεῖσθαι Θηβαίαν χθόνα, est, εἰς χθόνα, omissa præpositione, ut fere post verba motus. Et καταστάζοντα στόμα ἀφρῶ, ut Hecub. 491. Φόνου (vel Φόβου) σταλαγμοὶ σὴν κατέσταζον γένυν· *Guttæ ex metu tuam barbam irrigabant*, vel *stillare faciebant*. *[" Κινεῖσθαι στόμα, i. e. ἐς στόμα, *ad-" moveri ad os*, pedestris et coacta dictio: sed talibus scatet oratio Eu-" ripidæ. *Reiskius*." Num licet argumentum ducere ex sua ipsius conjectura? Si licet, facile erit quemvis antiquum scriptorem loquentem facere quicquid velis.] Μοναμπύκων φάλαρα, sunt, μονάμπυκας φαλάροις

[z] θυμεῖσθαι. Ita ambæ Marklandi edd. consilio an errore nescio. Musgravius conjicit θυμοῦσθαι.

[a] Hac nota usus est Valckenærius ad locum Hippolyti. Adde Sophocl. Œd. Col. 1346. Æschyl. Eum. 202. 228. Euripid. Orest. 52. Markland. ad Iph. T. 1380. *Porsonus.*

[b] Ubi vide Valckenærium et D. Ruhnken. ad Timæi Lexicon p. 87. *Porsonus.*

[c] Vide Valckenærium ad Hippol. 682. *Porsonus.*

κατεσκευασμένους, *equos instructos* φαλάροις, id est, *ferreis laminis frontem munientibus:* vid. Tho. Magistr. V. Ἡνία, et quos ibi laudat doctiss. Oudendorpius. et quia posuerat φάλαρα, necesse erat ob constructionem et metrum, ut diceret καταστάζοντα. Totum esset, χρεὼν ἐστι, μονάμπυκας φαλάροις κατεσκευασμένους, καταστάζοντας στόμα ἀφρῷ, κινεῖσθαι εἰς Θηβαίαν χθόνα.

Ver. 589. (599.) Αὐτός γε κῆρυξ. σοὶ δὲ προστάσσω μένειν, Αὐτὸς σίδηρον &c. Codd. A. B. C. Αὐτος τε κηρυξ, *Ipse quoque præco,* sicut tu nunc es. Ita Cyrus αὐτὸς ἄγγελος Κροίσῳ ἐληλύθεε, Herodot. I, 79. et Menelaus, Helen. 1534. Ὅς αὐτὸς αὐτὸν ἦλθεν ἀγγέλλων θανεῖν. Deinde, ordinem hunc versuum proponit cl. Reiskius:

Αὐτός τε κῆρυξ· σοὶ ——————— μένειν,
Ἄδραστε, ——————————— τύχας
Τὰς σάς· ἐγὼ ——————————— μέτα,
Αὐτὸς σίδηρον ——————————— ἔχων,
Στρατηλατήσω, ——————————— δορί.

Conjeceram μένειν Αὐτοῦ, *manere hic,* sc. Eleusine: et, σίδηρόν τ' ὀξὺν ἐν χεροῖν ἔχειν: *et non dimittere ex manibus ferrum acutum.* Sed longe præstat, ut mihi videtur, ordinatio Reiskiana. *(vel v. 589. αὐτὸς σίδηρον—αὐτός τε κῆρυξ duobus istis versibus transpositis.) *[nam lectio] vulgata vel inepta est, vel solœca.

Ver. 591. (601.) μὴ 'ναμίγνυσθαι τύχας Τὰς σάς. Sic in Sophoclis Philoct. 1065. Ulisses jubet Neoptolemum non respicere Philoctetem, Ἡμῶν ὅπως μὴ τὴν τύχην διαφθερεῖς· *Ne nostram fortunam corrumpas.* Τύχας fere est *infortunia,* ut hic: sed non semper. Vult: neve misceas tua infortunia mea bona fortuna.

Ver. 593. (603.) κλεινὸς ἐν κλεινῷ. Codd. A. B. C. sic, κλεινος εν κλεινω (αι ... αι written above) δορι· quod vult, opinor, καινὸς ἐν καινῷ: quasi animo scribarum obversaretur iambus Sophoclis Trachin. 622. Θυγατέρα καινῷ καινὸν ἐν πεπλώματι. sed recte habet vulgata: vide Troad. v. 747. Deinde, ver. 596. pro φέρει, A. B. λεγει; pro Var. tamen Lect. φερει.

Ver. 594. (604.) τοὺς Θεοὺς ἔχειν ὅσοι Δίκην σέβονται. Id est, οἳ σέβονται: et ad *omnes* Deos pertinet. alioquin dixisset τῶν Θεῶν ὅσοι, si ὅσοι significasset *quotquot,* partitive. Sic [d] Ὅσ' ἐξισώσει, pro ἃ ἐξισώσει, apud So-

[d] Ut edidit Brunckius, sed melius puto ἅσσ', ut in Agathonis loco, Ἀγένητα ποιεῖν, ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα, ubi ὅσσα citant Budæus apud H. Steph. Thes. T. I. p. 829. F. Muretus ad Catull. LXV. 171. p. 104. b. ed. Ald. 1558. [Opp. T. II. p. 823.] In Philoctet. etiam 509. malim ἅσσα pro ὅσσα. Ari-

phocl. Œd. Tyr. 433. ubi nunc legitur ῎Α σ' ἐξισώσει. Quod hic est ἔχειν Θεοὺς, in Heraclid. 344. est, χρᾶσθαι Θεοῖς συμμάχοις, et Θεῶν τυχεῖν ver. 352. Plene Helen. 765. τοὺς Θεοὺς ἔχειν φίλους. ut ἵλεω τὸν Θεὸν ἔχειν Philoni Legg. Allegor. lib. III. [T. I. p. 121.] *[lin. 39.] ubi moneo pro τῇ δεκάτῃ κακῶν legend. τῇδε τῇ κακώσει.

*(Ver. 598. (608.) Auctor Appendicis Musgrav. p. 210. feliciter hoc explicavit, pro Αἰ. substituendo Ἀδ. per totum chorum. Nam Αἰ (Æthra) jam erat Athenis, quo abierat cum Theseo et Adrasto, ad fin. Act. I. sed Theseus et Adrastus jam redierant Eleusina.)

Ver. 599. (609.) δεῖμα χλοερὸν ταράσσει. χλωρὸν δεῖμα, omnes Codices. *(et leg. forte θράσσει) sumtum autem ex Homero. et habet Æschylus Ἱκετ. 576.[e] χλωρὸν idem quod ὠχρὸν, *pallidum*: Grævius Lection. Hesiod. cap. VI. χλοερὸν ut Ion. 497. ubi significat *viridis*. Pro ταράσσει Reiskius βράσσει. "nam si ταράσσει, inquit, rectum esset, deberet με "legi, non μοι." Vide ad antistrophen, ver. 611.

Ver. 600. (610.) Τίν' αὐδὰν τάνδε προφέρεις νέαν; Legendum προσφέρεις. vide antistrophen. Codex quoque C. habet προσφέρεις. Herodot. V. 30. τόνδε σφι λόγον προσέφερε. Iph. Aul. 97. πάντα προσφέρων λόγον. sic Ion. 1002. Medea 298. Herodot. VIII. 100. Et ita Heathius.

Ver. 601. (611.) Στράτευμα μὲν Παλλάδος. MSS. A. B. στρατευμα πα της παλλαδος, ut versus Iambicus efficiatur, pro asynarteto. Πᾶ Doricum vel Bœoticum est: Aristoph. Acharn. 895. Theocrit. Idyll. XVII. 120. Quid hic agat nescio. Στράτευμα vero hoc loco videtur significare *cœtum, a company*, non *exercitum* proprie dictum. nam versu proxime sequenti quærit Chorus, utrum *armis*, an *verbis*, res transigenda sit. quod ultimum quærere non potuit si στράτευμα *exercitum* hic clare significasset. eodem sensu accipi forte potest ver. 653. et scimus ex aliis Tragicorum locis vocem στρατὸς denotare *cœtum quemlibet* hominum. vide Æschyl. Eumen. 769. Nostrum Androm. 1148. Sophocl. Trachin. 808.

stoph. Eq. 1146. ὅσσ' ἂν tres priscæ edd. ἄττ' ἂν e Scholiis dedit Gelenius. *Porsonus*. Versu præced. καινὸς ἐν καινῷ prætulit Musgravius.

[e] Prometh. 629. Auctor Rhesi 866. *Porsonus*.

601. Στράτευμα Παλλάδος est *populus Minervæ*, non, ut Marklandus interpretatur, *cœtus*. Sunt quidem loca nonnulla, in quibus στρατὸν interpretari possis *cœtum*, ut Andromach. 1151. Soph. Trachin. 808. Æschyl. Eum. 569. 572. Verum hæc ipsa æque commodum erit per *populus* interpretari. Contra, vix pauciora sunt, in quibus vox στρατὸς pro *populo* necessario sumenda est, ubi *cœtum* significare non potest. vid. Æsch. Eumenid. 671. 686. 765. *Musgravius*.

*[Mirum autem videri potest, Chorum interrogare Æthram, utrum *armis* an *verbis* res transigenda esset, quum Ipse (Chorus) totum præcedentem sermonem Thesei audivisset æque ac Æthra. Sed magis adhuc mirum videtur, ipsam Æthram adhuc *Eleusine* esse; cum ad finem Actus primi Theseus oraverat Chorum, ut ramos supplices ab Æthra auferrent, ut ille *Athenas* eam reduceret ad domum Ægei. et ipse quidem statim profectus est *Athenas;* cur Æthram non reduxit? illa enim hic, ad finem Actus secundi, post ejus reversionem ab Athenis ad Eleusina iterum, invenitur Eleusine colloquens cum Choro. Num poëta sui oblitus est? Hic me non extrico. scio tamen probabilius esse me errare quam Euripidem. vide ad ver. 250.]

Ver. 604. (614.) Στερνοτυπεῖς γ' ἀνὰ τόπον. Mallem copulam τ' quam γ'. Et puto scribendum ἀνὰ πτόλιν, (ἀνά γε τόπον, Heathius,) *in urbe,* ob metrum: vide ad ver. 614. Πάλιν (ver. 605.) *rursus,* quemadmodum *prius,* quum οἱ Ἑπτὰ Thebas accesserunt. *[" Στερνοτυπεῖς τ' αν' Ἀσω-" πὸν, *apud Asopum,* et φόνιοι μάχαι." *Reiskius.* Metrum vetat.]

Versu antecedenti, Γένοιτ' ἂν κέρδος, *lucrum erit,* idem quod Τὰ λῷστ' ἂν εἴη, opinor, Heraclid. 1021. hoc est, " Optimum quidem foret, si " λόγων συναλλαγαῖς et *absque armis,* transigi posset hoc negotium. " sed non ita erit: nam φόνοι, μάχαι, στερνοτυπεῖς τε κτύποι iterum in " urbe Thebis fient." Pro οἱ δ' (ver. 603.) Cod. B. ει δ'.

Ver. 608. (618.) Ἀλλὰ τὸν εὐτυχῆ, λαμπρὸν, ἂν &c. Ex mensura Strophes hic scribendum videtur Ἀλλὰ τὸν εὐτυχίᾳ λαμπρόν. Pro αἰρῇ Canteri, vel αἴρῃ Barnesii, legendum forte αἴροι, ut ἂν αἴροι sit optativus cum ἂν, sensu futuri, *extollet.* Canterus legit, λαμπρὸς, et conjungit cum μοῖρα. non opus. Plutarchus Galba p. 1055. F. ταῦτα ἀπαγγελλόμενα λαμπρὸν ἦρε τὸν Γάλβαν. ita ille alibi loquitur: Sylla, p. 471. B. ἤρθη μέγας, Eumen. 587. E. et Pomp. 646. A. λαμπρὸς αἰρόμενος in Demosth. 854. F. ubi minus recte legitur λαμπρῶς, et vertitur *mire.* Πάλιν vero, quia nuper reversus erat Theseus a victoria Amazonum: Statius Theb. XII. 163. 519. seqq. Heathius hæc refert ad Creonta, non ad Theseum, et legendum omnino ait αἱρῇ, *fatum aliquod potest iterum evertere.* Μοῖρα Brodæus interpretatur *mors.*

Ver. 609. (619.) τόδε μοι θράσος ἀμφιβαίνει. Hoc est, πρὸς ἐμᾷ ψυχᾷ θράσος ἧσται, Alcest. 604. id est, certam fiduciam habeo ita futurum esse: ὕπεστί μοι θράσος, Sophocl. Electr. 481. sic κακόν τι περιβαίνει με, Aristoph. Vesp. 968. Editio Hervag. 1551. legit hic, τόδε μοι τὸ θράσος. et ita Aldina. *[Recte, si δεῖμα χλοερὸν in strophico verum sit.] si

χλωρὸν δεῖμα, cum MSS. *(recte habet) cogitandum est de θράσσει, *(vel Reiskii βράσσει) eodem sensu quo ταράσσει. vide Æschyl. Prometh. 629. Soph. Œdip. Tyran. ver. 491.

Ver. 610. (620.) Δικαίους δαίμονας σύ γ' ἐννέπεις. *Tu loqueris de Diis quasi justis.* Admodum enim sinistre de *Diis* sentiebat hic Chorus, ut tunc solebant homines in infortuniis positi. donec tandem, victo Creonte, νῦν Θεοὺς νομίζω exclamat, ver. 732. *Sunt Dii,* ut est in veteri Formula.

Ver. 611. (621.) Τίνες γὰρ ἄλλοι νέμουσι συμφορὰς; Cod. A. αλλοισιν. B. αλλοι σοι. nempe, ut sit Iambus: quemadmodum hi Codices fecerunt in hujus versus systematico ver. 601. Cæterum συμφορὰς est *eventus,* et hoc loco *bonos* potius quam *calamitates,* uti vertitur. vide Iphig. Aul. 1469. ubi τῇ 'μῇ συμφορᾷ pessime vertitur *meæ calamitati.*

Sequitur: Διάφορα πολλὰ Θεῶν βροτοῖσιν εἰσορῶ· hoc est, "in multis "Deorum erga mortales dispensationibus, magnum discrimen video. "nam innocentes sæpe plectuntur, nocentes honorantur." Respondet *[Æthra:] *(Adrastus:) "Hæc opinio tua oritur ex *timore* isto, et pejo-"rum suspicione, quæ te diu possederunt. apud Homines quidem *vin-"dicta vindictam* provocare solet, et *cædes cædem.* sed non ita est apud "Deos. illi enim *bona* mentibus hominum solent immittere, non mala." Querula hæc et suspiciosa Chori, et pia *[Æthræ,] *(Adrasti) explicationem merebantur.

Ver. 614. (624.) ἐξεκάλεσε. Barnesius edidit ἐξεκάλεσσε: opinor ut choriambus ἐξεκάλεσσ—responderet strophico στερνοτυπεῖς. Sed quomodo reliqua, σε και φονος, respondeant istis, ἀνὰ τόπον, nescio, nisi scribatur ἀνὰ πτόλιν, ut ver. 721. et Troad. 555. vel cum Heathio, ἀνά γε τόπον. Ἐξεκάλεσσε, vel ἐξεκάλεσε, hic est *provocare solet:* quæ est frequens istius aoristi significatio. Codex C. εκαλεσε.

Ver. 615. (625.) κακῶν δ' ἀναψυχάς. Hæc est Scaligeri et Canteri conjectura, a Barnesio in contextum admissa. Ante erat, κακὸν δ' ἀνὰ ψυχὰς, quod restitui. nam ἀναψυχὰς non respondet strophico φανήσονται. Codex B. κακον κακον δ' ανα ψυχας. Mallem, καλὸν, cum explicatione quam dedi ad ver. 613. Egregius est in hanc rem locus in Isocratis Epistola ad Philippum p. 220. ed. Genev. οἶμαι δέ σε οὐκ ἀγνοεῖν, &c.

Ver. 616. (626.) Θεοὶ βροτοῖσι νέμουσιν. Codd. A. B. βροτοις. non recte. Θεοὶ hic, ut sæpe, monosyllabon est. Pro Ἁπάντων τέρμ' (ver. 617.) omnes παντων τερματ'. non ad metrum. vid. ver. 607.

Ver. 622. (632.) Εἰδείης ἂν φίλων, εἰδείης ἂν ψυχάς. Τύχας pro ψυχὰς,

et sensus (quomodo enim videre potuit ψυχὰς?) et metrum poscit. nam quod dicit Barnesius, primam syllabam in ψυχὰς communem esse, quia brevis est in παραψυχὰς, sine exemplo vocabuli simplicis correpti, paucis persuaserit. Τύχας quoque reponit Heathius. *[In antistropha, antispasto φίλων εἴδει respondet diiambus, μάχος γένου. quod ego, minus necessario saltem, adjutum volui per φίλων ἴδοιης: quam vocem ultimam peto ut deleas ex ima pagina, cum recte habeat εἰδείης, dubie ἰδοίης. quamquam enim Attici nonnunquam mutant modi potentialis terminationem οιμι, οις, in οιην, οιης, etiam in verbis quæ non sunt primæ conjugationis circumflexorum; hoc tamen sine exemplo vocis concedi non debet: hic certe non necessarium est.]

Ver. 623. (633.) Ἔτι ποτ' αἶσα τίς ἄρα πότμος. Verba ista, Ἔτι ποτ' αἶσα, quid velint ignoro. Brodæus explicat, *Id adhuc tibi videre contigit:* quod non intelligo. Reiskius legit, Τίς ποτ' αἶσα. *[qua lectione admissa, et mutata distinctione, sensum aliquem videor assequi posse, τίς ποτ' αἶσα, τίς ἄρα πότμος &c. Optaverat Chorus ut Thebas proficisci posset. Æthra benevole et humaniter huic Chori optato favens, addit, "Utinam Deorum aliquis tibi alas daret, ut posses voti compos "fieri! ibi enim scires filiorum tuorum fata. in hac re felicior me, "quæ adhuc nescio quid futurum sit de filio meo Theseo. *Quænam "sors, quod fatum manet fortem principem hujus terræ?*"] Τίς ποτ' αἶσα, τίς ἄρα πότμος ἐπιμένει, &c. Similis locus est in Sophoclis Œd. Colon. 1793. Τίς ἄρα με πότμος—ἐπιμένει; &c. Est vero αἶσα, ἡ ἄϊστος καὶ ἄγνωστος αἰτία τῶν γινομένων, secundum Phurnutum De Nat. Deor. p. 19. ed. Gale. Homer. Odyss. Ε. 206. In his *[tamen] obscuris nulli interpretationi admodum fidendum puto. *[Si retineas Ἔτι ποτ' αἶσα, τίς ἄρα &c. sine interrogatione efferri potest: et tunc sensus erit, *Adhuc incertum est, quod fatum,* vel, *quæ sors maneat* &c.]

Ver. 625. (635.) Edidi τᾶσδε γᾶς ex Cod. C.

Ver. 626. (636.) Αὖ hic ponitur pro *iterum* vel *secunda vice,* ut Iph. Aul. 1156. et passim. Quod negatum vidi[f]: certum autem puto ex voce κεκλημένους: licet non appareat ex superioribus quo loco aut tempore hic Chorus *Deos invocaverit.* Pro αὖ, *iterum,* male scribitur ὦ in Cyclop. 660. μέλπε μοι τόνδ' αὖ Κύκλωψ.

Ver. 627. (637.) Ἀλλὰ φόβων πίστις ἅδε πράττα. Incertus est hujus loci sensus, quia vox πίστις tam ambigua est et πολύσημος. Heathius

[f] Ab Heathio ad Æschyli Prom. 718. *Porsonus.*

vertit: *Sed fiducia hæc superior est timoribus.* Verti potest: *Sed hoc est primum argumentum timorum,* seu *rerum timendarum; sc. invocare Deos:* secundum istud, *Primus in orbe Deos fecit timor.* Prave adhuc *de Diis* opinabatur hic Chorus, ut notavi ad ver. 612.

Ver. 629. (639.) πόριος. Codd. A. B. πο^τι^ριος.

Ver. 631. (641.) Τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυμα. [g] Cum nesciam sensum hujus et duorum sequentium versuum, ponam solummodo Barnesii notam ad ver. 633. ὑβρισθέν. "Quia Thebani ad preces Argivarum matronarum non remittebant filiorum cadavera ad sepeliendum, et Jovem Supplicem ideo temsisse videbantur, dicit se Chorus Jovis statuam ad aram prolaturum; ut sic illum vindictæ memorem reddat contra Thebanos. Alii legunt πύλαν pro πυράν." Paria fere Brodæus. quæ vera esse possunt: sed non intelligo, nec certiora dare possum, forte ex ignorantia moris alicujus ad quem hic respici potest. Reliqui igitur versionem Canteri et Barnesii.

Ver. 636. (646.) Θανόντες ἑπτὰ δεσποτῶν λόχοι. Potius θανόντων: ut ver. 101. τῶν κατθανόντων ἑπτὰ στρατηγῶν. et ver. 12. θανόντων ἑπτὰ γενναίων τόκων. Heathius quoque ita conjicit.

Muretus (Var. Lect. XIV. 16.) miratur, "tam cito redeuntem Thebis Athenas (Eleusina dixisse debuit) Nuncium, ut volasse, et ea quæ interea facta refert, vix tantulo temporis spatio somniare potuisse videatur." Sed Mureti errori bene respondet Barnesius, hunc nuncium captum fuisse a Thebanis in bello priore, et inde nunc aufugisse, libertatem præsenti victoria Thesei consecutum.

[g] Nulla hic difficultas, quæ Marklandum, tantæ eruditionis virum, morari debuit. Per τὸ σὸν ἄγαλμα, τὸ σὸν ἵδρυμα πόλεως metaphorice designat Chorus Duces hos ipsos, quorum corpora a Thebanis sepultura privata erant. Hi, ex consuetudine Poetarum, ἄγαλμα πόλεως poterant dici; hic, paullo audaciori figura, ἀγάλματα vocantur ejus Dei, qui generis Argivi auctor erat. ἵδρυμα πόλεως est urbis firmamentum sive fundamentum. Sed neque hoc novum est, de Ducibus vel Principibus per translationem dici. Sic Lycophron Hectorem ἔρεισμα πάτρας vocat. v. 281. Theronem Pindarus ἔρεισμ' Ἀκράγαντος Olymp. II. 12. vide et Olymp. II. Str. 5. Jam ἐκκομίζομαι πρὸς πυρὰν explicari potest; *studeo ad rogum* i. e. ad comburendum, *recuperare,* ut sit σχῆμα effectus pro conatu, de quo Valckenærius ad Phœn. 1407. Malim tamen, cum præcedentia formam supplicandi habeant, ἐκκόμιζέ μοι πρὸς πυρὰν, *recupera mihi ad rogum.* Restat vox ὑβρισθὲν, quæ simplicissimam interpretationem habet, *contumeliose habitum,* sc. a Thebanis, qui jura sepulturæ iis denegaverant. *Musgravius.*

Ver. 638. (648.) λόγου δέ σε Μακροῦ 'ποπαύσω. Id est, liberabo vos a molestia quærendi, *Quis es tu?* dicendo vobis, me fuisse servum Capanei, priore bello captum.

Ver. 639. (649.) Καπανέως γὰρ ἦν λάτρις. Ridebatur ob hoc Euripides, quod in Tragœdiis suos servos induceret δεινοὺς, *magni momenti personas.* Notat hoc Scholiast. Aristoph. ad istud Acharn. 400.

Ὦ τρισμακάρι' Εὐριπίδη,
Ὅθ' ὁ δοῦλος οὑτωσὶ σαφῶς (f. σοφῶς) ἀπεκρίνατο.

Ita subsequens narratio rei in hoc dramate omnium gravissimæ huic servo assignatur. Scomma tamen istud neglexit Euripides. nam hæc fabula scripta erat aliquot annis post Aristophanis Acharnenses. Sic ver. 726. hic ipse Servus opinionem suam profert, qualem Ducem in bello eligere præstet. Vide et Ran. 982. ubi Æschylus ob hoc eum morte dignum existimat. καταιθαλοῖ pro κατηθάλου.

Ver. 642. (652.) Τὴν τ' ἀμφὶ Θησέως τάξιν. Nondum narraverat Thesei τάξιν nuncius, nisi τάξιν significet id quod paullo ante νίκην appellaverat. Cogitari forte posset de βάξιν, *nuncium, sermonem,* vel potius πρᾶξιν, ut Soph. Ajac. 806. φίλαν πρᾶξιν vocat Pindarus Olymp. I. *successum gratum.* Θησέως hic, et ver. 638. pronunciabatur, opinor, Θησ-γως: vide ad ver. 901. Reiskius βάξιν, *famam de Theseo.* τάξιν δορὸς, Phœniss. 711.

Pro ἀγγέλλοις (ver. 643.) Cod. A. αγγελη. B. αγγελλης. * [Pro ἐστ' Ἀθηνῶν Reiskius ἐστι φαίνων: aut, servata vulg. lectione, pro φίλα leg. censet λέγων.]

Ver. 644. (654.) Πρᾶξαι ξὺν Ἀργείοισιν, ὡς. Distinguo,

ὡς Ἄδραστος ὤφελε
Πρᾶξαι, ξὺν Ἀργείοισιν ὡς ἀπ' Ἰνάχου
Στείλας, ἐπεστράτευσε &c.

Mirum est Codd. A. B. et Ald. hic legere επ Ιναχου. Pro πεπραγμέν' Reiskius πεπραγμένος ὡς. Piersonus[h], καὶ πέπραγεν ὡς &c. *(pro πεπραγμέν' ὡς) ad Mœrin V. πεπραγώς. Ante πεπραγμένα intellexi πράγματα scil. εἰσὶ πεπραγμένα, ὡς &c. *res sunt gestæ sic ut Adrastus debuit eas gessisse,* &c. vide Hecub. 732. Sophocl. Œdip. Tyran. 629.

Ver. 645. (655.) " ὡς, *quum, quando.* Cogitavi tamen aliquando οἷς " vel οὓς[i]." *Reiskius.*

[h] Probat Musgravius. Supra v. 639. emendationem in Ach. 400. admisit Brunckius.

[i] οὓς quoque Musgravius.

Ver. 646. (656.) Στείλας, ἐπεστράτευσε. [k] Secunda syllaba in ἐπεστράτευσε necessario (ut puto) hic in senario longa est ante duas consonantes στ, quarum neutra est liquida: ut ὁ, ver. 104. τίς δ' ὁ στενάζων οἰκτρὸν ἐν πύλαις ὅδε; et centies alibi: neque unquam aliter, opinor, in Tragicorum iambis. Citatum quidem vidi μαστεύων, prima brevi, et ξενοκτόνους secunda: sed ex mendosis exemplaribus, pro ματεύων et ξενοφόνους, quemadmodum exhibent editiones et codices meliores. In tribus ex quatuor, quorum habeo collationes, ξενοφόνους legitur in isto loco Iphig. in Taur. 776. Poëtæ Tragici in Iambis non eandem sibi sumebant licentiam quam ceteri poëtæ. Quæ res summe et semper observanda est: neque ab Homeri versibus hexametris, * (aut a Pindari melicis) ad Euripidis, Æschyli, et Sophoclis senarios, argumentum metricum recte transtuleris.

Ver. 647. (657.) τρόπαια —Ἔστησεν. Loquitur forte Euripides ex more temporis sui. nam in Æschyli Sept. Theb. 282. ἐπεύχομαι Θήσειν τρόπαια, Scholiast. notat tropæa nondum nota ævo Eteoclis fuisse, et Poëtam anticipare. Ἵστημι τρόπαιον usitatius: sed τίθημι æque probum: vide Helen. 1396. Aristoph. Lysistrat. 318. [l] Æschyl. χοηφ. 773. Grammatici dicunt Atticos scribere τροπαῖον, non τρόπαιον. *[" Non puto Ζηνὸς τρόπαια ἀναστῆσαι recte dici pro Ζηνὶ, *Jovi trophæum erigere.* Num " igitur τρόπαι' ὁ κλεινὸς, *celeber filius Ægei.* Conf. ver. 656. *Reiskius.*" Non: nam alibi ita loquitur Noster: Heraclid. 936. βρέτας Διὸς Τροπαίου καλλίνικον ἔστασαν: non Διὶ Τροπαίῳ. et Phœniss. 1495. Οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας: non Διΐ. et ver. 1266. Ζηνὸς ὀρθῶσαι βρέτας Τρόπαιον. Est et alia locutio ejusdem formæ, τρόπαιον πολεμίων στῆσαι· sed ibi intelligi potest κατὰ ante πολεμίων. Ζηνὶ τροπαίῳ occurrit Sophocl. Antig. 147. et Ζεῦ τροπαῖε Trachin. 307. sed ibi est ἀποτρεπτικὲ. ἀλεξίκακε. Eurip. Electra 671. Ὦ Ζεῦ πατρῷε, καὶ τροπαῖ' ἐχθρῶν ἐμῶν.]

Ver. 649. (659.) παρὼν γὰρ τοὺς ἀπόντας εὐφρανεῖς. MSS. A. B. C. τους παροντας. Bene. *præsens enim nos quæ hic sumus delectabis.* Sic Andromach. 738. παρὼν δὲ πρὸς παρόντας ἐμφανῶς Γαμβροὺς διδάξω. Alterum acutius videtur: quæ forte caussa fuit interpolationis. sed scriptorum librorum auctoritas hic debet prævalere. τοὺς παρόντας pro τὰς παρούσας: Chorus enim fœminarum loquitur. vide ad ver. 41. vel masculi-

[k] Vide infra ad 984.

[l] In Æschyli loco τροπαίαν edd. male præferunt, quod ambigas utrum in τρόπαιον an τρόπαια mutandum sit. *Porsonus.*

num poni hic potuit, quia Adrastus inter illas erat. Pejus interpolarunt Phœniss. 1559. contra metrum ingerendo μοι: quo pacto, systema anapæsticum clauditur versu heroïco in Aldina, Barnesii, et Stephani editionibus:

Ἁ δὲ τάλαιν' ἄλοχος τίνι [μοι], τέκνον, ὤλετο μοίρᾳ;

vidit, opinor, quisquis primum interpolavit, loco ita in longitudinem scripto, syllabam deesse ad versum hexametrum conficiendum: unde supplevit μοι, ignarus rectæ divisionis, et moris Poëtarum, qui finiunt systemata hujusmodi, non hexametro, sed basi anapæstica et parœmiaco. Ita oportuit divisum esse [m],

Ἁ δὲ τά | λαιν' ἄλο-
χος, τίνι, | τέκνον, ὤ | λετο μοί | ρᾳ;

In Kingiana (ver. 1592.) legitur, omissa δὲ, et inserta μοι,

Ἁ τάλαιν' ἄλοχος,
Τίνι μοι, τέκνον, ὤλετο μοίρᾳ;

et ita articulus ἁ, pro ἡ, brevis fit, qui, credo, semper alibi est longus. cujus rei circiter centum et quinquaginta exempla observavi in scriptis Doricis: quatuor, præter hunc locum, ex isto ipso dramate. Habeo quoque edit. Aldinam, collatam cum MS. a Luca Holstenio; in qua nulla mentio est omissionis particulæ δὲ. neque dubito quin ea vox exemplaribus plurimis insit, et respondeat præcedenti μὲν. Valckenærius quidem edidit idem quod Kingius, idcirco quia ejus editionem sequi proposuit. sed commentum istud Kingii de ἁ Dorico correpto, adeo illi non placuit, ut ex veteribus Grammaticis falsum id esse ostenderit, not. 57. p. 808.

Ver. 650. (660.) λαμπρὰ μὲν ἀκτὶς, ἡλίου κανὼν σαφής. Distingui potest post ἡλίου. Sed incertum est quo sensu voces κανὼν σαφὴς sumendæ sint. Barnesius: "Poëta *jubar meridianum* Solis, quia *canonis* instar "Diem in æquas partes dividit, figurate κανόνα dicit." Mihi de *matutino tempore* potius, et de *ortu* Solis agi videtur, utcumque distinguatur: et *radius Solis* appellari forte [n] potest κανὼν σαφὴς, *regula clara,*

[m] Suavissimi versus! Porsonus ad locum.

[n] Hurd. Epistol. ad Warburton. CLXIII. p. 349. 8vo ed. "*From Toupius, I descend by a gradation of many steps to* Jer. Markland, *who has published the* Supplices *of Euripides: indeed reasonably well, so far as respects the printing, the rhythm, and settling the reading of some inconsiderable words. But when he condescends to explain a whole sentence of his author, as he does sometimes, though but rarely, he is not so happy; of which the fol-*

quia, orto Sole, perspicue et clare dignoscimus res quæ ante, et in tenebris, confundebantur. Animo Poëtæ eadem ἔννοια obversabatur, cum hæc scripsit, et cum ista Bacch. 676.

> Ἀγελαῖα μὲν βοσκήματ' ἄρτι πρὸς λέπας
> Μόσχων ὑπεξήκριζον, ἡνίχ' ἥλιος
> Ἀκτῖνας ἐξίησι θερμαίνων χθόνα.
> Ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν, &c.

Hæc est descriptio matutini temporis; et hæc in Supplicibus videntur acta fuisse secundo die. Ceterum Lectori, etiam attentissimo, multum et irritum negotium facesset subsequens narratio, ut nunc habet contextus, usque ad versum 716.

Ver. 652. (662.) Ἔστην θεατὴς, πύργον εὐαγῆ λαβών. Editt. nonnullæ Ἔστη. male. Ἔστην firmatur a sensu, et Codd. Gallicis A. B. Πύργον εὐαγῆ forte est ex Æschylo Pers. 466. Ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ· de Xerxe, prœlium navale apud Salamina spectante. ubi vide Scholiasten. Vult, *turrim ex qua prospectus undequaque patebat.* et ita fere Reiskius, et Heathius: qui Æschyli quoque locum indicat. adi Suidam et Hesychium. *(Hemsterhusius tamen erudite πύργον εὐαυγῆ.) Male vertunt, *turrim sacram.* Totam vero hanc narrationem de pugna et victoria Thesei, ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν τραγῳδίᾳ (hanc tragœdiam intelligit, et mox nominat) veram esse negat Plutarchus The-

lowing may serve for an example. A narration begins ver. 650. *with the description of the Morning in these words,* Λαμπρὰ—γαῖαν. *This, your Lordship will say, is plain enough; but his comment runs thus:* Incertum est—confundebantur. *Your Lordship will smile at these efforts of dulness in Barnes and his hypercritic: whereas either of them might have seen, even by the light of Milton's* rush-candle, *what the true sense of the passage was; I mean from that*

long levell'd rule of streaming light

in the Comus of that Poet, which is a fine and almost literal translation of ἡλίου κανὼν σαφὴς *of his favourite Greek Poet.*

After this specimen of his sagacity, it can be no wonder to hear him declare, as he does very solemnly before he comes to the end of this new volume, that, after all the pains he and others have taken to explain Horace, there is not a single Ode, Epode, Epistle, or Satire, which he can truly and honestly say he perfectly understands. Was there ever a better instance of a poor man's puzzling and confounding himself by his own obscure diligence, *or a better exemplification of the old remark,* næ intelligendo faciunt ut nihil intelligant? *After all, I believe the author is a good man, and a learned; but a miserable instance of a man of slender parts and sense, besotted by a fondness for his own peculiar study, and stupified by an intense application to the* minutiæ *of it.*"

seo p. 14. ex auctoritate plurium Historicorum. non enim *vi*, sed *suasu* et *induciis*, corpora defunctorum Thesea ait recuperasse. Vide ibi plura de hac re. Ab Euripide stat Herodotus lib. IX. 27. et Isocrates Panegyr. p. 102. ed. Genev. 1621. Sed longe secus in Panathenaïco p. 530. ubi miram rationem reddit quare ita scripserit in Panegyrico: silet ibi de loco in sua Helenæ laudatione p. 418. ubi dicit, βίᾳ Θηβαίων θάψαι παρέδωκε, sc. Θησεύς: idem fere quod in Panegyrico; *invitis Thebanis, sepeliendos tradidit.*

Ver. 653. (663.) Ὁρῶ δὲ φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων. Operæ pretium fuerit, ob ea quæ sequuntur, distincte intelligere quænam sint hæc τρία φῦλα: nempe*, *Pedites, Equites*, et Παραβάται vel Παραιβάται, ii *qui ex curribus pugnabant.*

* Mihi a viro doctissimo necessario et hic dissentiendum est. Primo, παραιβάται, pauci admodum numero, στρατεύματος nomine designari vix poterant. Deinde etiam equitatus, duo exercitus latera muniens, duo agmina, non unum constituebat. Quænam igitur tria sunt agmina hic a Nuncio memorata? Nempe tres peditum cohortes, quorum una versus collem Ismenium tendebat, alia, Theseo duce, dextrum cornu obtinebat, tertia ex Paralis constans, ad Fontem Martis constituta erat. Situs locorum, ut a Pausania traditur, ita se habet:



Hinc sequitur, nisi Euripides præ negligentia topographiam confudit, dextrum cornu, cui præerat Theseus, diversum fuisse ab eo, quod collem Ismenium occupatum ibat: Paralos vero non in lævo cornu, quod putabat Marklandus, sed in media acie collocatos fuisse. His positis, pro φῦλα τρία τριῶν στρατευμάτων legendum arbitror, φύλων τρία τριῶν στρατεύματα. *Tres legiones* (vel *cohortes*) *ex tribus gentibus* (φύλοις) *conscriptas:* dextrum cornu sc. ex Cecropiæ incolis, mediam aciem ex Paralis, sinistrum cornu ex alio quodam populo, cujus nomen, temporum, ni fallor, injuria delevit. Ad eum quippe pertinere videtur clausula, ὡς μὲν ἦν λόγος, nondum satis ab Interpretibus declarata, clara admodum futura, si versus, Διακρίων nomen continens, sequeretur. Talem certe intercidisse suspicor. De divisione Atticorum in Παρά-

1. *Pedites*, seu *milites*: qui erant duorum generum. Primum *Cecropiæ veteres incolæ*, seu Αὐτόχθονες, ut opinor, χθονὸς εὐγενεῖς (vel ἐγγενεῖς) οἰκήτορες, Soph. Œd. Col. 760. Hi erant ὁπλῖται et τευχεσφόροι, *gravis armaturæ milites.* constituebant dextrum cornu: et his præerat ipse Theseus. tendebant ad ripam Ismeni fluvii. Secundum genus peditum seu militum erant *Parali* seu Paralii, populus Atticæ litoralis, ex antiqua Pandionis divisione. hi *leviter* armati erant *hastis.* constituebant lævum cornu. tendebant juxta fontem Martis seu Dircen. Quis huic cornu præficeretur, non dicitur, quia pulsum erat, ver. 704.

2. *Equites.* Hi ex utroque cornu, æquali numero, collocabantur. Phorbas Equitum Dux nominatur (ver. 680.) quia vincebat, ver. 694.

3. Παραιβάται, seu Παρωβάται, (ἐπεμβάται ver. 585. 685.) *pugnatores ex curribus.* Hi constituebantur ad sepulcrum Amphionis. De eorum Duce siletur, quia nihil præclarum, et quod ad victoriam eximie conferret, ab his gestum memoratur. De his vide doctiss. Oudendorpium ad Thom. Magistrum, V. Ἐπίκωποι, p. 348.

Hæ tres partes exercitus Thesei recensentur supra in duobus Iambis, ver. 585.

> Πάντ᾽ ἄνδρ᾽ ὁπλίτην, ἁρμάτων τ᾽ ἐπεμβάτην,
> Μοναμπύκων τε φάλαρα &c.

Locutiones aliquot jam explicandæ. Στρατευμάτων hic forte significare potest *cœtuum*, ut supra monui ad ver. 601. non enim erant tres exercitus, sed unus tantum, ex diversis στρατεύμασι, seu hominum cœtibus et collectionibus. sic στρατὸς apud Sophocl. Trachin. 808. et Electra 751. Pindar. Pyth. X. Æschyl. in Eumen. 569. 572. Vide Ammonium V. Στρατός.

Τεταγμένους δεξιὸν κέρας (ver. 657.) potest esse, vel, κατὰ δεξιὸν κέρας: vel δεξιὸν κέρας potest esse appositivum ad οἰκήτορας.

Creontis vero, seu Thebanorum exercitus, eodem plane modo quo Thesei, erat instructus, cum duobus cornibus, et equitibus, et curribus oppositis invicem τοῖς Thesei.

Ver. 654. (664.) ἐκτείνοντ᾽. *[Ἐκτείνοντας Reiskius.] ἐκτείνοντα est, ut puto, ἐκτείνοντα ἑαυτὸν, *extendentem seipsum*, i. e. ἐκτεινόμενον, *extensum.* nam ἐκτείνοντας, opinor, est mendum preli, pro ἐκτείνοντα.

Ver. 655. (665.) ὡς μὲν ἦν λόγος. Reiskius, ὧν τις ἦν λόγος, *eos, qui*

λους, Πεδιέας, Διακρίους; vide Herodotum I. 59. Plutarchum in Solone. Eundem Op. Mor. p. 1359. et 1441. ed. H. Steph. Aristoph. Vesp. 1218. *Musgravius.*

aliqua essent auctoritate prædili. Sed Heathius vertit, *ut ratio* (*bellica* scilicet) *requirebat.* Ego verterem, *ut quidem dicebatur,* vel *ferebatur,* cum Cantero. sic Iphig. Taur. 532. ὡς ἦν ἐν Μυκηναίοις λόγος· et mox 534. ἔστι δ', ὡς λόγος. Vult, *ut dicebant spectatores.* nam ipse, servus Capanei Argivi, Theseum et res Atticas ignorabat. recte igitur dicit, ὡς μὲν ἦν λόγος, *ut sermo erat,* decorum servans.

Ver. 657. (667.) σὺν αὐτῷ. Cod. A. $\overset{\text{εν}}{\text{συν}}$ αυτῳ. Versu antecedenti, pro Αὐτόν τ' ἄνακτα, Reiskius Αὐτὸν δ'—

Ver. 659. (669.) Αὐτὸν δὲ Πάραλον ἐστολισμένον δορὶ
Κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος ἱππότην ὄχον
Πρὸς κρασπέδοισι στρατοπέδου τεταγμένον
Ἴσους ἀριθμόν. ἁρμάτων &c.

Ita vulgo editur hic locus. Duæ magnæ difficultates in hac narratione, et de quibus silent interpretes, sunt, de *lævo cornu* exercitus Thesei, et, de *Equitibus.* nam lævum cornu hujus exercitus dicitur *inclinatum* fuisse v. 705. et tamen nulla hujus cornu mentio est in hac descriptione et dispositione exercitus. Neque cum Equitibus melius actum, qui hic nulli comparent, nisi quod ver. 660. in versione dicatur, " Apud ipsum fontem Martis *equestrem currum* Ad extremas exercitus " partes (i. e. ad latera) collocatum." Atqui *equestris currus* (ἱππότης ὄχος) non significat *equites,* quibus nihil erat cum curribus, qui erant distincta hujus militiæ pars, et seorsum describuntur ver. 662. ἁρμάτων τ' ὀχήματα &c. Euripidis scripturam hoc modo, opinor, restitueris :

Καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους
Κέρας, παλαιοὺς Κεκροπίας οἰκήτορας·
Λαιὸν δὲ, Πάραλον, ἐστολισμένον δορὶ,
Κρήνην παρ' αὐτὴν Ἄρεος· ἱππότην δ' ὄχλον
Πρὸς κρασπέδοισι στρατοπέδου τεταγμένον,
Ἴσους ἀριθμόν· ἁρμάτων δ' &c.

παλαιοὺς pro παλαιᾶς scribo : quo pacto vitabitur concursus quatuor vocum in ας exeuntium: vide Ion. 737. [p] Λαιὸν pro Αὐτὸν, ex frequenti mutatione literarum A et Λ ob similitudinem ; sed præcipue ex sensu, qui postulabat λαιὸν κέρας cum præcesserat δεξιὸν κέρας, ut Iphig. Aul.

[p] Frustra omnino. Vide quæ diximus ad 653. Mihi extra dubium fere est scripsisse Euripidem, τρίτον δὲ Πάραλον. *Musgravius.*

289. Δεξιὸν κέρας Πρὸς τὸ λαιὸν ξύναγε. infra hac fab. ver. 704. ἔκλινε γὰρ κέρας τὸ λαιὸν ἡμῶν, &c. et ita Reiskius, Λαιὸν pro Αὐτόν.

Πάραλον pro Παράλους vel Παραλίους, singularis pro plurali, ut observat Cicero De Orator. III. 42. et Quinctilianus IX. 3. ad istud Virgilii Georg. III. 346. *Haud secus ac patriis acer* Romanus *in armis:* pro *Romani.* ἐναυμάχησε τῷ Τυρίῳ, pro τοῖς Τυρίοις, Herodot. II. 161. Apud omnes exempla inveniuntur. De Πάραλοι vel Παράλιοι vide Steph. Byzant. in voce, et in Ἀκτή. infra habebimus Παραλίων. Reiskius quoque pro populo aliquo Attico Πάραλον accipit. Ἐστολισμένον δορὶ, *ornatum* (i. e. *armatum*) *hasta.* sic Hecub. 1163. Polymestor vocat κάμακα, *hastile,* στόλισμα suum: et naves *instructæ* et *armatæ* dicuntur νῆες εὖ ἐστολισμέναι Iph. Aul. 255. Ægis, quam gestabat Pallas, appellatur ejus στολὴ, Ion. 996. vide et Herc. Fur. 465. *[Reiskius legit ἐστιχισμένον, *in series dispositum.*] Locutionem κρήνην παρ' αὐτὴν, seu αὐτὸς emphaticum, illustravit Piersonus Verisimil. II. 9. p. 245. Eam habet et Herodotus VIII. 39. παρ' αὐτὴν τὴν ὁδὸν: et Noster sæpe, ut ver. 1207. 1212.

Ἱππότην δ' ὄχλον, *turmas vero,* seu *equites.* Scaliger quoque conjecerat ὄχλον: et ita notabatur in vet. exemplari cujus meminit Cl. Barnesius. Inserui δ' connexionis gratia. Androm. 759. ἱππικοῦ τ' ὄχλου. Iph. Aul. 191. Ἵππων τ' ὄχλον ἰδέσθαι· non, Ἵππων ὄχλον τ', ut nunc legitur. in quo dramate ver. 599. pro ὄχων Ald. et duo Codd. Paris. habent ὄχλων. vide quæ notavi supra ad ver. 411. In Rheso 312. ὄχλος γυμνὴς, ut ἱππότης ὄχλος· et στρατὸν ἱππότην Plutarchus in Æmil. p. 259. E. Ceterum ὄχλον—ἴσους, quia ὄχλον *plures* exprimit, ut in isto D. Joann. vii. 43. ὁ ὄχλος οὗτος—ἐπικατάρατοί εἰσι. Sed et κράσπεδα eodem sensu utitur Xenophon Ἑλλην. III. p. 489. D. Reiskius mecum distinguit post Ἄργεος, et legit ἱππότην δ' ὄχλον. *[Heathius vero retinet ἱππότην ὄχον, et vertit *turmam equestrem.* Proprie significat, inquit, *vehiculum equestre,* metonymice pro *equitibus, qui equis vehuntur,* ut ἁρμάτων ὀχήματα in ver. 662. denotat *currus bellicos.* "Ὄχλον ideo "etiam minus sententiæ convenit, inquit, quod semper, ut opinor, "*confusionis* rationem quandam conjunctam suggerit." Non est ita. vide Æschyl. Pers. 960. Nostrum Orest. 882. Act. Apost. vi. 7.]

Nihil jam accuratius aut planius hac Thesei dispositione. relegas, si opus sit, quæ scripta sunt ad ver. 653. Quando autem Euripides memorat ἱππότην ὄχλον, iterum forte loquitur ex more ævi sui. non enim certum est homines ex equis pugnasse tempore Thesei.

Ver. 663. (673.) σεμνῶν μνημάτων Ἀμφίονος. Magis Poëticum σεμνοῦ Ἀμφίονος. ita Æschyl. Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. a Brodæo citatus: Τύμβον παρ' αὐτὸν διογενοῦς Ἀμφίονος. ubi notat Euripidem multa sumsisse ex ista Æschyli Tragœdia.

Ver. 665. (675.) ὄπισθεν θέμενος, ὧν ἔκειτ' ἀγών. Cod. A. οπισθε. quod minorem pronunciationi moram injicit. ob quam rationem versu 664. mallem πρόσθε quam πρόσθεν. et sic video edidisse Barnesium, non dicentem unde. Ὧν ἔκειτ' ἀγὼν, i. e. αὐτοὺς περὶ ὧν ὁ ἀγὼν ἦν. plene Sophocles Ajac. 954, ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι. nam κεῖμαι, ut cetera verba gestus, significat *sum:* ut Hecub. 16. γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα, *urbis recta erant mœnia.* ubi nihil mutandum erat. sic Herodotus VII. 198. ἄλλος ποταμὸς, τῷ ὄνομα κεῖται Δύρας· *jacet,* i. e. *est.* Athenæus I. 11. init. τοῖς ἐν ἀξιώμασιν ἥρωσι κειμένοις, i. e. οὖσι, *heroïbus in dignitate existentibus,* vel *constitutis.* Aristoph. Ran. 637. De ὄπισθεν ita Mœris Atticista: Κατόπιν, Ἀττικῶς· ὄπισθεν, Ἑλληνικῶς. quam vere, hic locus et multi alii Atticorum monstrant.

Ver. 666. (676.) Ἱππεῦσί θ' ἱππεῖς. Codd. A. C. ιππης. quod Atticum est. sic βασιλῆς Soph. Ajac. 190. 393. Æschyl. Pers. 23. 44. πορθμῆς Aristoph. Eccles. 1078. vide Av. ver. 490. 491. et passim.

Ver. 669. (679.) Σιγᾶτε, λαοί· σῖγα, Καδμείων στίχες. Eadem fere formula Hecub. 530. Σιγᾶτ' Ἀχαιοὶ, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς· Σίγα, σιώπα. et ita Servator noster ad mare, Marc. IV. 39. Σιώπα, πεφίμωσο.

Ver. 670. (680.) ἥκομεν μέτα est μεθήκομεν, *petitum venimus,* ut Phœn. 1339. ed. King. Alcest. 47. Aristoph. Eccles. 530. Ἥπερ μεθῆκέ μ'. ubi cl. Kusterus absque caussa, opinor, maluit μετῆλθε. Herodotus sæpe voces ita dividit. Vide doctiss. Valckenær. ad Phœniss. 1327, 28.

Ver. 672. (682.) τεῖναι φόνον. [p] Non puto opus esse Canteri θεῖναι, neque Scaligeri φόβον. Hecuba 262. Εἰς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον; ubi Schol. ἀντὶ τοῦ, ἐπάγει. Vertitur ibi *intendit.* Hesychius: Τείνειν· ἀποδιδόναι. quæ tamen videtur esse explicatio τοῦ τίνειν potius quam τείνειν. Vertunt hic τεῖναι φόνον *ulcisci necem.* rectius videretur *inferre* vel *intendere.* τείνειν φόνον forte potest esse φονεύειν, ut τείνειν ὁδὸν passim, ὁδεύειν. In Medea ver. 201. τείνουσι βοὰν, vel idem quod, vel paullo plus quam verbum βοᾶν. vertunt, *intendunt vocem:* Scholiastes, ᾄδουσι

[p] Interpres legisse videtur τίνειν, vel τίσαι. Utrumvis facile vulgatæ antepono. *Ulcisci cædem* Argivorum sc. qui priore prælio occubuerant. *Musgravius.*

μετὰ τόνου. * [Reiskius conjicit, δεόμενοι καινῶν φόνων.] Heathius, τεῖναι φόνον, *intendere cædem:* et remittit ad locum Hecubæ supra citatum.

Ver. 674. (684.) ποιμένες δ' ὄχων. Ut ποιμένες λόχων Phœniss. 1147. ubi vid. Valckenær.

Ver. 676. (686.) Πέραν δὲ διελάσαντες ἀλλήλων ὄχους. *Agentes autem currus vicissim ultra ordines alii aliorum.* Sic vertitur. Quamobrem vero hoc facerent, aut quid sibi velint hæc verba, sane non intelligo, si constructio sit πέραν ἀλλήλων, et vera versio, *vicissim ultra ordines alii aliorum.* Sed non est ita, opinor; neque constructio est πέραν ἀλλήλων, sed διελάσαντες ὄχους ἀλλήλων, *cum egissent currus suos invicem:* et πέραν est adverbium (non præpositio) *ultra, ulterius, ex statione priori:* hoc est, quum utraque pars (Athenienses et Thebani) currus suos egissent et promovissent propius sibi invicem, deposuerunt ex curribus parabatas, qui statim pugnam commiserunt hastis et ensibus. post quod, aurigæ quoque discesserunt ad sui generis pugnam, nempe, missilibus. Idem est ac si dixisset, ἀμφότεροι δὲ πέραν διελάσαντες ἑαυτῶν ὄχους: qualiter scripsisset, opinor, si metrum permisisset. Hesiodus ita exprimit, Scut. Herc. 372. Ἡνίοχοι δ' ἔμπλην ἔλασαν καλλίτριχας ἵππους. Heathius: "Pro πέραν mallem, cum viro quodam docto, πέλας."

Ver. 677. (687.) Παραιβάτας ἔστησαν. Ultima accusativi pluralis in prima declinatione simplicium, Tragicis longa est: ut Heraclid. 141. δραπέτας. hoc dramate 870. οἰκέτας. sic ναύτας Orest. 368. δεσπότας Alcest. 304. Quæ noto, quia brevis est in carmine Tyrtæi [q] apud Plutarchum Lycurg. p. 43. D. δημότας ἄνδρας, ad finem hexametri. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 785. Scholiastes vero Aristoph. ad Nubes 28. dicit Thesei inventum fuisse, ut ὁπλίτης currum inscenderet una cum παραβάτῃ, et ex eo pugnaret.

Ver. 679. (689.) Πώλους ἐς ἀλκὴν αὖτις ἐς παραιβάτας. Non puto hæc posse intelligi. Distinguo, Πώλους ἐς ἀλκὴν αὖτις. ἐς παραιβάτας Ἰδὼν δὲ Φόρβας &c. i. e. Φόρβας δὲ, ἐσιδὼν παραιβάτας &c. Vide notam proxime sequentem, et versionem præcedentis versus. Ἰδὼν ἐς παραιβάτας, ut βλέψασα εἰς γραῦς, ver. 8. ἰδέσθω ἐς ὕβριν Æschyl. Ἱκετ. ver. 109. ἐς τί βλέψασα, Sophocl. Electr. 893. πρὸς κασιγνήτην ἰδὼν, Phœniss. 1464. Homer. Iliad. Δ. 81. ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον. ων ον

Ver. 681. (691.) ἁρμάτων ὄχον. Cod. A. οχον. C. οχων. Forte, ἁρμάτων τ' ὄχλον, i. e. ὄχλησιν, ut ap. Xenophont. Hist. Græc. IV. p. 523. C.

[q] Idem apud Pausaniam Messen. c. 14. p. 313. δεσπότας οἰμώζοντες ὁμῶς ἄλοχοί τε καὶ αὐτοί.

Sensus est: Phorbas vero, Dux equitatus Attici, et Duces itidem equitatus Thebani, cum intuiti sunt confusionem curruum, et παραιβάτας congressos jam et prœliantes, ipsi quoque prœlium commiserunt. Reiskius interpretatur ὄχον per ὁρμὴν, et mecum distinguit post Ἐρεχθείδαισιν· cogitavit quoque de ἁρμάτων ὄχμον, *seriem curruum.* Heathius quoque eodem modo distinguit.

Ver. 682. (692.) Pro καὶ 'κράτουν usitatior scriptura est κἀκράτουν.

Ver. 684. (694.) λεύσσων δὲ ταῦτα, κ' οὐ κλύων &c. Similia sunt Æschyli Pers. 266. Καὶ μὴν παρών γε, κ' οὐ λόγους ἄλλων κλύων &c. et Sophoclis Trachin. 759. Αὐτὸς—δεδορκὼς, [q] κ' οὐ κατὰ γλῶσσαν κλύων· ubi nunc legitur, καὶ κατὰ γλῶσσαν. quod tamen defendi potest; licet κ'ου verius existimem: vide quæ præcedunt.

Ver. 685. (695.) Pro ἐπεμβάται Cod. A. επιβαται, ab explicatione supra vocem scripta.

Ver. 689. (699.) Ἢ τὰς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένας
Ἱμᾶσιν αἵματός τε φοινίου ῥοὰς,
An qui ferebantur sursum et deorsum,
Fluxus sanguinis purpurei in loris.

Fluxus sanguinis qui ferebantur sursum et deorsum in loris, prodigium foret. Neque ad hunc tamen sensum qualemcumque perveniri potuit, nisi omissa in versione copula τε in versu secundo. Saniori mente scripsit Euripides,

Κόνιν προσαντέλλουσαν, ὡς πολλὴ παρῆν·
Ἢ τοὺς ἄνω τε καὶ κάτω φορουμένους
Ἱμᾶσιν· αἵματός τε φοινίου ῥοὰς,
Τῶν μὲν πιτνόντων, &c.

In unoquoque commate repetendum est πότερα εἴπω: Utrum referam *pulverem, quantus esset: an* referam *eos qui sursum et deorsum jactarentur in loris* implicatos: *an* referam *fluxus sanguinis* &c. τε in ultimo versu idem est quod ἢ, *aut,* ut sæpe in nostro et omnibus, et ut in Latinis *que* pro *aut,* quod non raro sine caussa mutatur in *ve.* Ceterum hæc *jactatio* et *implicatio* in *loris,* sæpe accidebat agitatoribus qui curribus exciderant. Hippol. 1236. Αὐτὸς δ' ὁ τλήμων ἡνίαισιν ἐμπλακεὶς &c. et mox, ἐκ δεσμῶν λυθεὶς Τμητῶν ἱμάντων &c. et Orestes in Sophoclis Electr. 748. Κἀξ ἀντύγων ὤλισθε· σὺν δ' ἑλίσσεται Τμητοῖς ἱμᾶσιν. et paullo post, Φορούμενος πρὸς οὖδας, ἄλλοτ' οὐρανῷ Σκέλη προφαίνων· *Illisus modo terræ, modo in cœlum Crura protendens.* Hæc est illa *jactatio sursum et*

[q] Quomodo ex MS. B. edidit Brunckius.

deorsum in loris; non *sanguinis*, sed *agitatorum* curulium. Sed præcipue in confusione prœlii hoc accidit. cujus rei multa sunt exempla in poëtis. Pro ῥοὰς Codd. Gall. ῥοαις. perperam, opinor. Reiskius legit, τοὺς φορουμένους ἱμάντας. aut alias dicendum putat versum unum deesse. Brodæus, ἰκμᾶσιν, *fluxu*. Heathius mecum legit, et exemplum Hippolyti profert.

Ver. 692. (702.) Εἰς κρᾶτα πρὸς γῆν ἐκκυβιστώντων. Quos Phœniss. 1155, 1156. vocat forte [r] κυβιστητῆρας ἐς οὖδας ἐκνενευκότας. nunc ibi legitur ἐκπεπνευκότας. vide Lycophronem, citatum doctissimo Valckenærio ad istum locum Phœnissarum, et Homerum. Quod hic est ἐκκυβιστᾷν πρὸς γῆν, ibi forte est, κυβιστητῆρας ἐκνεύειν ἐς οὖδας.

*[Ver. 694. (704.) Νικῶντα δ' ἵπποις ὡς ὑπείδετο στρατόν. Ex hac descriptione putares Creontis equitatum *victorem* fuisse. sed erat prorsus contra. Lego, Νικέντα δ' ἵπποις: et mallem ὡς ὑπείδεθ' ὃν στρατὸν Κρέων· (licet hoc ultimum, ὃν, non necessarium sit: Phœniss. 1204. ed. King. et mox ver. 699.) *Creon autem ut vidit* suum *exercitum equis victum.* nam *Creontis* equitatum aliquid mali passum fuisse certum est, quia ille cæteras suas copias adiit *priusquam animis conciderent,* viso nempe hoc equitatus infortunio. vide et ver. 708. ubi τὸ νικῶν τοῦτο Thesei, confirmat hanc emendationem. Versu præcedenti, βίον construendum esse cum ἐκκυβιστώντων censet Cl. Reiskius. nam " ἐκκυβιστᾷν τὸν βίον est, " inquit, *vitam saltu præcipiti et rotatorio expellere.*" Ambigua ibi est significatio præpositionis πρός. πρὸς ἀγαῖσιν ἁρμάτων denotare potest *caussam*, ut πρὸς δόλῳ Κλυταιμνήστρας, Electra, 9.] *(Εἴκοντα pro νικῶντα probabiliter Valckenær. ad Hippol. 444. Pessime conjeceram Νικέντα. Adhuc quæro de ὑπείδεθ' ὃν στρατὸν, *suum exercitum.*)

Ver. 695. (705.) Κρέων γε, τοὐνθένδ' &c. Inscite posita videtur particula γε. Omnes Codices, Κρεων το ενθενδ'. quod erat, [s] Κρέων, τό γ' ἐνθένδ' &c. multo melius quam vulgata. Ἰτέαν *hastam* vertit Barnesius, opinor ob χερί. *scutum*, Brodæus: *clypeum*, Canterus et Heathius, qui exempla profert ex Troad. 1193. et Cyclop. ver. 7. Theocritus Idyll. XVI. 79. Ἀχθόμενοι σακέεσσι βραχίονας ἰτείνοισιν.

Ver. 696. (706.) ξυμμάχοις idem exprimit hic quod συμμεταστχόντες δορὸς ver. 648. *commilitones.*

[r] Hanc conjecturam Valckenærio ad Hippol. 822. et Brunckio probatam recepit Porsonus.

694. Lege, ὡς ὑπεῖδε τὸν στρατόν. *Porsonus.*

[s] Rectissime Marklandus, Κρέων τό γ' ἐνθένδ'. Euripid. Orest. 1284. καλῶς τά γ' ἐνθένδ', non, ut vulgo, ἔνθεν. *Porsonus.*

Ver. 699. (709.) Καὶ συμπατάξαντες &c. [t] Hæc de Thebanis clare dicuntur: sed duobus iambis præcedentibus, de Theseo agitur, sine ulla nota transitionis. Euripidis solitam perspicuitatem et connexionem hic desidero: et suspicor duos istos versus præcedentes, de Theseo, Καὶ μὴν τὰ Θησέως, et, Ἀλλ' ἴετ' εὐθὺς, poni debuisse infra, post vocem ἰσόῤῥοπος ver. 706. ubi locum suum optime tuebuntur. Postquam enim his et sequentibus, usque ad versum 707, peregerat de Creonte et Thebanis, transit statim ad Thesei et Atheniensium res narrandas: distinctim, prout oportuit, de utroque: quæ in contextu jam confunduntur. Admodum probabile hoc mihi videtur: et ita conjungerem,

Χωρεῖ, πρὶν ἐλθεῖν ξυμμάχοις δυσθυμίαν·
Οἵ, συμπατάξαντες μέσον πάντα στρατὸν,
Ἔκτεινον, ἐκτείνοντο.

Οἵ mutatum videtur fuisse in Καὶ ab interpolatore, postquam duo isti versus de Theseo istuc perperam ingesti fuissent: post quod, οἵ nequaquam intelligi potuit; καὶ, male quidem, sed aliquanto melius quam οἵ. Sententiæ huic non absimilia habet Xenophon Hist. Græc. lib. IV. p. 519. D. Καὶ συμβαλόντες τὰς ἀσπίδας, ἐωθοῦντο, ἐμάχοντο, ἀπέκτεινον, ἀπέθνησκον. ubi putassem Xenophontem [u] scripsisse ex sensu ἐμάχοντο, ἐώθουν, ἐωθοῦντο, &c. nisi vidissem Longinum περὶ Ὕψ. sect. 19. citare sic ut est in vulgatis. Sed et sic, ita puto scripsisse, cum in Cyropædia lib. VII. p. 178. D. invenio, καὶ προσπεσόντες ἐμάχοντο· ἐώθουν, ἐωθοῦντο· ἔπαιον, ἐπαίοντο.

Ver. 702. (712.) Θεῖν. κἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.

Ad concurrendum: Erechthidis autem Cadmea *resistebat hasta.*

Ne minima quidem connexionis species his subest. Obvium erat, Θεῖν, κἀντερείδειν &c. ante visos Codices A. B. qui habent αντερειδε pro κἀντέρειδε. Lego sine ulla mutatione,

[t] Id vero adeo non clarum est, ut omnino falsum sit. Dicuntur enim de Thebanis et Atheniensibus simul, qui, Theseo et Creonte utrinque incitantibus, prœlium conserere incipiebant. Creon scilicet, cum videret, equitatum suum turbari, statim, ne metum inde conciperent milites, reliquum exercitum contra Athenienses ducit; Theseus contra, ne hostium metu moras ducere videretur, pari alacritate adversus Creontem progreditur, *milites rapiens armis fulgentes*, λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα: quod male interpretatur Marklandus, *correptis armis splendidis.* Plutarchus καθιστάντος εἰς τάξιν τὰ ὅπλα Parallel. p. 1712. et mox p. 1713. μετὰ τῶν ὅπλων ἧκεν. His autem positis, nemini, opinor, dubium erit, quin vv. 699. 700. quos Marklandus post 708. collocandos censet, verum nunc locum obtineant. *Musgravius.*

[u] Vide Bibliothecam Criticam Amstelod. T. II. P. vi. p. 65.

καὶ παρηγγύων
Κέλευσμον ἀλλήλοισι σὺν πολλῇ βοῇ,
Θεῖν', ἀντέρειδε τοῖς Ἐρεχθείδαις δόρυ.

Ista, Θεῖνε, ἀντέρειδε, sunt verba Thebanorum sese mutuo adhortantium. Sic Auctor Rhesi 675. βάλλε, βάλλε, Θεῖνε, θεῖνε. Παρηγγύων est vox militaris. vide Xenophon. Ἑλλην. iv. p. 516. A. et Ἀναβ. vi. p. 385. C. p. 408. A. Plutarch. Arato p. 1040. F. De ἐρείδειν vide Kuster. ad Aristoph. Nub. 1378. et Casaubon. ad Equit. 624.

Ibid. τοῖς Ἐρεχθείδαις. Articulus nonnunquam præfigitur nominibus propriis apud Tragicos, ut hic, et ver. 27. τὸ Ἄργος, et ver. 185. ταῖς Ἀθήναις, ver. 526. τὰς Ἀθήνας. Suffecerit pro omnibus Sophoclis Œdipus Tyrannus. ὁ Ζεὺς ibi, et ὁ Ἀπόλλων ver. 506. ὁ Λάϊος, ver. 566. 748. τῆς Κορίνθου, 955. 974. τὸν Ὄλυμπον, 1107. τὸν Λάϊον, 759. Et ita apud ceteros, per omnes numeros et casus, excepto dativo singulari, in quo rarissime invenio articulum apud Tragicos ante nomen proprium: casune, an consulto, nescio. Unum est exemplum Phœniss. 799. τῇ Εὐλαβείᾳ: ubi pro *Dea* seu *persona* sumenda est ἡ Εὐλάβεια. Multo tamen sæpius et libentius articulum omittunt ante nomina hujusmodi. unde leviter restitui potest Iphig. Taur. 1439. τόν τ' Ἐριννύων χόλον Φεύγων &c. pro τῶν τ'. nam in isto dramate Ἐριννύες pluries nominantur, et semper sine articulo. Hæc notavi, quia a [x] Viris doctissimis observatum vidi, nominibus propriis articulum non præfigi a Tragicis. Si addidissent, *sæpius*, consensissem: eundem consensum præbiturus, si dixissent Comicos nonnunquam omittere articulum ante nomina appellativa: quod illi negant; ego verum esse scio. Ratio hujus omissionis est, opinor, quia Tragici veterem Atticam loquelam sequebantur, in qua articuli sæpissime non exprimuntur, ut ex Herodoto videre licet.

Ver. 705. (715.) δεξιὸν δ' ἡσσώμενον Φεύγει τὸ κείνων. Hoc nimis absurdum est. nam dextrum cornu Thebanorum opponebatur, sicut necesse erat, sinistro Atheniensium; et hoc dextrum cornu eorum inclinavit sinistrum Atheniensium. quomodo igitur vincebatur et fugiebat idem dextrum cornu, prout hic narratur? Lego, mutata una litera, δεξιοῦ δ' ἡσσώμενον Φεύγει τὸ κείνων· scilicet a dextro nostro cornu sinistrum

[x] Lege Porsonum ad Phœniss. 145. Lycophronis v. 1283. emendavit Valckenær. ad Hippol. 224.

eorum pellebatur: unde ἀγὼν erat ἰσόῤῥοπος, (ver. 706.) nempe, utriusque exercitus sinistro cornu profligato. non tamen stricte ἰσόῤῥοπος, sed eatenus tantum quod ad pedites. nam equitatus Creontis jam ante (ver. 694.) victus fuerat. Δεξιοῦ ἡσσώμενον ut γυναικὸς ἡσσώμενος, Alcest. 697. et Hecub. 1259. Aliter hæc explicat Heathius, retenta lectione vulgari.

Ver. 707. (717.) Κᾀν τῷδε &c. Ante hunc versum insererem duos istos iambos de Theseo, qui nunc inopportune collocantur in medio narrationis de rebus Creontis, ver. 697, 698.

ἦν δ' ἀγὼν ἰσόῤῥοπος.
Καὶ μὴν τὰ Θησέως οὐκ ὄκνῳ διεφθάρη·
'Αλλ' ἵετ' εὐθὺς λάμπρ' ἀναρπάσας ὅπλα.
Κᾀν τῷδε τὸν στρατηγὸν αἰνέσαι παρῆν·
Οὐ γὰρ &c.

In hac quoque re imperatorem erat laudare: Non enim solum &c. Quanto magis cogito, minus dubito de hac restitutione. Nihil tamen in contextu mutare debui. Τὸ νικῶν τοῦτ' (ver. 708.) est κατὰ τὸ νικῶν τοῦτο, *in hac parte victrici.*

Ver. 710. (720.) Ἔῤῥηξε δ' αὐδήν. Frequens locutio, vel ἔῤῥηξε φωνὴν, Clem. Alex. Pædag. II. 1. p. 172. et *rumpere vocem* Latinis.

Ver. 712. (722.) οἴχεται τὰ Παλλάδος. Perite τὰ Παλλάδος, potius quam τὰ Κεκροπιδῶν, quod versus admisisset. nam fortius argumentum et incitamentum illo ævo videri poterat res religionis quam res civilis, τὰ 'Αθηνᾶς quam τὰ 'Αθηναίων.

Ver. 713. (723.) Θάρσος δ' ἐνῶρσε παντὶ Δαναϊδῶν στρατῷ.
Fiduciam vero indidit toti exercitui Danaïdum.

Quisquis cum cura legerit, necesse erit ut hic quoque hæreat in voce Δαναϊδῶν, qua significantur *Argivi*, proprie: vide Orest. 874. 930. Fragm. Archelai p. 456. ed. Barn. et ter, neque unquam aliter, in hac fab. ver. 130. 1190. 1220. Jam vero nulli erant Δαναΐδαι seu *Argivi* in hoc Thesei exercitu. Restat ut Δαναϊδῶν idem sit quod Ἑλλήνων, *Græcorum*, ut ap. Eurip. Iph. Aul. 337. 352. Troad. 447. et alibi passim. Sed neque hoc recte procedet, et nimium dicet. nam Thebani, hoc usu vocis, erant Δαναΐδαι seu Ἕλληνες, æque ac Athenienses, vel Argivi: Adeo ut hæc Thesei oratio indidisset fiduciam hostibus suis, Thebanis, æque atque militibus suis Atheniensibus. Hæc præfanda erant, ut solenne facinus interpolatorum hic perspi-

ceres, qui contra historiam, et sensum, substituerunt Δαναϊδῶν pro voce minus sibi nota, Παραλίων. Hi enim Paralii, ut supra notavi ad ver. 653, 659, constituerunt lævum cornu in exercitu Thesei; et hoc cornu a Thebanis inclinatum erat ver. 705, 709. et hic a Theseo restitutum. neque alia est vox præter Παραλίων quæ huic loco et veritati convenire potest. De hujusmodi mutationibus in nominibus propriis vide doctissimum Dorvillium ad Chariton. p. 606. 607. ubi pro Ὀθρυάδου nunc legitur Μιθριδάτου.

Ver. 715. (725.) Ὁμοῦ τραχήλους, κἀπικείμενον κάρα
Κυνέας θερίζων.

Vertunt, *Simul colla, et insertum capiti Galeæ demetens.* Scholion Brodæi est: κυνέας] *e galea demetens.* Intellexit ἐκ ante κυνέας, quam vocem et ille et interpretes acceperunt pro secundo casu numeri singularis, qui fuisset κυνέης, non κυνέας, quod Doricum est. neque bene vertunt ἐπικείμενον κυνέας, *insertum galeæ.* κυνέας est accusativus pluralis, a recto κυνέη: et κάρα ἐπικείμενον (singularis pro plurali) κυνέας, est, *capita quæ galeas impositas habebant,* locutione elegantissima. sic τραγῳδοὶ ἐπικείμενοι κράνη, *tragœdi qui impositas habent* (gestant) *larvas,* apud Lucian. De Gymnas. p. 285. ed. Græv. Idem Navigant. p. 493. ἡ πρύμνα χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, *puppis quæ anserculum aureum impositum habebat.* et ita Adv. Indoct. p. 384. κιθάραν ἔχων ξυλίνους κόλλοπας ἐπικειμένην· *citharam habens cui imponebantur verticilla lignea:* i. e. cujus verticilla erant lignea. Herodianus lib. V. cap. xi. de Heliogabalo: εἰς εἶδος τιάρας στεφάνη ἐπικείμενος· *impositam habens* (i. e. gestans) *coronam in speciem tiaræ formatam.* In edit. Oxon. 1704. quæ sola est ad manus, sic legitur, non στεφάνην, quemadmodum oportuit, opinor. Homerum forte in animo habuit Noster, Iliad. Ξ. 497. ἀπήραξεν δὲ χαμᾶζε Αὐτῇ σὺν πήληκι κάρη. Ejusdem rationis est istud Virgilii, *flores inscripti nomina regum:* et multa talia apud Latinos poëtas.

Ver. 717. (727.) κἀποδαυλιζων. Placet conjectura eruditorum, pro ignorabili hac voce reponentium κἀποκαυλίζων, a καυλὸς, *caulis:* ut sensus sit, *et truncos demetens.* Aristoph. Ἱππ. 822. τοὺς καυλοὺς Τῶν εὐθυνῶν ἐκκαυλίζων. ubi Scholiast. notat metaphoram esse ab iis qui *caules olerum defringunt.* Thucydides citatur in Lexicis: qui locus est II. 76. ἀπεκαύλιζε τὸ προὔχον τῆς ἐμβολῆς. De θερίζων hoc loco vide Cl. Sallier. ad Moerin Atticist. V. Ἀμᾶν, et Nostrum Orest. 128.

Ver. 720. (730.) Κἀκρουσα χεῖρας. Ut ille apud Aristoph. Plut. 739. Ἐγὼ δὲ τὼ χεῖρ' ἀνεκρότησ' ὑφ' ἡδονῆς. Ἔτεινον, sc. ὁδὸν, *tendebant* iter. sic

Iph. Aul. 420. Ἀλλ' ὡς μακρὰν ἔτεινον, intellige ὁδόν. Aristoph. Thesmophor. 1217.[y] Φεύξει καὶ τενεῖς Ὡς τὴν γυναῖκα.

Ver. 723. (733.) Deerat δὲ in editt. multis post παρόν. eam habet Barnesius, et Codd. A. B. quin et Ald. et Hervag. quæ ambæ pro παρὸν non recte παρών.

Ver. 728. (738.) ὃς πράσσων καλῶς. Pro ὃς Cod. A. ὅν, male. Idem pro θ' eodem versu, habet δ'. *[Docemur autem (ut hoc obiter moneam) primam syllabam adjectivi καλὸς, (et consequenter adverbii καλῶς) *semper brevem* esse, ut hoc loco, Atticis. Sed quid[z] fiet de hoc versu Philoctetis Sophoclei, ver. 1420. Ἅ σοί τε κἀμοὶ κᾱλ' ὁρῶ τελούμενα· *Quæ tibique et mihi video honesta futura, si fiant.* hic certe longa est. unde patet in Fragment. Euripid. ex Incert. Tragœd. ver. 105. p. 507. Σὺν μυρίοις τὰ κᾱλὰ γίγνεται πόνοις, non necesse esse ut legatur Σὺν μυρίοισι. et Iphig. Aulid. ver. 21. Τοῦτο δέ γ' ἐστὶ τὸ κᾱλὸν σφαλερὸν, nihil variant exemplaria, tametsi καλὸν in versu præcedenti primam habet brevem, ut in noto isto Theocriti, τὰ μὴ καλὰ, καλὰ πέφανται. Quod si probari potest primam hujus vocis apud Atticos necessario esse brevem, necesse quoque erit ut hæc omnia, et multo plura, mutentur. sed caveamus ab hypothesibus; quæ cum in sacris, tum in humanioribus literis pessimi sunt effectus. Clarkius quidem ad Iliad. Β. 43. scribit: "In sermone Attico vox καλὸς Sophocli, Euripidi, et Aristophani innumeris in locis (nescio an non in omnibus) corripitur." Hæc auctoritas sufficit hypothesin sectantibus, ut prima in καλὸς Atticis semper brevis edicatur, utque hæc omnia statim emendentur. Multa hypothetica possem commemorare in quibus eodem modo proceditur, et auctoritas alicujus affirmantis, substituitur loco argumento-

[y] φεύξει κᾀτενεῖς Valckenær. ad Theocrit. I. 112. *Porsonus.*

[z] In loco Sophoclis nihil juvant libri; puto tamen cum Erdfurtio glossam veræ lectionis sedem occupare. Καλὸς prima producta apud Atticos nusquam invenitur. Frustra advocatur Anaxilas Athenæi XII. p. 548. D. Ἐφεσήϊα γράμματα καλὰ ubi versum Ionici cujusdam poetæ aperte mutuatus est. Frustra etiam advocatur Comicus ejusdem XIII. p. 574. D. Ἀλκιβιάδην τὸν καλὸν ὦ γῆ καὶ θεοὶ, quum ibi codex vetustissimus Veneto-Parisiensis exhibeat τὸν ἁβρόν. Vide autem Æschylum ibid. XIV. p. 632. C. εἶτ' οὖν σοφιστὴς καλὰ παραπαίων χέλυν. De metro securus Schweighæuser. non incommode tamen observat, "mire juncta esse verba καλὰ "παραπαίειν, quum ex constanti omnium auctorum usu παραπαίειν nil aliud "significet nisi παραφρονεῖν, ληρεῖν, ἁμαρτάνειν" &c. &c. De Augmento scriptoribus Atticis nunquam abjecto vide Porsoni Præf. Hecubæ p. v. Supplem. p. xvii. Optime jure igitur observationem hanc ex secunda editione exulare fecit Marklandus.

rum et exemplorum. unius solummodo mentionem faciam; istius nempe, quod a plerisque traditur, Atticos nunquam omittere verborum augmentum, id est, nunquam scribere τύπτον pro ἔτυπτον. quod falsissimum esse multis exemplis probari potest. vide Bacch. 766. Νίψαντο δ' αἷμα: 1082. Σίγησε δ' αἰθὴρ, (pro Ἐνίψαντο et Ἐσίγησε) et Jungerman. ad Polluc. III. 13. p. 313. Et tamen hæc hypothesis obtinuit, et forte adhuc obtinebit, non obstantibus exemplis.]

Ver. 729. (739.) Εἰς ἄκρα βῆναι. Videtur deesse copula, Εἴς τ' ἄκρα.

Ver. 732. (742.) Θεοὺς νομίζω [a]. Sic Laërtes apud Homer. Odyss. Ω. 355.

> Ζεῦ πάτερ, ἦ ῥα ἔτ' ἐστὲ Θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὄλυμπον,
> Εἰ ἐτεὸν μνηστῆρες ἀτάσθαλοι ὕβριν ἔτισαν.

Ibid. Καὶ δοκῶ τὰς συμφορὰς Ἔχειν ἔλασσον. Scaliger, τοι συμφορᾶς—ἔλασσον. Nihil mutarem sine exemplaribus, sive constructio sit, δοκῶ τὰς συμφορὰς (ἐμὰς) ἔχειν ἔλασσον (μέρος:) seu vera lectio, δοκῶ (ἐμὲ) ἐλάσσους ἔχειν τὰς συμφορὰς (ἃς ἔχω): quasi scriptum fuisset Ἔχειν μ' ἐλάσσους. nam ἔχειν συμφορὰς recte dicitur. Alioquin τῆς συμφορᾶς legi posset. et ita Heathius, et Reiskius, qui putat Scaligerum sic scripsisse, licet editio Barnesii aliter exhibeat.

Ver. 734. (744.) Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα &c. Hi tres Iambi paullo aliter leguntur in Fragment. ex Incert. Tragœd. p. 510. ed. Barnes. Oblitus erat Cl. Vir eos hic extare. Vide Diog. Laërt. ix. 71. in Pyrrhone: et ibi Casaub. et Menagium.

Pro ἐξηρτήμεθα A. ἐξηρτυμεθα. male. vide Plutarch. De Stoïc. Repugnant. p. 1056. B. ubi pro λέγουσι habetur λέγοιμ' ἂν: et pro θέλων, φρονῶν.

Ver. 737. (747.) τότ' ἄλγος οὐχ ὑποστατόν. *[Brodæus, probante Barnesio et Heathio, ἔγχος. Sed] præclare libri omnes Gallici, Ἄργος. Phœniss. 734. Ἔχει τιν' ὄγκον Ἄργος Ἑλλήνων πάρα. ubi Schol. Barocc. explicat ὄγκον per μέγεθος ἰσχύος. vide supra ver. 127. et Heraclid. 290. Sic νῆσον, et πόλιν, pro Νάξον, et Πόλλιν, Aristid. Panath. p. 170. ed. Jebb. Τότ' est τότε, *tunc*, ut mox 741. non, τό τε.

Ver. 740. (750.) Μέτρια θέλοντος. Vox λαβεῖν, quæ sequitur, videtur indicare, Μέτριά τε δόντος, οὐκ ἐχρήζομεν λαβεῖν· *Et æquas* (seu *tolerabiles*)

[a] Θεοὺς νομίζω. Vide Musgravium ad Euripid. Hec. 800. Supplem. p. 334. (508.) Electr. 587 Æschyl. Pers. 498. Schol. Æschyl. Agam. 173. *Porsonus.*

conditiones offerente, noluimus accipere. nam si recte habet θέλοντος, sequi potius debuisset διδόναι quam λαβεῖν. notissimi est usus δόντος pro *dare volente* vel *offerente.* Plutarchus in Aristide p. 334. C. πολλάκις αὐτοῦ πολλὰ καὶ διδόντος, καὶ δεομένου λαβεῖν, οὐκ ἠθέλησεν. et μέτρια, ut Aristoph. Nub. 1135. Ἐμοῦ μέτριά τε καὶ δίκαι' αἰτουμένου. Error natus ex similitudine literarum Λ et Δ, si error sit. *(Si recte habet θέλοντος, post λαβεῖν intellige σύμβασιν.) pro τότ' (ver. 741.) Cod. B. Ald. et Brodæus τοδ'.

Ver. 742. (752.) ἀρτίπλουτα χρήματα, per hypallagen, ὡς πένης ἀρτίπλουτος, λαβὼν χρήματα: *ut pauper modo dives factus, acceptis opibus.*

Ver. 745. (755.) Οἱ τόξον ἐκτείνοντες ὡς. Ἐκτείνειν τόξον esset *extendere arcum.* hic vult *intendere,* quod est [b] ἐντείνοντες, ut infra 886. τόξα τ' ἐντείνων χεροῖν. Iphig. Aul. 549. Τόξ' ἐντείνει, τᾶν Χαρίτων—ut ibi legendum puto, pro Τόξ' ἐντείνεται χαρίτων. Vide Herodot. II. 173. Et ita jam invenio (εντεινοντες) in MSS. A. B. qui etiam pro ὡς *[male] habent του. Brodæus notat, ὡς *superfluit.* Vide Aristoph. Νεφ. 1209. Metaphora seu comparatio *actionum humanarum* cum arte *sagittandi,* notissima est, vel ex isto Horatii, *Quid brevi fortes* JACULAMUR *ævo Multa?* vide et Troad. 638.

Ver. 747. (757.) Φίλοις μὲν οὐ πείθεσθε, τοῖς δὲ πράγμασιν. Nescio an intelligam. Forte aliquis putet scribendum Θεοῖς pro Φίλοις: mavultis obtemperare *rebus,* (rerum apparentiis, et præsenti circumstantiarum conditioni) quam *Diis:* ut hoc dicat Adrastus respiciens seipsum, et suam in Thebas expeditionem, quam suscepit Θεοὺς παρελθών. Hoc sensu vox πράγματα sæpe invenitur; unde ἐκ τῶν πραγμάτων, Aristides Panath. p. 148. ed. Jebb. quod Canterus bene vertit *e re nata.* Sic et Alexis ap. Stob. Serm. xxvii. p. 195. Demosthenes Philipp. I. (p. 36, 52.) δεῖ τοὺς ὀρθῶς πολέμῳ χρωμένους, οὐκ ἀκολουθεῖν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' ἔμπροσθεν εἶναι (vel ἴεναι) τῶν πραγμάτων. Non autem jure reprehendi potest qui *rebus* potius quam *amicis,* sed qui *rebus* potius quam *Diis* obtemperat: quod Adrastus fecit. nam, ut ait Hermogenes apud Xeno-

[b] Recte Marklandus ἐντείνοντες. Facilis mutatio τοῦ ἐκ et ἐν. Locus Iphig. Aul. 549. ἐκτείνεσθαι præfert apud Athenæum XIII. p. 562. F. a quo citatur ut Chæremonis. *Porsonus.*

745. Λέγοιμ' ἂν Plutarch. T. II. p. 1056. B. C. et versu proximo τοιάδ' ἃ σὺ τυγχάνεις φρονῶν. Ex Laërtio sumpsit Suidas v. Πυῤῥώνειοι. *Porsonus.* Idem fere docuit nuperus Hephæstionis editor p. 85.

746. Τοιοῦτος ὅς Euripides Cresph. Stob. Gesn. 92. p. 509. ed. 1549. Grot. 94. p. 381. supra 364. *Porsonus.*

phont. in Conviv. p. 888. A. Θεοῖς ἐγὼ ὅταν μὲν πείθωμαι, οὐδέποτέ μοι μεταμέλει· ἤδη δέ ποτε καὶ ἀπιστήσας (ἀπειστήσας Leunclav.) ἐκολάσθην. Legi forte posset, Φίλοις μὲν ἐκπείθεσθε, τοῖς τε πράγμασιν, i. e. non *Diis*, prout oportuit, sed *amicis*, et *rebus* obtemperatis. Si vulgata retinenda est, per Φίλοις intelligendus est Amphiaräus, qui Adrastum ab hac expeditione dehortatus est, et cui ille non obtemperavit, ver. 158.

Ver. 748. (758.) κάμψαι κακά, *declinare mala*, metaphoricum est vel a *navigantibus*, κάμψαι τὴν ἄκρην, Herodot. vii. 193: vel a *stadio*, κάμψαι τὴν νύσσαν· Horatio, *metaque fervidis Evitata rotis.* In Rheso 235. κάμψαι πάλιν θυμέλας est *redire ad aras.* Helen. 1174, hoc, de quo hic agitur, dicitur, διορθῶσαι ἔςιν λόγοις. Διὰ λόγου ver. 748, et λόγῳ ver. 749, est quod alibi vocat λόγων ξυναλλαγαῖς, *verborum transactione*, ver. 602.

Ver. 749. (759.) καθαιρεῖσθ'—τὰ πράγματα. Usitatius καθαιρεῖτ', voce activa: ut δυστυχίαν καθελεῖν, ver. 67. Et omnino vere, si verum dicit Budæus, Comm. Gr. L. p. 669. "Καθαιρῶ voce tantum activa dicitur "*everto* et *subverto*." id est, καθαιροῦμαι non invenitur in voce media, pro *everto* et *subverto*. In passiva καθαιρεῖσθαι *destrui* habes Actor. xix. 27. Sed innumera sunt verba apud Græcos quæ non inveniuntur in voce media, neque nobis nunc licet eam fingere. unde recte forte restitui locum Sophoclis Œdip. Tyran. ver. 1040. ubi Œdipus a Nuncio quærit, quare Polybus vocaret se (Œdipum) *suum filium*, si non ita revera esset?

Ἀλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνομάζετο;

Quod vertitur,

Quare igitur me filium nominabat?

Sed ὠνομάζετο est *nominabatur*, ut mox ver. 1061. Lego:

Ἀλλ' ἀντὶ τοῦ δὴ παῖδά μ' ὠνόμαζεν ὅν[c];

Quare igitur filium me nominabat suum?

non ὠνόμαζ' ἑόν, quia ἑόν pro ὅν *suum*, non inveniri puto in senariis tragicorum.

Ver. 754. (764.) Ὧν δ' οὕνεκ' ἀγὼν ἦν, νεκροὺς κομίζετε; Κομίζετε pro priori κομίζετο ex Ald. reposuit Barnesius: quod confirmatur Codd. A. B. Hunc versum, et sequentes aliquot, Choro olim adscriptos, Adrasto restituit Joan. Miltonus, quem, post Barnesium, sequor. et ita distingui in edit. Brubachiana testatur Reiskius. aliter fit in Aldina.

[c] Vulgatum ed. Brunck. *Porsonus.*

Reiskius mavult κομίζεται, nempe Theseus, ex edit. Brubach. quæ habet κομίζετο. Pro ἀγὼν Barnesius et Heathius ὠ 'γὼν, (i. e. ὁ ἀγὼν) ob metrum. et σὔνεχ'. *(quæ vera puto.) Alii dicunt primam in ἀγὼν communem esse, ut Soph. Electr. [d] 1522. Δορὶ ver. 752. non admodum placet. significat, opinor, *bello*.

Ver. 755. (765.) Ὡς οἵγε κλεινοῖς ἕπτ' ἐφέστασαν δόμοις. MSS. omnes Οσοι γε. *[quod verum puto, ob sequentem Iambum.] et ita ex conjectura Reiskius. Vertit Heathius: *Immo, afferimus eos quidem qui septem inclytis præfuere domibus.* Recte, ut opinor. Restat scrupulus de ipso poëta. cum enim Amphiaräus, unus ex septem, hiatu terræ absorptus esset, quomodo conciliari potest cum hoc ejus obitu, narratio hæc poëtæ, de *septem reportatis?* non enim effodi potuit cadaver ejus ex Tartaro. Et dicendum est, opinor, *[vel scribendum esse, ἓξ ἐφέστασαν δόμοις, pro ἕπτ': vel, quod potius,] numerum *integrum* poni pro *[*imperfecto,*] *(*parte*) ut Apostoli vocantur *duodecim* 1 Cor. xv. 5. cum eo tempore non nisi *undecim* (vel *decem*) essent. *(ita alibi loquitur Noster v. 1207.) et plura ejus generis extant exempla. Pro δόμοις Reiskius λόχοις: vel, ἔφυσαν ἐν δόμοις. Brodæus nescio quid velit, qui ita explicat: "Scito eos septem tumulis conditos, his quidem "mœnium partibus, quibus oppugnandis præfuerant."

Ver. 758. (768.) Τοὐκεῖθεν, ἢ τοὐνθένδε; Ita Cod. B. et Aldina. in multis deest ἢ. *Ex illa, an ex hac parte?* ultra an citra? Hic locus videri potest unus ex iis in quibus hodierni lectores Euripidis offendere possumus, forte non satis assequentes qua mente proponerentur hujusmodi quæstiones, quæ idcirco nobis, ab istis temporibus tam longe dissitis, primo intuitu *parum ad rem* (si ita loqui fas sit) nunc videantur. Sed ratio aliqua forte excogitari potest, quare Adrastus interrogaret, utrum turba militum ejus mortuorum sepulta esset *ultra an citra* Cithæronem; et quare Jason (Med. 1312.) audita cæde filiorum a matre interfectorum, in maximo luctu, statim quæreret, *Ubinam* eos interfecit? *intusne, an extra domum?* Sed quid dicendum est de *Agaue,* (Bacch. 1289.) cui, trementi de nece filii sui Penthei, quum pater Agaues Cadmus dixisset, eam ipsam suis manibus illum interfecisse; pro ejulatu et lamentationibus, quas aliquis expectasset,

[d] Sed et ibi Heathius 'ὡγὼν legit, ut et edidit Brunckius, qui hic quoque 'ὡγὼν legit ad Orest. 857. ubi et locum Sophoclis notat. *Porsonus.* Mox ὀλχοις e conj. Reiskii probat Musgravius, et de numero conferri jubet Pindar. Nem. IX. 56. Olymp. VI. Epod. 1. et Schol. ibi.

illa satis lente, uti videtur, Cadmum interrogat, *Ubi vero periit? in domo? an quibus in locis?* quasi *locus* alicujus esset momenti in re tam luctuosa, et tam atroci facinore! Responsum quidem (cujus caussa quæstio proposita fuisse videtur) *Ubi prius Actæona canes nactæ sunt,* appositum est: sed talem quæstionem quænam mater, unico filio orbata, proponit? Ita mox, quum ei narraverat Cadmus, se vix, et multo cum labore, cadaver Penthei dispersum per agros collegisse; illa, parum materne, uti nunc videretur, rogat, *An totum* reperisset, *suis membris conjunctum apte?* qualem quæstionem hodierna mater, ut diram, et a natura maxime abhorrentem, refugeret. Quæ refero, ab aliis discendi studio, non culpandi ea quorum rationem non satis intelligere videor.

Ver. 759. (769.) Ἐλευθερὶς πέτρα. Plutarchus in Theseo p. 14. eadem refert, et suo tempore monstratum fuisse dicit horum sepulturæ locum Eleutheris; ducum, apud Eleusina: hoc est κενοτάφια ducum. nam ossa eorum Argos reportabantur, ver. 1116. 1185. 1210.

Ver. 760. (770.) πῆ νεκροὺς ἥκει λιπών; Opinor ἥκεις. nam ἥκει falsum videtur, cum Theseus nondum *venerat.* Æschylus Pers. 478. Σὺ δ' εἰπὲ ναῶν αἳ πεφεύγασιν μόρον Ποῦ τάσδ' ἔλειπες: ad nuncium, ut hic. Homer. Iliad. K, 406. Ποῦ νῦν δεῦρο κιὼν λίπες Ἕκτορα; Et ita Heathius.

Ver. 761. (771.) Sensus (et forte vera scriptura) est σπουδάζετε, sive in præsenti, sive imperfecto, 'σπουδάζετε. *prope sunt Ducum cadavera, ob quæ tantos labores suscepistis.* Et versus proxime sequens sine interrogatione legi potest.

Ver. 764. (774.) ἠγάπα νεκρούς. Hinc, opinor, pulcrum istud suum sumsit Statius Theb. XII. 194. de Argia, Polynicis uxore: *et, qui castissimus ardor,* FUNUS AMAT. maritum suum, vita functum, et jam *cadaver* factum, tamen *amat.*

Ver. 765. (775.) ΑΔ. Ἔνιψεν αὐτῶν τῶν ταλαιπώρων σφαγάς; *[Lego,] *(Legeram) αὐτὸς, *ipse,* Theseus. et ita Reiskius. Sed talis quæstio ab Adrasto non potest commode supponi. quamobrem omnino delendas censeo Personarum notas 'Αδ. et 'Αγ. et uni nuncio narranti adsignandos esse quatuor istos continuos iambos, hoc modo,

ΑΓ. Οὐδεὶς ἐπέστη— πόνῳ.
Φαίης ἂν— νεκρούς.
Ἔνιψεν αὐτὸς τῶν ταλαιπώρων σφαγὰς,
Κἄστρωσέ γ' εὐνὰς, κἀκάλυψε σώματα.

*[αὐτὸς emphatice, ut in Plutarcho De audiend. Poët. p. 31. A. τὸν

Ἕκτορα λούσας καὶ περιστείλας αὐτὸς (Achilles) ἐπὶ τὴν ἀπήνην τίθησιν· ex Iliad. Ω. 589.] Deinde pergendum ita:

ΑΔ. Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα, κ᾽ αἰσχύνην ἔχον.

ΑΓ. Τί δ᾽; αἰσχρὸν ἀνθρώποισι τ᾽ ἀλλήλων κακά;

Quid vero? (respondet Nuncius) *num turpia sunt hominibus hominum infortunia?* Animose, et humane, more solito Euripidis. Vulgo hi duo Iambi, mente contrarii, Choro adscribuntur: et ultimus distinguitur frigidissime, Τί δ᾽ αἰσχρὸν &c. *(Mecum fere distinguit Heathius.) Per σφαγὰς intelligit, opinor, *vulnera* (non *cruenta cadavera*) ut κἀπένιψα τραύματα, Troas. 1152. Idem mendum est in Medea ver. 1005. ubi delendæ sunt personæ Μη. et Π. nam Pædagogus sex istos iambos continuos effert.

Ver. 766. (776.) Κάστρωσέ γ᾽ εὐνάς. Ita scribere maluit (nam nullam varietatem in exemplaribus reperio) quam Κάστρωσεν εὐνάς. unde sequi videtur, aliquem fuisse usum vel elegantiam in ista positione particulæ γε, quam nos nunc ignoramus. *(vel offensionem in ν et ε concurrentibus) nam sæpe ita et hic, et alii Poëtæ scribunt, metro non cogente, et cum locus non est significationi τοῦ *saltem*, vel *certe*. De his εὐναῖς vide Cl. Dorvill. ad Chariton. p. 97. quo pertinet elegans istud Sophoclis Œd. Tyr. 980. Σμικρὰ παλαιὰ σώματ᾽ εὐνάζει ῥοπή. Pro καὶ ᾽κάλυψε scribitur usitatius κᾀκάλυψε, ut κᾄστρωσε, rationi magis consentaneum est, ut una litera, quam ut diphthongus, elidatur. unde pro κ᾽ αἰσχύνην (ver. 767.) scriberem κᾀ ἰσχύνην, ut α sola pereat, subscripto ἰῶτα in κᾳ. sed sæpe aliter fit. Hunc versum (767) Adrasto assignat Heathius: proxime sequentem Nuncio.

Ver. 771. (781.) Mallem αὐταὶ δ᾽, quam γ᾽, quia præcedit μέν. Dubito tamen de sanitate verborum Δοκῶ μὲν, quorum mentem hoc loco non assequor, licet satis intelligibilia videantur. Reiskius αὗταί γ᾽, aut αὐταὶ δ᾽— *ego vero puto has mihi luctus magistras esse.* Reiskii conjecturæ favet Andromach. 646. αὗται γὰρ διδάσκαλοι κακῶν.

Ver. 772. (782.) Ἀλλ᾽ εἶεν, αἴρω χεῖρ᾽, &c. Tragici nunquam scribunt Ἀλλ᾽ εἶεν, sed Εἶεν solum. Lego, Ἀλλ᾽ εἶ᾽, ἀναίρω χεῖρ᾽ &c. *Verum, eia, levo manus* &c. *[De εἶα dicam ad Iphig. Taur. 1423.] Ἀναίρω χεῖρε sumtum forte ex Homero Iliad. Η. 130. ἀθανάτοισι φίλας ἀνὰ χεῖρας

767, 8. Hos versus recte personis distinxit quoque Tyrwhittus apud Musgrav. p. 134. *Porsonus.*

769. Locutionis istius ἤθελον ἄν, vel ἐβουλόμην ἄν exempla vide apud Dawesium M. C. p. 240. *Porsonus.*

ἀείρας. alibi ἐπαίρειν, et frequentius. ver. 290. Heraclid. 728. 1 Tim. ii. 8. Athenag. Legat. p. 53. ed. Oxon. 12°. Mos idem exprimi videtur per ἐκτείνειν χεῖρε Alcest. 768.

Ibid. ἀπαντήσας νεκροῖς. Quomodo ἀπαντήσας dicere potuit Adrastus, cum cadavera mortuorum nondum allata essent? Lego, ἀπαντήσων, *occursurus:* quod statim fecit. Sic ver. 542. pro ἀπειλήσας Codd. recte habent απειλησων. Si in MSS. posthac inveniatur, Ἀλλ' εἶ', ἀναίρων (vel ἐπαίρων) χεῖρ', ἀπαντήσω, et ἐκχεῶ versu sequenti, ita edi potest.

Ver. 775. (785.) τοῦτο γὰρ μόνον βροτοῖς &c. Ex Homeri Iliad. I. seu ix. 406. ut notarunt Brodæus et Barnesius. ad quem locum, hunc Euripidis adfert Clarkius. De locutione πόροι χρημάτων (ver. 777.) vide Spanhemium ad Aristoph. Ran. 1513.

Ver. 780. (790.) στρατηλάταις δορός. Cod. A. sic, δορὸς / χθονός. Utrumvis defendi potest. *Thesea* intelligit.

Ver. 781. (791.) Διπλάζεται τιμή. Usitatius τιμὰ in Choris: ut et ver. 784. ἁμέραν, quemadmodum ver. 788. præcipue hic, quia loquuntur Argivæ. Alioqui Dorica dialectus non necessario, et per omnia, in Choris locum videtur obtinuisse.

Ver. 782—785. (792—795.) Heathius legit et distinguit:

"Ἐμοὶ δὲ τῶν παίδων ἐσιδεῖν (vulg. παίδων μὲν εἰσιδεῖν) μέλη,
"Πικρὸν, καλὸν θέαμα δ' εἴπερ ὄψομαι·
"Τὰν ἄελπτον ἁμέραν
"Ἰδοῦσα, πάντων μέγιστον ἄλγος, subaudi ἐστί."

Opinor ἐσιδεῖν pro μὲν εἰσιδεῖν esse Typographi erratum.

Ver. 786. (796.) Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
Ὤφελ' ἁμέρα κτίσαι.
Τί γάρ με δεῖ παίδων;

Χρόνος ὤφελέ με κτίσαι ἄγαμον, est, *Utinam Tempus fecisset me innuptam!* i. e. Utinam nunquam alicui nupsissem! sic κτίσαι ποτανὰν ver. 620. Æschylus Eumenid. init. κτίσας φρένα ἔνθεον τέχνης· ubi Scholiast. notat, κτίσας, ποιήσας· et dicit hoc esse ἰδίωμα Æschyli. sed refellitur his locis Euripidæ, et Sophoclis Trachin. 915, Καὶ ταῦτ' ἔτλη χεὶρ ἡ γυναικεία κτίσαι; i. e. ποιῆσαι. Sed quid fiet de voce ἁμέρα? Heathius accipit μ' pro μοι: quod, ut et σ' pro σοι, in melicis si concedi potest; in iambis

772. Verte, *tollam manus—effundamque carmen.* ἐκχέω aoristus est modi subjunctivi, non, quod docet Musgravius, futurus indicativi. *Porsonus.*

Tragicis, opinor, non potest. vide ad ver. 327. Idem legit *ἀμέραν*, ut hic sit ordo, *χρόνος, παλαιὸς πατὴρ, ὤφελε κτίσαι μοι ἀμέραν ἄγαμον ἔτι δεῦρο ἀεί.* *[Pro *ὤφελ' ἀμέρα κτίσαι*, Reiskius conjicit, *ὤφελ' οὐ ματέρα κτίσαι.* vide strophes versum tertium, qui huic conjecturæ reclamat.] Liceat mihi quoque hariolari,

Ἄγαμόν μ' ἔτι δεῦρ' ἀεὶ
Χρόνος, παλαιὸς πατὴρ,
Ὤφελ' ἄμμορον κτίσαι
(Τί γάρ μ' ἔδει;) παίδων.
Innuptam me huc usque
Tempus, antiquus pater,
Utinam expertem fecisset
(Quod enim iis *mihi opus erat?) liberorum!*

Vide quæ sequuntur. Tota difficultas in voce *ἀμέρα* videtur latere. *ἄμμορον παίδων*, ut *ἄμμορος πάντων* Sophocles Philoct. ver. 182, et Pindarus Olymp. I. *ἄμμορος καλῶν.*

Ver. 789. (799.) *Τί γάρ* [e] *με δεῖ παίδων;* Scripserim potius *μ' ἔδει*, ut Sophocl. Œd. Tyr. 1355. *Τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾶν;* Noster Androm. 395. *Τί δέ με τεκεῖν ἐχρῆν;* Constructio (sive *με δεῖ*, seu *μ' ἔδει*) eadem esse potest quæ init. Hippolyti, *οὐ πόνου πολλοῦ με δεῖ.*

Mox, ver. 793. (803.) pro *στερεῖσθαι* mallem *στερεῖσα.*

Ver. 794. (804.) *Ἀλλὰ τάδ' ἤδη* &c. Hic in scenam inducuntur cadavera, seu arcæ ducum, Thebis allatorum. quibus visis, sequitur comploratio Adrasti et Chori, usque ad finem actus.

Ver. 796. (806.) [f] *Πῶς ἂν ὀλοίμην*, est, *Utinam peream!* sæpenumero ita in Euripide, ceterisque; et fere minus perspicue vertitur. Distingui potest, *Πῶς ἂν ὀλοίμην, σὺν τοῖσδε τέκνοις Κοινὸν ἐς* &c. *Πῶς ἂν* *interrogantis* est, ita tamen ut *optet.* Xenophon *Ἀναβ.* VII. p. 413. D. *Πῶς ἂν οὖν, ἔφασαν, ἡμῖν συλλεγεῖεν;* *Utinam nos, inquiunt, convenirent!* Vide quæ sequuntur. Versio ibi est, *At qui fieri poterit, aiunt Lace-*

786. De Attica locutione *δεῦρ' ἀεὶ* vide Gul. Canterum ad Æschyl. Eumen. 599. Kuster. ad Aristoph. Lysist. 1137. Hesych. v. *ἀεί.* Albert. ad Hesych. T. I. p. 104. Valckenær. ad Phœn. 1215. *Porsonus.* Vide ad Orest. 1679.

[e] *με δεῖ παίδων* phrasis est Euripidea, cujus exempla dum diligenter enotare profitebatur Valckenærius ad Euripid. Hippol. 23. omisit Ion. 1037. Herc. Fur. 1173. Hec. 1021. Phœn. 484. quod autem putat Euripidis propriam esse hanc constructionem, minus recte putat. Vide Æschyl. Prom. 86. Markland. ad Euripid. Iph. Aul. 1130. *Porsonus.* vide notam ad Orest. 659.

[f] Vide Valckenærium ad Euripid. Hippol. 208. *Porsonus.*

dæmonii, ut nostra caussa conveniant? Antoninus Imp. IX. 40. οὗτος εὔχεται; Πῶς κοιμηθῶ μετ' ἐκείνης; *Utinam cum illa concumbam!* vide ibi alia. In Arrian. Diss. II. 18. hoc exprimitur, ὄφελόν τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη!

Ver. 797. (807.) Κοινὸν ἐς ᾅδην καταβᾶσα. Bene, nisi aliter MSS. A. B. qui habent ες αδου, scil. δόμον, ut Orest. 1662. Arrian. Dissert. II. 6. et ubique. Κοινὸν adverbialiter sumendum, pro κοινῶς, *una*. κοινὰ eodem more frequenter. Valckenærius ad Phœniss. ver. 1490. hos anapæstos ita digerit,

Τῶν οἰχομένων
Παίδων· μελέα, πῶς ἂν ὀλοίμην
Σὺν τοῖσδε τέκνοις
Κοινὸν ἐς ᾅδην καταβᾶσα.

ut Basis Anapæstica Parœmiacum præcedat.

Ver. 798. (808.) Ante Στεναγμὸν posui 'Αδ. cum Barnesio. confirmat Cod. A. sed mallem Στενάγματ', propter ἀντίφωνα, quod sequitur. non tamen ut contextum mutarem, si consentiant Codices.

Ver. 804. (814.) Majori forte cum affectu distingui posset, Προσαυδῶ σε τὸν θανόντα; ut in isto Virgilii Æn. IX. 481. *Hunc ego te, Euryale, aspicio?* Σὲ τὸν θανόντα ut ver. 1023. i. e. σὲ, ὦ θανὼν, vel ὃς εἶ ὁ θανών.

Ver. 806. (816.) Αἶ, αἶ· ἐπάθομεν ὦ. Codd. A. B. hic notant $\overset{\pi}{\lambda\varepsilon\iota}$. i. e. λείπει, *deest aliquid*. Supplet Barnesius, δεινὰ πάσχομεν φίλοι, post Αἶ, αἶ. Sed hæc in contextum admitti non oportuit. rejeci itaque. Notat Heathius, deesse versum unum qui hunc proxime præcedere, et priori parti versus 819 opponi debebat.

Ver. 808. (818.) Pro πότμον Cod. A. πονον. non male. et ver. 809. pro κἀμὲ δῆτα τὴν, Idem, δητ εμε γε την. C. οgωσιν δητ εμε γε την. His similia sunt ista Sophoclis Œdip. Colon. 921.

ΚΡ. Ὁρᾶτε ταῦτα τῆσδε γῆς ἐγχώριοι;
ΟΙΔ. Ὁρῶσι κἀμὲ καί σε.

Ibid. Ὦ πόλις 'Αργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε; "Putares 'Αθηνᾶς "leg. esse. Sed prior, quæ hactenus Athenis fuit, scena jam deinceps "Argis erit, solito Euripidæ et dramaticorum æqualium artificio, "tunc temporis non miro, hodie incredibili. Deinde, ver. 1165.

808. Aristoph. Plut. 601. Eq. 810. Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει. *Porsonus.*

"redit rursus Athenas." *Reiskius.* Existimavi scenam per totum hoc drama esse Eleusine; ut in argumento, Ἡ μὲν σκηνὴ, ἐν Ἐλευσῖνι: nunquam Argis, neque Athenis, sic ver. 365. loco simillimo, quando Chorus dicit, Ἱππόβοτον Ἄργος, &c. *Argi*, i. e. *o cives Argorum equis-pascendis-aptorum, o patrium meum solum*, AUDIVISTIS *hæc* &c. loquitur Eleusine, non Argis. et ita hic Adrastus, Ὦ πόλις Ἀργεία, τὸν ἐμὸν πότμον οὐκ ἐσορᾶτε; *O civitas Argiva*, i. e. *O cives Argivi*: ipse tamen Eleusine existens, non Argis. neque hujusmodi translationis scenæ in eodem dramate ullum exemplum in veteribus dramaticis memoriæ occurrit. Horatii istud, *modo me* THEBIS, *modo ponit* ATHENIS, quod et in hac fabula factum est, non intelligi debet de translatione scenæ dramatis ad Thebas vel Athenas; sed de Poëta qui lucide et eleganter et quasi in re præsenti narrat in scena ea quæ Thebis si forte, vel Athenis gesta sunt, semper tamen manente scena dramatis eodem loco ubi primum fuit constituta; ut hic, Eleusine; nunquam translata ad Athenas, vel Thebas, vel Argos, in eodem dramate. Eleusina Evadne Argis profugit: Eleusine Capaneus et Evadne combusti sunt: Eleusina Chorus primum accessit, et Æthram ibi invenit, et per totum drama ibi manebat. quod est certissimum istius immutabilitatis, quam dixi, indicium. et ita factum deprehendes in omnibus, opinor, Euripidis, Sophoclis, et Æschyli Tragœdiis, ut, ubicumque Chorus permanet (et semper permanet eo loco ubi primum collocatus fuit,) ibi sit scena dramatis, et ea semper immutabilis, in eodem dramate.

Pro τὴν τάλαιναν, forte τὰν: licet non ex toto necessarium sit.

Ver. 811. (821.) Προσάγετ' ὦ δυσπότμω. Metrum non convenit strophico. Codex A. προσαγετε δυσποτμων. Scribo, Προσάγετε τῶ δυσπότμω. cui ultimæ voci par est ματέρες in strophe. nam secunda in δυσπότμω brevis est, ut ver. 808, et alibi sæpe.

Ver. 813. (823.) Σφαγέντα τ' οὐκ ἀξί', οὐδ' ὑπ' ἀξίων. [g]Necesse est ut

[g] Gravissime hallucinatur Vir doctissimus. Sanus est locus. Ἀπύω primam producit Sophocl. Aj. 896. Æschyl. Pers. 123. Euripid. Hec. 155. Orest. 1259. Aristoph. Eq. 1020. Pindar. Olymp. V. 45. Difficile est statuere qualem huic voci quantitatem affixerit Dausqueius ad Q. Calabr. VI. 211. Errare non potuisset Marklandus, si meminisset Ionici ἠπύω adhibiti Homero Il. Ξ. 399. Od. K. 83. P. 271. loca Sophoclis et Euripidis alio consilio notavit P. Wesselingius ad Herodot. II. 15. *Porsonus.* Similes sunt versus supra 611. 621. Phœniss. 350. (347.) ne alios memorem. Constant ex dipodia Iambica et hephthemimeri trochaica.

hæc sint corrupta. sic enim strophe, ver. 800, Ἀΰσατ', ἀπΰσατ', ἀντίφων' ἐμῶν: qui est Iambus trimeter brachycatalectus. Forte, Σφαγέντ' ἀνάξι', οὐδ' ὑπ' ἀξίων, *Interfecta indigniter, neque a dignis.* Οὐκ ἄξι' fuerit explicatio alterius, ἀνάξι'.

Ver. 814. (824.) Ἐν οἷς ἀγὼν ἐκράνθη. E regione hujus versus Cod. A. ponit Χο. notam Chori; et scribit εγων εκρανθην. B. quoque habet εγων. Et ad ver. 815. Idem A. ponit Αδρ. *(Hæc sunt confusissima.) *[" Ἐν οἷς subintell. τόποις, *in illis locis, ubi.*" *Reiskius.*]

Ver. 818. (828.) Post ἔχεις, secundo loco, signum interrogat. deesse puto: ut Alcest. 1119. Ἔχεις; respondet Admetus, Ἔχω, ναί. Apposite Cyclop. 679. quærit Chorus, Ἔχεις; respondet Cyclops, κακόν γε (scil. ἔχω) πρὸς κακῷ, τὸ κρανίον Παίσας κατέαγα. Sophocles Ajac. 885. roganti Semichoro, Ἔχεις οὖν; respondet alter, Πόνου γε (sc. ἔχω) πλῆθος, κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον. Brodæus dicit Adrastum hæc loqui, et ejus esse integrum carmen. et Heathius tollit distinctionem post ἔχεις, quia βάρος regitur ab ἔχεις. *[Sed] vetustæ editiones ita habent, Ἔχεις, ἔχεις. ΑΔ. πημάτων γ' ἅλις βάρος. quod *(earum auctoritate) restitui, Barnesio aliter edente.

Ver. 819. (829.) τοῖς τεκοῦσι δ' οὐ λέγεις. Codd. A. B. ita: περισσον / τοις τεκουσι. quasi hæc essent a mala manu. certe obscura sunt: vel, ut verius dicam, non intelligibilia; mihi saltem. Si abjiciantur, omnia recte procedent. vide strophen, ver. 806: ubi notat Heathius, hunc versum (819.) in duos dividi oportere, quorum posterior versui 806. respondebit, si ita scribatur, αἶ, αἶ, ἀΐετέ μου. Ibi est Αἶ, αἴ. ἐπάθομεν ὦ.

Ver. 822. (832.) Pro δέμας, A. δεμας γ'. *[Recte, credo.]

Ver. 824. (834.) κακῶν πέλαγος. Ut Herc. Fur. 1088. κακῶν δὲ πέλαγος εἰς τόνδ' ἤγαγες; Vide Hippol. 822. Æschyl. Prometh. 745. Pers. 433.

Ver. 829. (839.) Κατά με πέδον γᾶς ἕλοι. Id est, πέδον γᾶς καθέλοι με: ut Sophocl. Œd. Colon. 1762. κατά με φόνιος Ἀΐδας ἕλοι. ex Homerico forte, τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Pro πέδον γᾶς, A. πελαγος γας. Deinde, Διὰ δὲ θύελλα σπάσαι, i. e. θύελλα δὲ διασπάσαι, sc. με.

Ver. 831. (841.) Πυρός τε. Aut πυρόεις leg. aut ver. 832 ἐκ Διός. *Reiskius.*

Ver. 834. (844.) Πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν
Ἔγημας. ἁ πολύστονος &c.
Et funestum oraculum Phœbi secutus,

Nuptum dedisti filias viris: luctuosa enim &c.

Neque sensus, neque lingua. Lego, et distinguo:

Πικροὺς ἐσεῖδες γάμους,
Πικρὰν δὲ Φοίβου φάτιν·
Ἔρημα δ' ἁ πολύστονος
Οἰδιπόδα δώματα
Λιποῦσ', ἦλθ' Ἐριννύς.
Tristes vidisti filiarum *nuptias,*
Et funestum Phœbi oraculum:
Vacua autem luctuosa
Œdipi domo
Relicta, migravit Erinnys in tuam.

Similis aliquatenus querela infra ver. 1078. δ et σ, sæpe confunduntur, ut alibi notavi. Phœniss. 355. τὸ δαιμόνιον Κατεκώμασε δώμασιν Οἰδιπόδα.

Ver. 838. (848.) *[Μέλλων σ' ἐρωτᾷν, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ Γόους, &c. Per σε, vult Chorum, non Adrastum, ob id quod sequitur, νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ· ubi Ἄδραστον plane opponitur huic σε. Et ita Reiskius. Quod vero dicitur, ἡνίκ' ἐξήντλεις στρατῷ γόους, non intelligo. non enim apparet ubi Chorus (vel Adrastus) in superioribus luxerit coram στρατῷ, sive *exercitum,* seu hominum *magnum cœtum* sub στρατῷ contineri dicas. Budæus dicit, ἐξαντλεῖν γόους hic significare *exantlare et perferre luctus.* Neque hoc intelligo quid hic velit. Aldina distinguit post στρατῷ, et cetera continuat. Editio Brubach. habet ἐξήντεις· unde Reiskius ἐξήνυτες· quod mendum est, opinor, typographi, propter amphimacrum ἤνῦτες: qui pes in versu iambico locum non habet. Idem delet comma post ἀφήσω, et conjungit ἀφήσω τοὺς ἐκεῖ μύθους, vertens, *omittam sermones quos tunc volebam facere.* Recte, credo, τοὺς ἐκεῖ μύθους, *priores sermones,* ut τῆς ἐκεῖ πάτρας, *prioris patriæ,* apud Helen. 149. Heathius per σε intellexit *Adrastum,* et idcirco legit ἀφῆκα pro ἀφήσω. Μύθους εἰς τὰ σὰ, *sermones* vel *quæstiones quæ spectant ad te* vel *res tuas,* ut Ion. 759. συμφορὰν εἰς ἐμὲ, *rem quæ ad me spectat.* Per ἡνίκ' ἐξήντλεις γόους Theseus videtur innuere locum istum versu 277. et sequentibus. Historiam habes loci hujus. jam quid sit στρατῷ, explicet qui potest, et conjiciat qui vult. Ego non nisi unicam vocem invenire possum quæ sensui, metro, et linguæ plane satisfaciet. quia autem vulgatæ στρατῷ adeo dissimilis est, neque possum caussam adferre probabilem tantæ mutationis, eam reticebo,

μὴ γέλωτ' ὄφλω, ut ille mox ait. Proxima est προτοῦ, *ante:* nempe, ver. 277. et seqq.] *(838. ἐξήντλεις στρατῷ γόους. Theseus Chorum alloquitur. Lego, στρατοῦ γόους, *lamenta ob* amissum *exercitum:* quod Chorus fecit, ver. 277. &c. Sic φθόνῳ θυγατρὸς, *ex ira* ob *filiam*, Iph. Taur. 1268. μέλος τύχης, *carmen* seu *querela* ob *fortunam*, Iph. Aul. 1280. γόους τύχης, hac fab. 1198. πένθος παίδων 1117. Et ita conjecerat vir eruditissimus Joannes Fosterus.)

Ver. 840. (850.) Pro ἱστορῶ A. B. ἱστο ἱσωρῶ. C. ἱστ εἰσορῶ. Ἄδραστον ἱστορῶ, non est, σε, ὦ Ἄδραστε· nam hoc Græce foret, σὲ τὸν Ἄδραστον ἱστορῶ, cum articulo. dicam ad Iphig. Aulid. 791. vide et ad ver. 110. hujus dramatis.

Ver. 842. (852.) Θνητῶν ἔφυσαν; εἰπέ γ', ὡς σοφώτερος,
Νέοισιν ἀστῶν τῶνδ'· ἐπιστήμων &c.

Distinxi post σοφώτερος. Sensus potest esse: Dic, o Adraste, (nam tu *peritior es*, et commodius potes hoc facere quam fœminæ, Chorus) his juvenibus, civibus Atheniensibus, ut exemplum iis prosit. Distingui quoque potest post Νέοισιν, et sequentia continuari; et tunc sensus erit, *Tu enim horum, utpote civium tuorum, virtutes, et facta, et originem, probe cognita habes.* Quinetiam sic: Νέοισιν ἀστῶν· τῶνδ' ἐπιστήμων γὰρ εἶ. tunc ἀστῶν proprie erit positum, ut prius, de *civibus Atheniensibus:* τῶνδε vero de *Ducibus cæsis*, δεικτικῶς, ut οἵδε paullo ante: quia ante oculos eorum jacebant cadavera. Hæ ambiguitates in distinctionibus, magnas nobis difficultates sæpe creant: nullæ erant iis qui hæc pronunciata audiebant. Ecquis nunc potest dicere, quænam harum a calamo Euripidis fuerit? Hæc cum ita sint, orandi sunt Viri Docti, ne nimis irasci velint iis, qui communi jure utentes, hoc vel isto modo malint distinguere, cum uterque incertus sit.

Pro θνητῶν cod. A. θνητων γ'. optime. vid. ad ver. 161. γ' in eodem iambico versu sæpe bis ponitur. Constructio vocis Θνητῶν incertior est. *(Distinctio incertissima; tribus enim modis distingui potest.) Interpretes videntur eam conjunxisse cum οἵδε. præstaret forte πόθεν θνητῶν, ut in isto Homeri, πόθεν εἷς ἀνδρῶν; si et ibi πόθεν conjungendum est cum ἀνδρῶν.

838—840. Μέλλων σ' ἐρωτᾷν, ἡνίκ' ἐξήντλει λόγους Κῆρυξ Κρέοντος, τοὺς ἐκεῖ μὲν εἰς τὰ σὰ Μύθους ἀφῆκα. νῦν δ' Ἄδραστον ἱστορῶ. Brunckius, optimus omnium poeta, ad Euripid. Orest. 845. qui poeseos suæ aliud specimen exhibet ad Æschyli Theb. 578. aliud Med. 942. *Parsonus.*

Ver. 844. (854.) κρεῖσσον' ἢ λέξαι λόγῳ Τολμήμαθ'. Sic κρεῖσσον' ἢ φέρειν κακὰ, *mala majora quam ut quis ea ferre possit*, Hecub. 1114. νόσημα μεῖζον ἢ φέρειν, Sophocl. Œd. Tyr. 1316. μεῖζον ἢ πενθεῖν κακὸν, Bacchylides ap. Stob. Tit. 121. Herodotus dixisset ἔργα λόγου μέζω, lib. II. 35. Plenam locutionem exhibet Xenophon Ἀπομν. III. p. 770. C. μεῖζον ἢ ὥστε φέρειν δύνασθαι κακόν. Hoc loco εἶδον non est *vidi*; sed *intelligo*: non enim *vidit* horum facta Theseus, ver. 523. Heathius recte vertit, *novi*.

Ver. 848. (858.) τρῶμα. Ionicum hoc est pro τραῦμα: ut θῶμα apud Herodotum pro θαῦμα. Sed omnes codices bene hic habent τραυμα. vid. Dorvill. ad Chariton. p. 461. Pro λόγχης πολεμίων non male legeretur λόγχης πολεμίας, si ita exemplaria.

Versu antecedenti, Ὅτῳ ξυνέστη &c. Euripides hoc loco videtur tangere Æschylum in Ἑπτ. ἐπὶ Θηβ. ubi multus est in describendo quis cui opponeretur in prœlio[i].

Ver. 849. (859.) Κοινοὶ γὰρ οὗτοι τῶν τ' ἀκουόντων λόγοι
Καὶ τοῦ λέγοντος, ὅστις ἐν μάχῃ βεβὼς, &c.

Hoc est, "Nam stultitia hujusmodi sermonum et quæstionum *com-* "*munis est*, i. e. pertingit ad *quæsitores, interrogatores*, æque ac ad "istum *narratorem*, qui, in ardore pugnæ, cum circumvolitent eum "crebræ hastæ et jacula, tamen ausus fuerit dicere, quis et quis se in "prœlio fortiter gesserit. Æque stultum est velle *narrare* hæc; ac "de iis *quærere*: idcirco te de his rebus non interrogabo *(utriusque "causa.)" Κοινοὶ τῶν τ' ἀκουόντων &c. ut, τόδε κοινὸν πάσης Ἑλλάδος ver. 538. Βεβὼς hic nihil aliud est quam *existens, qui est*, a verbo *gestus* βαίνω, *vado, sum*. ποῦ κυρεῖ βεβῶς Iph. Taur. 1285. *ubi est?* non, *quo abiit*, ut vertitur: nam vetant proxime sequentia. Vide ad ver. 665. Frequentissime in hujus vocis sensu et versione erratum est. In secundo versu mallem, etiam sine MSS. Καὶ τοῦ λέγοντος. [k]τίς γὰρ ἐν μάχῃ βεβὼς, &c. cum interrog. ad finem sententiæ: vide locum Electræ in nota proxime sequente. nam ος ante τις, a scriba repetitum ex præcedenti λέγοντος, necessario extruderet γὰρ, metri caussa: et in restituendo hoc scriptore, sæpe necesse erit sequi (sed non in con-

[h] Laudat Valckenærius ad Hippol. 1216. confer eundem ad Phœn. 710. Vid. Larcherus ad Herodot. II. 35. *Porsonus.*

[i] Confer. Phœniss. 799. (763.) Paullo supra de vv. τρῶμα θῶμα conf. Koën. ad Gregorium p. 196.

[k] Mihi emendatio ista parum Græca videtur. Ni fallor enim, dicendum erat τίς σαφῶς ἀπηγγείλει' ἄν, ut in loco quem citat, τίς μάρτυς γένοιτ' ἂν Electr. 378. *Musgravius.*

textum admittere) quod probabile est eum scripsisse, potius quam quod in nostris exemplaribus nunc invenitur. Κοινοὶ Heathius vertit *vulgares*. Reiskius, κενοὶ conjicit. Mihi verum videtur κοινοὶ, eo modo quo explicavi; quamquam κενοὶ (quemadmodum conjeceram) primo aspectu blandietur plerisque. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 695. οἱ ἀκούοντες, *audientes*, iidem sunt qui οἱ ἐρωτῶντες, *interrogantes, quærentes*: quibus opponitur ὁ λέγων, *narrator*. vide Hecub. ver. 236. Orest. 1614.

Ver. 852. (862.) Σαφῶς ἀπήγγειλ', ὅστις ἐστὶν ἀγαθός. Sententia eadem in Electr. 378.

τίς δὲ πρὸς λόγχην βλέπων
Μάρτυς γένοιτ' ἂν, ὅστις ἐστὶν ὡ 'γαθός;

prout ibi recte edidit Barnesius, et hic edere debuit, ὡ 'γαθὸς nempe, pro ὁ ἀγαθὸς: qualia plura notavi ad Iphig. Aulid. 644. Ἀγαθὸς proprie de strenuis in bello. Miltonus hic margini adscripserat ὡ 'γαθός.

Pro ἀπήγγειλ' Cod. A. επηγγειλ'.

Ver. 854. (864.) Pro ἂν mallem αὖ· quia hæ particulæ sæpissime commutantur, et quia ingrata est ἂν toties repetita intra quatuor iambos. Tolerabilior est in Sophocl. Œd. Tyran. 1250. οὔτ' ἂν Ἴστρον οὔτε Φᾶσιν ἂν Νίψαι &c. quia ἂν bis positum notissimi est usus, prosaïcis etiam scriptoribus frequentati. et tamen ibi mallem Φᾶσιν αὖ. Reiskius quoque οὔτ' αὖ, [1] *neque vicissim*.

Ver. 858. (868.) Δίδως ἔπαινον, τῶν ἔγωγε βούλομαι. Conjeceram ὧν, cum eruditiss. Piersono Verisimil. I, 6. Sed locorum multitudo ex Euripide et aliis Tragicis, in quibus articulus præpositivus ponitur pro subjunctivo, ὁ pro ὃς, (qui mos, ex veteri lingua Attica, ab Ionicis servatur scriptoribus) sententiam mutare me cogit. Delerem solummodo virgulam post ἔπαινον. Alioquin distingui posset, Δίδως ἔπαινον, τῶνδ' ἔγωγε &c. pro τούτων.

Ἔπαινον est quod nunc vulgo dicitur *elogium*, et *laudatio*. vide Xenophont. in Agesilao p. 672. D. Plutarchum Bruto p. 993. B. et Aristidem Panath. p. 190. ed. Jebb. *[" Δίδως ἔπαινον significat hic loci " *das in mandatis, jubes, imperas*." *Reiskius*.]

Ver. 860. (870.) τὸν ἁϐρόν. Sensu bono, si scriptura recte habet, *[neque leg. ἀδρὸν[m]] ut ἁϐρὸν πλοῦτον, *splendidas opes*, Pindaro Pyth.

[1] Et Musgravius.

[m] Hanc vocem Sthenidæ Pythagorico apud Stobæum Serm. XLVI. p. 332, 30. restituendam aliquando putabat

III. et ἁδρὸν κῦδος Isthm. I. τὸ τῆς ἀρετῆς ἁδρὸν καὶ καλὸν Athenæo XV. 10. p. 687. C. ποσὶν ἁδρὰ παθεῖν, *pedibus bene esse*, in farragine quæ vocatur Theognidis Γνῶμαι, ver. 718. ed. Turneb. Paris. 1555. Γαστρί τε, καὶ πλευραῖς, καὶ ποσὶν ἁδρὰ παθεῖν. vide præcedentes tres versus; qui (cum lectionum aliqua varietate) citantur ut Solonis a Plutarcho init. vitæ ejus, p. 79. C. Cujuscumque tamen sint, dignos eos putavit quos verteret Horatius, 1 Epist. XII. 5.

Si ventri bene, si lateri, pedibusque tuis, nil
Divitiæ poterunt regales addere majus.

τῷ ἁδρὸν favet Statius Theb. III. et Æschylus cum Scholiast. Ἑπτ. ἐπὶ Θήβ. ver. 430. *[Aliquis forte distinguat, Ὁρᾷς τὸν, ἁδρὸν οὗ &c. τὸν pro τοῦτον, et ἁδρὸν βέλος pro *fulmine*.]

Ver. 862. (872.) Ἥκιστα δ' ὄλβῳ γαῦρος ἦν. Plutarchus in Pelopid. p. 279. B. ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Καπανεὺς, Ὧι βίος μὲν ἦν πολὺς, Ἥκιστα δὲ δι' ὄλβον γαῦρος ἦν. Memoriter, opinor, et ad sensum citavit Plutarchus. Zeno hos versus in ore semper habebat: Diog. Laertius VII. 23.

Ibid. Φρόνημα δὲ Οὐδέν τι μεῖζον εἶχεν ἢ πένης ἀνήρ. Considerandum est, non Poëtam in sua persona hic loqui, sed Adrastum, Capanei amicum, et in cujus partim caussa Capaneus periit. alioquin, cum his conciliari non possunt ea quæ alibi de hujus Capanei superbia et γαυρότητι narrantur.

Ver. 864. (874.) Φεύγων, τραπέζαις ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν, Τἀρκοῦντ' ἀτίζων. *[Vel, ἐξογκοῖτό γ' ἄν. Brodæi αἰτίζων peccat in metrum.] Athenæus IV. 15. [p. 159. A.] pro φεύγων citat ψέγων, et Τ' ἀρκοῦν ἐπαινῶν, et εἴ τις pro ὅστις. post ἄγαν majorem distinctionem ponit, ἐξογκοῖτ' ἄγαν· Τ' ἀρκοῦν ἐπαινῶν. Sed lib. VI. 13. [p. 250. E.] citat Μισῶν τραπέζας ὅστις ἐξογκοῖτ' ἄγαν. ex parodia, quasi fuisset τραπέζας ἐκσογχοῖτ' ἄγαν, *mensas sonchis oneraret*. vide locum: et de *soncho* vili legumine, Plinium XXII. 22. Meminit ejus et Antiphanes Comicus, ap. Athenæum II, 19. p. 60. et Matron p. 64.

Ver. 867. (877.) Φίλος παροῦσί τε
Καὶ μὴ παροῦσιν· ὧν ἀριθμὸς οὐ πολύς.

Ita de se Hippolytus, ver. 1001. Ἀλλ' αὑτὸς οὐ παροῦσι, κἀγγὺς ὢν

Wakefieldius. ἄριστα δὲ καὶ μιμέοιτο (βασιλεὺς scil.) τοῦτον (h. e. Θεὸν) εἰ μεγαλόφρονά τε, καὶ ἁδρὸν, καὶ ὀλιγοδεέα παρασκευάζοι αὑτὸν, πατρικὴν διάθεσιν ἐνδεικνύμενος τοῖς ὑφ' αὑτῷ. Edd. Gesner. et Trinc. ἁδρὸν, sed Gesnerus in marg. *Lego* σοφόν.

φίλος. non recte αὐτὸς [u] ibi legitur. Epicurus apud Laërtium X. 118. μόνον τε χάριν ἕξειν τὸν σοφὸν φίλοις καὶ παροῦσι καὶ ἀποῦσιν ὁμοίως. Distinxi post παροῦσιν plenius quam ante. ὧν est οἵων, *qualium hominum numerus non est magnus:* Troad. 477.

Pro παροῦσί τε Ald. Hervag. et Codd. A. B. τοῖς παροῦσί τε. ex interlineari explicatione τοῖς. et ita Brubach. edit. monente Reiskio, qui legit, Φίλοις τ' ἀληθὴς ἦν φίλος· aut sic, Φίλος τ' ἀληθὴς ἦν φίλοις παροῦσί τε—

Ver. 871. (881.) Pro Τὸν δὲ conjicitur Τῶνδε, ut ver. 881. Sed cum exemplaria non varient, et ferri possit vulgata, nihil mutarem: neque ver. 870. legerem οὔτ' ἐς οἰκέτας, quia sequitur, Οὔτ' εἰς πολίτας. vide magnum Dorvillium ad Chariton. p. 721.

Ver. 872. (882.) Ἐτέοκλον, ἄλλον χρηστότητ' ἠσκηκότα. Ἄλλον construi potest cum δεύτερον versu præcedenti, si quis malit, sublata distinctione post Ἐτέοκλον: quod sæpe fit, cum vox ἄλλον, quoad sensum, omitti potest: vide ver. 888. Troad. 614. δεύτερον ἄλλο κακὸν Sophocles Antig. 1304. ut ἕτεραι δεύτεραι Demosth. in Midian. p. 144. ed. Taylor. Hoc loco imitatur forte Æschylum Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 492. Τέταρτος ἄλλος, γείτονας &c. et ibid. ver. 430. Γίγας ὅδ' ἄλλος &c. ubi tamen forte scrib. ἄλλου. vide locum, et Scholiasten [o]. Ex veteri Attica loquela sumtum hoc esse conjicere quis posset ex Herodoto lib. iv. 48. Καὶ ἄλλος Τιαραντὸς, &c. et cap. 53. μετὰ δὲ τούτους, πεμπτὸς ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης. Lib. I. 197. Δεύτερος δὲ σοφίῃ ὅδε ἄλλος σφι νόμος κατεστήκεε. et ita passim loquitur ille: sed et Demosthenes. neminem autem novi, vel memini, qui dicit ἕτερος ἄλλος, quemadmodum fit supra ver. 572. et Orest. 345. οἶκον ἄλλον ἕτερον. ubi vide Barnesium et Kingium.

Ver. 873. (883.) τῷ βίῳ μὲν ἐνδεής. Mirum est, unde hic Eteoclus ut pauper describatur, cum filius esset Iphidis, patris Evadnes, qui per totam subsequentem narrationem videtur fuisse unus ex principibus Argivis, et qui appellatur ἄναξ ver. 986. Τῷ βίῳ hic, ut supra 861, quod est ὄλβος 862. sic ἀλαζονεία τοῦ βίου, *jactantia* vel *ostentatio opum*

[u] Confer Valckenærium ad Phœn. 927. qui in Hippolyto postea ex Marklandi emendatione edidit ὡὑτός. Confer eundem ad Hippol. 659. ubi pro ὡς ἂν αὐτὸς in Sophocl. Philoct. 1324. (1368.) legit ἕως ἂν ὡὑτός. *Porsonus.* Legantur Valckenærii observata ad Hippol. 925.

875. Teles Stobæi p. 575, 22. *Porsonus.*

[o] ἄλλου edidit Brunck. ex duobus MSS. quorum unus in textu, alter superscriptum ἄλλου exhibebat. *Porsonus.*

seu *fortunarum* D. Joan. 1 Epist. ii. 16. non *superbia vitæ.* vid. cap. iii. 17.

Ver. 874. (884.) Πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείᾳ χθονί. Legi posset divisim ἔσχ᾽ ἐν Ἀργείᾳ. sed non opus. Teles apud Stobæum Serm. xciii. p. 516. paullo aliter hunc locum citat: οὐκ ἀπὸ τρόπου δέ μοι δοκεῖ οὐδ᾽ ὁ Εὐριπίδης ἐγκωμιάζειν τὸν Ἐτεοκλέα (l. Ἐτέοκλον,) διότι πενίας μὲν ἐνδεὴς ἦν,

Πλείστας δὲ τιμὰς ἔσχεν Ἀργείων πόλει.

Ver. 875. (885.) δωρουμένων. *Dare volentium.* sequitur enim, *non recepit.* quale supra notavi ad ver. 740. Deinde, ὥστε τοὺς τρόπους Δούλους παρασχεῖν, χρημάτων ζευχθεὶς ὕπο· pro quibus Stobæus Tit. xliv. p. 307. [p] οὔτε τοὺς τρόπους Δούλους παρέσχε χρημάτων πεισθεὶς ὕπο. sic δοῦλον παρασχὼν θάνατον, Orest. 1175. pro δουλικὸν, ut παρθένους χεῖρας pro παρθενικὰς, Ion. 270.

Ver. 878. (888.) Idem [q] Τοὺς δ᾽, non τ᾽: et pro τὴν πόλιν, τὴν τύχην: non tam bene. nam Euripides dicit, Eteoclum hunc odisse τοὺς ἐξαμαρτάνοντας, Eteoclea scil., *injuste agentem;* sed non *civitatem* ejus, Thebas. et sequitur ratio quare non oderat *civitatem* ejus: ἐπεί τοι κοὐδὲν αἰτία πόλις Κακῶς κλύουσα διὰ κυβερνήτην κακόν. ubi iterum mireris discrimen in Stobæo: ἐπεὶ κατ᾽ οὐδὲν αἰτία πέλει Κακῶς ἀκούειν διὰ &c. Sed sincerior videtur lectio Codicum A. B. C. ἐπεί τοι γ᾽ οὐδὲν αἰτία &c. οὐδὲν est κατ᾽ οὐδὲν, idem quod οὐκ, pro quo sæpe ponitur. Πέλει istud in Stobæo poëtica vox habetur. sed sæpe ea utuntur Tragici, in Iambis. *[Cl. Reiskius ita legit, Ἤχθαιρε, πεισθεὶς οὐδὲν ἀξίαν πόλιν Κακῶς κλύειν ἂν διὰ—aut, Ἤχθαιρε πᾶσαν, οὐδὲν ἀξιῶν πόλιν κακῶς κλύειν ἂν διὰ—vel tandem, quod mavult, Ἤχθαιρεν, εἰ τύχῃ οὐδὲν αἰτία πόλις, *non oderat urbem, si forte male audiret ob malum rectorem, ipsa innocens.* De hiatu isto, τύχῃ οὐδὲν, in Tragicorum iambis nunquam viso, dixi supra ad ver. 109.]

Ver. 882. (892.) ἐτόλμησ᾽—τραπέσθαι. Id est, ἐτρέψατο, *vertebat se:* ut τολμᾷς ἀπαλλάξαι pro ἀπαλλάττεις, Hecub. 1229. τολμᾷς ἐπαινεῖν, *probas,* Sophocles Electr. 1057. vide Medeam 590. D. Joan. xxi. 12.

Ver. 883. (893.) πρὸς τὸ μαλθακὸν βίου, conjicitur τε pro τό. cui favet Cod. B. qui habet βίον. sed quare mutaremus? Reiskius, πρός τε μαλθακὸν βίον.

Ver. 886. (896.) Ἵπποις τε χαίρων, &c. Dubitari forte potest de χαί-

[p] οὐδὲ Trincavellus.

[q] Ita quidem Trincavellus et Gesnerus; correxit Grotius.

ρων cum præcessit ἔχαιρε: vel de ἔχαιρε isto. Σκληρὰ διδοὺς, est, opinor, *injungens dura, τῇ φύσει, sibi.* vid. Aristoph. Νεφ. 515. Soph. Electr. 688. Vel ἔχαιρε διδοὺς idem quod ἔχαιρε διδόναι. *(distinctione posita post ἔχαιρε.) [*Reiskius: "τῇ φύσει est idem atque τῷ σώματι aut τῇ "τροφῇ. *onerabat adolescens suum rebus duris.*" Idem, ἔσκαιρε πρὸς τάνδρεῖον.] De metaphora in voce σκληρὰ, vide Galenum citatum a Casaubono ad Athenæum i. 21. p. 62.

Ver. 887. (897.) παρασχεῖν σῶμα χρήσιμον, ut Demosth. contr. Aristocrat. p. 326. νῦν δέ γ' εἰσὶ φίλοι, καὶ χρησίμους παρέχουσιν αὐτούς. adv. Phœnipp. p. m. 221. δεῖ γὰρ τοὺς εὐπόρους χρησίμους αὐτοὺς παρέχειν τοῖς πολίταις.

Ver. 888. (898.) Κυναγοῦ Doricum est, pro κυνηγοῦ. sed tam sæpe ita scribitur (si exemplaribus fidendum sit) ut in Atticam loquelam usu sumta videri possit, quemadmodum ἕκατι, Ἀθάνα, et similia. vide Cl. Valckenær. ad Phœniss. ver. 11. et 1113.

Ver. 891. (901.) Παιδεύεται κατ' Ἄργος. Ex Æschyl. Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 554. de Parthenopæo: Μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφάς. Ceterum παιδεύεται pro ἐπαιδεύετο, qualiter sæpissime scribunt ob metrum, ut ἐλαύνεις pro ἤλαυνες ver. 131. φαίνεται pro ἐφαίνετο, ver. 30. φυτεύει pro ἐφύτευε, 986.

Ver. 893. (903.) πόλει. i. e. πολίταις, *civibus.*

Ver. 898. (908.) λυπρῶς δ' ἔφερεν, εἴ τι δυστυχεῖ. Ita edidit Barnesius, nescio an primus, [r] pro ἔφερ', syllaba ad metrum deficiente. Sine libris quidquam ne mutetur in δυστυχεῖ: vide notam ad ver. 891. et Dorvill. ad Chariton. p. 132, de modorum variatione. Reiskius legit, εἴ τι ἐδυστύχει: vide ad ver. 109. de hiatu, et Iphig. Taur. 668, pro δυστυχεῖ, ut Ἄργος εἰ πράσσει καλῶς. Heathius putat syntaxin poscere [s] δυστυχοῖ. *[Sed hoc in Attico scriptore foret δυστυχοίη potius, in numero singulari Atticismo servato, ut fieri solet. et ita putarem in Phœniss. 963. ubi cod. Flor. habet οἰωνοσκοποῖ, verius esse, quod nunc legitur οἰωνοσκοπῇ, quia si potentialem voluisset Euripides, scripsisset potius οἰωνοσκοποίη. Ita Hecub. 329. Kingius edidit εὐτυχοι, volens εὐτυχοῖ. sed Aldina ibi habet, εὐτυχῇ, et ἔχηθ' versu sequenti. Ob quam rationem Atticam, Polymestor in eodem dramate ver. 1173. dicit κινοίην χέρας,

890. Citat Schol. Phœn. 1188. *Porsonus.*

[r] Sic primus, credo, edidit Grotius in Excerptis p. 267.

[s] Musgravius cum Heathio præfert δυστυχοῖ.

non κινεῖμι. Dixi, *in numero singulari servato Atticismo*, quia in *duali* et *plurali* ad Communem formam sæpe revertuntur Attici. rarius in singulari: nonnunquam tamen.]

Versu proxime sequenti, recte tuetur ὅσας Barnesius, contra [t] ἴσας Canteri. ἐραστὰς ibi est *mares*, qui eum amaverunt, et ἀπὸ θηλειῶν ὅσας dici potest quasi cum admiratione, *quot, putas, inter fœminas! θαυμαστὸν ὅσας*, vel πλείστας ὅσας. vid. Schol. Aristoph. Acharn. ver. 1. Quod vero de Tydeo hic narratur combusto Eleusine, et de ossibus ejus Argos reportatis, quomodo conciliabimus cum iis quæ ejus filius Diomedes refert apud Homer. Iliad. Ξ, 114. Τυδέος, ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε.

Ver. 901. Τυδέως δ' ἔπαινον. Τυδέως est amphimacer, qui pes non stabit in ullo loco senarii. Pronuntiandum est dissyllabice. et quia rationi non videtur consentaneum ut vocalis ulla in pronuntiatione Iambi pereat, εως efferendum forte eodem sono quali Nos efferremus yως, et qualiter efferimus vocabula *York, yonder, Fludyer*, &c. Τυδέως, Τυδ-yῶς: quo pacto servatur metrum, neque sonus literæ ullius amittitur. Dubitari enim potest, an ulla fuerit elisio apud Tragicos Græcos (in Iambis dico,) in qua sonus ullius vocalis inter pronuntiandum penitus interiret. cujus dubitationis fundus esse potest subsequens historiola: [u] Hegelochus Tragœdus agebat Euripidis Oresten: in qua fabula, Orestes ex insano ad sese redire incipiens, dicit (Orest. 279.) Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ, i. e. γαληνά: *Ex tempestate enim rursus tranquillitatem video.* Debuit Hegelochus uno tenore continuasse totum senarium, et ita, ut auditoribus ex pronuntiatione ejus innotesceret, literam ultimam in γαληνὰ elisam fuisse ob subsequens ὁρῶ: sed spiritu ejus infeliciter deficiente in γαλην', recipiens se pergebat ad ὁρῶ antequam ullam synalœphes seu elisionis significationem dedisset: unde auditoribus visus est dixisse γαλῆν ὁρῶ, *felem video.* quæ res Euripidæ iniquis amplam materiem joci et risus subministrabat. vide Scholiast. Euripidis ad locum, Aristoph. Ranar. 306. et Scholiastem ejus. Hinc autem probari videtur, vocalem in pronuntiatione non potuisse elidi, sine aliqua talis elisionis significatione, in fine vocis: quare igitur in medio, ut in Τυδέως? Dico, *videtur*, quia scio quam cauti et mo-

[t] Lege omnino ἴσας cum Cantero. Alexis apud Athenæum III. p. 114. E. Λευκοὺς μὲν ὀκτὼ, τῶν δὲ φαιῶν τοὺς ἴσους. *Porsonus.*

[u] Vide Taylorum ad Demosth. de Corona T. IX. p. 214. Orat. Gr. Reiskii.

desti esse debemus in pronuntiando de istiusmodi rebus. Ita ista Homeri, Iliad. A. 193. ubi versus hexameter incipit ab amphibrachi, Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν, sunt qui putant pronunciata olim fuisse, γως ὀτ ταῦθ' ὥρμαινε &c. neque tamen molesti esse vellent Cl. Clarkio, qui sonum eorum hunc fuisse autumat, ὥσω ταῦθ', vel ὥσεω. Sic et ad versum 398. ejusdem Iliados, Οἴη ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικέα λοιγὸν ἀμῦναι, idem Vir doctissimus scribit: "adeo parum in pronuntiando "tribrachyn inter dactylumque interest, ut uterque potuerit legitime "usurpari. Scilicet in voce ἀθάνατος, ἀκάματος, ἀπονέεσθαι, ἀγοράασθε, "ἀποδίωμαι, Πριαμίδης, et similibus." Aliis hoc videtur idem ac si quis diceret, *Ita est, quia ita est*, vel, *quia Homerus ita esse voluit.* nulla enim ratio redditur, qui fit, ut longa et brevis syllaba sint ἰσοδύναμοι. hoc iis incredibile est, neque omnino verisimile, nullum esse discrimen in pronuntiando inter tribrachyn ἄπονε, et dactylum ἔννεπε. Putant etiam tribrachyn in versu heroö locum nunquam habuisse, aut habere posse; *(nam istud Iliad. Γ. 357. Διὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε &c. existimant pronunciatum fuisse, Δειὰ μὲν ἄσπιδος &c. vel forte ita scriptum; ut in Æschylo, Agam. 294. [x] Ὑπεὶρ Ἕλης τε πόντον &c. scribere potuisset, Ἕλλης ὑπέρ τε πόντον.) et tamen concedunt, valde incommodum fore, si omnes istiusmodi voces, quæ tres priores syllabas breves habent, ex poëmatibus epicis excluderentur. Quid igitur faciendum erat? Respondent, prima consonans in vocibus talibus repetenda erat, in pronuntiationes altem: quæ repetitio priorem syllabam longam efficeret, ἀτθάνατος, ἀκκάματος, ἀππονέεσθαι, ἀγγοράασθε, ἀπποδίωμαι vel ἐξαπποδίωμαι. et quia in Πριαμίδης hic processus locum non potuit habere, *(vel inserenda erat ε Πρειαμίδης, vel) geminanda erat prima vocalis, Πριΐαμίδης, cujus contractio Πρῖαμίδης, primam syllabam necessario longam haberet. At unde apparet hanc suppositionem veriorem esse vel probabiliorem quam ista Clarkii? Respondent, Ex versu proxime sequenti, Iliad. A. 399. Ὁππότε (pro Ὁπότε) μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι ἤθελον ἄλλοι, et ex multis aliis locis, in quibus metri gratia geminatur consonans. quod et a Latinis, ob eandem caussam, sæpius factum: ut in *relligio, rettulerat, relliquiæ*, &c. Quod si tam parum interfuisset inter tribrachyn et dactylum in pronuntiando, quæro, quare Homerus posuisset dactylum ὁππότε, cum tribrachys ὁπότε proposito suo æque bene inservisset?

[x] Nihil ad rem facit Æschyli locus. Edd. enim optimæ dant ὑπερτελής.

Notatu vero dignus est versus iste supra citatus Iliad. A. 193. Ἕως ὁ ταῦθ' &c. quia totus constat ex metro Iambico:

Ἕως | ὁ ταῦθ' | ὥρμαι | νε κατὰ | φρένα καὶ | κατὰ
Θυμόν.

[y] Iambos fortuitos in scriptoribus Prosaïcis sæpe deprehendas. In N. F. centum ad minimum senarios Tragicos (Comicos sine numero) licet observare, et ex iis multos pulcherrimos, ut Luc. v. 21.

Τίς ἐστιν οὗτος, ὃς λαλεῖ βλασφημίας;

et ibid. ver. 39.

Πιὼν παλαιὸν, εὐθέως θέλει νέον.

Ad Ephes. v. 25.

Ὁ Χριστὸς ἠγάπησε τὴν ἐκκλησίαν.

Ad Hebræos xii. 14.

Οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον.

etiam duos conjunctos, Act. xvi. 12, 13. si pro τῇ τε ἡμέρᾳ, scribas, τῇ θ' ἡμέρᾳ, quemadmodum fere scribi solet: Ἦμεν δὲ ἐν ταύτῃ τῇ

Πόλει διατρίβοντες ἡμέρας τινάς·
Τῇ θ' ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν
Ἔξω.

et alibi duos, uno pede minus, ut Luc. v. 31, 32. Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ,

Ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες· οὐκ ἐλήλυθα
Καλέσαι δικαίους, ἀλλ' ἁμαρτωλοὺς—

et Act. xxiv. 14, 15. aliquid amplius,

ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι
Ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν, ἣν λέγουσιν αἵρεσιν
Οὕτω λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ—

ubi Θεῷ ver. 15. erit monosyllabon, ut hac fab. ver. 1203. et centies in poëtis. alibi duos, duabus tantum particulis disjunctos, Matt. xxiii. 34. Ἰδοὺ, ἐγὼ ἀποστέλλω πρὸς

Ὑμᾶς, προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς·

καὶ ἐξ

Αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε.

Sed in omni antiquitate poëtica forte hic [z] unicus est Hexameter qui

[y] De Versibus in solutæ orationis scriptoribus vide Noltenii Lexicon Antibarbarum p. 1867. et seqq.

[z] Longe melius hexametri iambici exemplum mihi olim indicavit Porsonus. Il. Ψ. 644. Ἔργων τοιούτων, ἔμε δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ. Ubi Scholiastes Venetus: ὁ στίχος οὗτος καὶ ἑξάμετρος γίνε-

totus formam habet Iambi. Exemplum vero est anapæsti post tribrachyn, ut hic, in Aristophanis Εἰρήνῃ, ver. 245.

Ἰὼ Μέγαρα, Μέγαρ', ὡς ἐπιτρίψεσθ' αὐτίκα.

et Ὀρν. 1012.

Κἀμοί γε πειθόμενος ὑποκίνει τῆς ὁδοῦ.

Thesmophor. 292.

Τὸ πόπανον, ὅπως λαβοῦσα θύσω ταῖν Θεαῖν.

et apud Nicostratum in Athenæo III. 27. p. 111. D. *[Quæ noto, quia vir [a] doctissimus non dubitat "quin ab hac pedum in metro Iambico "distributione Poëtæ Attici summa religione temperarent."] Idem quod notavi de anapæsto post tribrachyn, notari potest et de anapæsto post dactylum: unde non necesse est ut ἔγραφον mutetur in ἔγραφ', Acharn. 146. cum vera lectio possit esse, Ἐν τοῖσι τοιχοῖς ἔγραφ | ἐν, Ἀθῆ | ναῖοι καλοί, ut Ranar. 476. Ἔχιδνά θ' ἑκατοντακέ | φαλος ἣ | τὰ σπλάγχνα σου Διασπαράξει: et Damoxenus ap. Athenæum III. 22. p. 103. A. Εἶτ' οὐθὲν εἰκῆ παρα | τίθεμαι | τοῖς συμπόταις. Nescio tamen an Atticus fuerit hic Damoxenus, vel Nicostratus supra memoratus. Sed ποῖ παρεπλάγχθην [b] ?

Ver. 902. (912.) Οὐκ ἐν λόγοις ἦν λαμπρὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι
Δεινὸς, σοφιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφά.

Nihil mutavi, quamquam libentius legerem, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι Δεινὸς σοφιστὴς, πολλά τ' ἐξευρὼν σοφά. quemadmodum Sertorius a Plutarcho in

ται καὶ τρίμετρος, παρὰ τὴν ἀγωγὴν τῆς προφορᾶς. Quem versum si sic scandas, Ἐργῶν | τοῖου | τῶν ἐμέ | δε χρῆ | γῆρα | λυγρῷ | nihil erit ad Senarii iambici integritatem quod desideres.

[a] Dawesius Misc. Crit. p. 253=250.

[b] Respondeo γνώμας ἀγαθᾶς. Exempla Anapæsti tribracho vel dactylo subjecti maximam partem mendosa sunt. Ex Aristoph. Pac. 245. ὡς delendum aliquando censebat Porsonus. In Av. 1012. MS. Ravennas cum Brunckii membr. exhibet, κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ. In Thesm. 1292. malim τὰ πόπαν' ὅπως. (Et sic Porsonus.) Similiter Eupolidi Mœridis p. 250. restituendum Ἐμοὶ γὰρ οὐδ' ἔστ' οὐδὲ λάσαν' ὅπου χέσω. Quod ad versum ex Acharnensibus attinet, plane cavillatur vir doctissimus; si enim pari jure lectionibus ἔγραφ' ἔγραφεν uti potuisset Aristophanes, utram, quæso, maluisset usurpare? Eam certe, quæ versum numerosiorem efficeret. In Ranis 467. MS. Ravennas et quatuor apud Brunckium ἑκατογκέφαλος. Nicostratum Athenæi levi transpositione emendavit Porsonus, Λευκός· τὸ πάχος γὰρ ὑπερέκυπτε τοῦ κανοῦ. Damoxenum sanum præstitit MS. Veneto-Parisiensis, εἶτ' οὐθὲν εἰκῆ παρατίθημι, μανθάνεις; Verbum μανθάνω eadem notione usurpant Alexis Athen. VIII. p. 354. D. τἀγαθὸν Πλάτων Ἁπανταχοῦ φησ' ἀγαθὸν εἶναι. μανθάνεις; Xenarchus ibid. X. p. 418. E. καπάνας Θετταλοὶ Πάντες καλοῦσι τὰς ἀπήνας. Μανθάνω. Pherecrates ibid. XIV. p. 653. A. οὐκ ἰσχάδας οἴσεις τῶν μελαινῶν; μανθάνεις; Aristoph. Av. 1004. ἐνθεὶς διαβήτην· μανθάνεις; Οὐ μανθάνω.

Vit. ejus p. 573. A. appellatur ἀπάτης—σοφιστὴς δεινότατος. Et Aldina mecum distinguit. Ex iterata mentione clypei (nam mox repetit) videri posset Tydeus invenisse vel addidisse novi aliquid, circa usum vel fabricam clypei. Sed de sanitate hujus loci, præter alia, dubitare me facit auctor antiquus scholiorum in Homerum, quorum specimen dedit Cl. Valckenærius Animadvers. in Ammon. III. 20. p. 241. ex Cod. Vossiano: qui citat, Οὐδ' ἐν λόγοις ἦν δεινὸς, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι. *(Nemini versus esset de mendo suspectus, si sic legeretur in codicibus antiquis: Δεινὸς παλαιστὴς πολλά τ' ἐξευρεῖν σοφὸς, inquit Idem ad Hippolyt. 921.) Μουσικὴν vero (ver. 906.) intelligo metaphorice, *liberalem educationem* et τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν, et ἡδονὰς Μουσῶν (ver. 882.), potius quam voluptatem musicam quam ex sonitu armorum perciperet bellator Tydeus. quamquam pro ea interpretatione scio quid dici possit, et pro Poëtica. Reiskius dist. et leg. Δεινὸς σοφιστὴς πολλά γ' ἐξευρεῖν κακὰ, aut πολλ' ἀνεξευρεῖν.

Ver. 905. (915.) Ἴσον παρέσχεν ὄνομα. *Præstitit, exhibuit:* ut ver. 887. Hecub. 1120. φόβον παρέσχ' ἄν[c], non παρέσχεν, ut nunc legitur. δίκην παρασχεῖν, Iph. Taur. 944. ubi notabo. Θάρσος παρέσχεν, Xenophon de Agesil. ad fin. Addam sententiam proxime sequentem in Xenophonte, quia mendosa est: Τί δὲ νέοι φίλοι πλέον ἐπόθησαν, ἢ Ἀγησίλαον γηραιὸν ἀποθανόντα; Lego, Τίνα δὲ νέον οἱ φίλοι πλέον &c. *Quem vero juvenem amici magis desideraverunt, quam Agesilaum qui senex mortuus est?* Postquam hæc scripseram, ita inveni citatum in Plutarchi libello, *An seni sit ger. resp.* p. 784. E.

Ver. 907. (917.) Φιλότιμον ἦθος, πλούσιον· φρόνημα δέ. Quid sit ἦθος πλούσιον ignoro. Tolerabilius videbitur si moveas distinctionem

Φιλότιμον ἦθος· πλούσιον φρόνημα δὲ
Ἐν τοῖσιν ἔργοις, οὐχὶ τοῖς λόγοις ἴσον.

Orest. 394. ὁ δαίμων δ' ἐς ἐμὲ πλούσιος κακῶν, i. e. ἕνεκα κακῶν· sensus est πλούσιος ἐν κακοῖς, ut hic, πλούσιον ἐν ἔργοις. D. Paulus ad Ephes. ii. 4. ὁ δὲ Θεὸς, πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει. et πλουτεῖν ἐν ἔργοις 1 Tim. vi. 18. Vult: *mens* et inventio Tydei *fœcunda* erat *in factis,* in *dicendo* impar. Sine præpositione Plutarch. Cat. Maj. p. 347. A. πλούσιος τοῖς ἀχρήστοις καὶ περιττοῖς. Mecum distinguit Hervagiana, et edit. Brubach. teste

* Hanc emendationem, quam nuper a Musgravio quoque oblatam probarunt Auctores Bibliothecæ Criticæ IV. p. 42, 3. dudum præceperat B. Heathius. *Porsonus.*

Reiskio, qui hanc distinctionem probat: ut et Grotius, ut jam disco ex Heathio.

Ver. 913. (923.) ἡ δ' εὐανδρία Διδακτός. In fragm. Eurip. ed. Barn. p. 497. multo elegantius legitur Διδακτὸν, sc. πρᾶγμά ἐστι. Adducuntur ibi quasi ex Nostri Temeno vel Temenidis, fabula deperdita, sex Iambi, qui hic leguntur continui. quod Cl. Viri memoriam fugiebat. et caussam erroris partim videre potes in marg. Stobæi p. 1. ubi citatur hic locus. Εὐανδρία διδακτὸν, ut ὡς ἔστι δικαιοσύνη διδακτὸν, Isocrat. contra Sophist. p. 582. apud Platonem passim, Max. Tyrium, et omnes.

In versu præcedenti pro γενέσθαι, ibi invenitur κεκλῆσθαι· quod et ipsum elegantius est. et paullo ante pro τ'ἀγαθ', τοι ἀγαθ', non bene. et ver. 916. pro μάθοι, illic μάθη. Pro τις (ver. 916.) Cl. Valckenærius conjicit παῖς, ad Phœniss. 1553. quod expressi in versione. *[Ambiguum est παιδεύετε: sed imperativi potius esse opinor, ut vertitur.] *(917. pro εὖ παιδεύετε legi posset ἐκπαιδεύετε: hæc est methodus quam sequimini in liberis vestris instituendis. Indicativum vero esse παιδεύετε non potest dubitari.) Σώζεσθαι φιλεῖ accipi possunt passive, *solent servari.* Per ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει, si sana est scriptura, intelligit, opinor, *ea quorum* naturaliter *non habet notitiam.*

Ver. 918, 919. (928, 929.) " Ita hæc metra constituenda,

" Ἰὼ τέκνον, δυστυχῆ periodus catalectus

" Σ' ἔτρεφον, ἔφερον ὑφ' ἥπατος Iambicus dimeter acatalectus." *Heathius.* Δυστυχῆ pro δυστυχὲς, sc. τέκνον: quasi præcessisset Ἰὼ υἱέ. Legi potest, δυστυχὴς Σ' ἔτρεφον.

Ver. 919. (929.) σ' ἔτρεφον ἔφερον ὑφ' ἥπατος. Quod est ἔφερον ζώνης ὕπο Hecub. 761. et alibi. γενέθλην ὑπὸ σπλάγχνοισι φέρει, Apollon. Rhod. iv. 1109. τέκνων ἤνεγκ' ὑπὸ ζώνην βάρος Æschyl. Χοηφ. 992. ἐντὸς ζώνης Idem Eumen. 614. Notabis ὑπὸ cum tribus casibus eandem rem exprimentibus. " Legendum opinor σ' ἔφερον, Ἔφερον—Ejusdem vocis repetitio " in Choris frequenter admodum occurrit: hic et elegans est, et auget " τὸ πάθος. Admissa autem hac conjectura, tollitur etiam asyndeton, " quo facile carere possumus, ἔτρεφον ἔφερον." *Jortinus.*

916. Lege, ἃ δ' ἂν μάθῃ παῖς. *Porsonus.*

918. Malim, Ἰὼ, τέκνον δυστυχὴς ἔτρεφον. *Porsonus.*

921. τὸν ἐμὸν ἀθλίας. Confer Valckenær. ad Euripid. Phœn. 1518. *Porsonus.*

Ver. 925. (935.) τὸν Οἰκλέους γε. Codd. A. B. Ιοκλεους. male. Emendavit Brodæus. Intelligit Amphiaräum, Oiclei filium, *Œclides* a Statio et Ovidio appellatum. Vide hic Barnesium. Sequitur, ver. 927. εὐλογοῦσιν ἐμφανῶς· *perspicue probant.* quomodo? quia nisi fuisset *Diis carus,* illum non *abripuissent.* σοφιστικῶς. Eodem enim argumento probari potuit, Capanea Jovi carum fuisse, atque idcirco fulmine ablatum. Sed his figmentis et παραλογισμοῖς se consolabantur Veteres, in iis qui subita vel inusitata et extra naturæ cursum morte auferebantur. Sic Hylas et Bormus, revera in aquis demersi, a Nymphis rapti dicebantur: et Orithyïa, a rupe vento depulsa, a Borea rapta perhibebatur. neque a probabilitate alienum videtur, hunc Amphiaräum in ardore prœlii, una cum equis et curru, in aliquem profundum terræ cavum, præcipitem concidentem, periisse. inde omnia illa τεράστια, quæ de eo Poëtæ finxerunt:

Illum ingens haurit specus, et transire parantes
Mergit equos. non arma manu, non fræna remisit;
Sicut erat, rectos defert in Tartara currus.

Magnificum magis aliquid aut sublimius, si Poëta ita voluisset, vix alibi invenisses. sed eum non ita voluisse demonstrant misera ista quæ sequuntur,

Respexitque cadens cœlum, campumque coïre
Ingemuit.

Statius Thebaïd. vii. ad fin. De hac veterum superstitione vide Cl. Dorvillium ad Chariton. p. 258. seqq. agentem.

Pro γε forte τε, cui respondet Οἰδίπου τε παῖδα, ver. 928.

Ver. 931. (941.) πρὸς Ἄργος διαβαλεῖν. Herodotus v. 33. ἔσχε τὰς νέας ἐς Καύκασα, ὡς ἐνθεῦτεν βορέῃ ἀνέμῳ ἐς τὴν Νάξον διαβάλοι vid. cap. 34. scil. τὸ πέλαγος, quando de maris transitu sermo est, ut apud Athenæum III. 25. p. 109. Διεβάλομεν τὸ πέλαγος εἰς Μεσσαπίους.

Ver. 932. (942.) Οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσαι βούλομαι. Lego, ὃ δρᾶν σε βούλομαι: patere videtur ex responso Thesei; in quo etiam puto scribendum πείσεσθαι pro πείθεσθαι: licet hoc defendi possit. σαι pro σε, ut ἀρχαίων pro ἀρχέων (i. e. ἀρχῶν) Herodot. VI. 9. et forte παῖ nunc legitur pro τε Iph. Taur. 238.

Non possum quin sub hac voce δρᾶσαι moneam de perditissimo loco Aristophanis Vesp. 1223. qui (ut mihi videtur) ita legendus est,

[d] Τουτὶ σὺ δ' ᾄσεις; παραπολεῖ. βοώμενος
Φήσει γὰρ &c.
Tu vero hoc canes? periclitaberis perire. clamans
Dicet enim &c.

Vulgo, Τουτὶ σὺ δράσεις; παραπολεῖ βοώμενος. Φήσει γὰρ &c. Adeundus est locus. παραπολεῖ est secundæ personæ fut. med. pro παραπολῇ, ut παραθήσει Eccles. 671. (ubi legitur παραθήσεις) pro παραθήσῃ. sed ᾄσεις, *canes*, ut Εἰρήν. 1295. Οὐ πράγματ' ᾄσεις. Plato De Legg. II. p. 114. Ed. Ald. fol. [606. D. HSt.] ποίαν δὲ [e] ᾄσουσιν οἱ ἄνδρες φωνὴν ἢ μοῦσαν; Julianus qui init. Misopogon. scribit, ταῖς μούσαις ᾄσω καὶ ἐμαυτῷ, Græcis forte potius quam Atticis accensebitur. Utroque modo, uti videtur, Attici hoc futurum protulerunt, sed sæpius ᾄσομαι. Vide Cl. Dawesium Miscell. Crit. p. 290. *[qui dicit, "Futurum activum a "verbo ᾄδω formatum Attici non agnoscunt; sed medio duntaxat "ᾄσομαι utuntur." Aliter Plato et Aristophanes.]

Ver. 935. (945.) Ἢ χωρίς, ἱερὸν ὡς νεκρὸν, θάψαι θέλεις; [f] Θάψαι hic est *cremare:* ut in responso Adrasti, *Ceteros vero omnes* (θάψω, *cremabo*) *in uno rogo*. Nam θάπτω transfertur ad quemvis morem disponendi de mortuorum corporibus. unde apud Lucianum De Luctu p. 306. (ed. Græv.) *comburere* est θάπτειν apud Græcos, et *comedere mortuorum corpora* est θάπτειν apud Scythas: et Diogenes dicebat ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, Ὑρκανία ἐστὶν ἡ ταφή, ap. Stobæum Serm. cxxiii. p. 614. Vide Antholog. III. 22. p. 250. ed. Steph. (ubi ὕδωρ ἔθαψεν) Plutarch. in Mario p. 431, C. Pompeio p. 661. E. et Gracchis p. 830. E. ubi θαπτομένῳ est *dum cremabatur*. πυρὶ θάπτειν Diog. Laërt. Procem. segm. 7. et IX. 84. Sed actum ago (ut jam video) a Gisb. Cupero Observat. I. 7. vide et Dorvill. ad Chariton. p. 73, 74. Hac autem verbi θάπτω significatione non considerata, Cl. Barnesius credidit Capanea non *combustum*, sed tantum *humatum* fuisse; et rogum ejus in quinto actu, cadaveris expertem, et velut κενήριόν τι, ait Euripidem finxisse, ut occasionem haberet Evadnæ generosam mortem commonstrandi. Sed non ita erat. vide ver. 1010. 1020. Ovidius quoque Art. Amator. III. 21.

[d] In Vesp. 1223. pro τουτὶ σὺ δράσεις Vir quidam Clariss. conjicit τουτὶ σὺ δ' ᾄσεις: sed qui futurum medium ᾄσομαι posuerat v. 1226. eum loco tam vicino ᾄσεις scripsisse, probabile non est. Non displiceret, τουτὶ σύ γ' ᾄδεις (ut ed. Brunck.) *Koënius* ad *Gregor.* p. 49.

[e] Lege ᾄσουσιν. *Porsonus.*

[f] Hunc usum verbi θάπτειν, ut et Latini *humare*, notavit Ruhnkenius in Præf. ad Schelleri Lexicon p. ix. auctores citans Hemsterhusium Miscell. Observ. V. i. p. 21. Wesselingium ad Diodor. Sic. III. 55.

Accipe me, Capaneu; CINERES miscebimur, *inquit*
Iphias, ardentes insiluitque rogos.

Quod vero dicitur ex Plinio et Tertulliano, hominem fulmine occisum cremare fas non fuisse; viderit id Euripides *quo jure* Capanea *cremaverit:* sed certe cremavit. vide ver. 1207. Figmentum istud de κενηρίῳ et rogo cadaveris experte, justius locum habuisset in Amphiaräo, qui certe non cum ceteris combustus fuit. vid. ad ver. 755. Discrimen aliquod fuisse inter sepulturam Capanei et ceterorum, manifestum est, quia servis assignatur sepulcrum Capanei.

Ver. 938. (948.) παρ' οἰκτρούς. Reiskius, "παρ' οἴκους. conf. ver. 987. "et ver. 939. Αὐτὸς, si recte habet, est pro οὗτος."

Ver. 940. (950.) στειχέτω δ' ἄχθη νεκρῶν. Id est, procedite vos qui portatis cadavera Ducum. νεκρῶν recte vertitur *cadaverum* hic, et mox ver. 945. et sæpe in hoc dramate, omisso articulo τῶν, more Tragicorum. nam νεκρὸς est *mortuus;* ὁ νεκρὸς, *cadaver.* Articulus exprimi solet in prosaïcis scriptoribus; interdum in Poëtis. Plutarchus in Conviv. p. 162. D. τοῦ δὲ Ἡσιόδου ΤΟΝ ΝΕΚΡΟΝ—δελφίνων ἀγέλη πρὸς τὸ Ῥίον ἐκόμιζε. Lucianus Dial. Marin. p. 251. ed. Græv. ΤΟΝ δὲ ΝΕΚΡΟΝ (Ἕλλης) ὑμεῖς, ὦ Νηρηΐδες, παραλαβοῦσαι, τῇ Τρωάδι προσενέγκατε. Josephus De Bell. Jud. I. 9. sec. 1. ed. Huds. ἔκειτο δ' ἐν μέλιτι συντηρούμενος Ὁ ΝΕΚΡΟΣ αὐτοῦ: de Aristobuli *cadavere.* Quæ refero, quia partim ex hac distinctione inter νεκρὸς et ὁ νεκρὸς videtur pendere difficultas istius celebris loci 1 Cor. xv. 29. οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν: qui versus connecti debet, quod et ab aliis observatum fuit, cum versu 20, intermediis in parenthesi inclusis: Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ ΝΕΚΡΩΝ, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. ἐπεὶ, τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ, εἰ ὅλως ΝΕΚΡΟΙ οὐκ ἐγείρονται; Omisi ἐγένετο ver. 20, quia eam non agnoscunt plurimi Codices, neque vetus Interpres, cum aliis: multo elegantius et melius. *Nunc autem Christus resurrexit ex mortuis, primitiæ eorum qui obdormierunt. nam,* vel *alioqui,* (id est, si non ita est, si Christus non resurrexit, si nulla est mortuorum resurrectio) *quid lucrabuntur ii qui baptizantur gratia cadaverum, si mortui omnino non resurgunt?* Quasi dixisset, "Stultum est baptizari (non jam pro corporibus, sed revera) pro *ca-* "*daveribus,* quod facimus si nulla futura est mortuorum resurrectio." Quod alii forte citius intellexerint hac distinctione: ἐπεὶ, τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι; ὑπὲρ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ, εἰ ὅλως ΝΕΚΡΟΙ οὐκ ἐγείρονται. *alioquin, quid lucrabuntur ii qui baptizantur? pro* CADAVERIBUS hoc faci-

entes, *si* MORTUI *omnino non resurgunt.* Utcumque hoc sit, vides differentia quæ sit hoc loco (non dico semper) inter νεκρῶν et τῶν νεκρῶν: ut νεκροὶ sint *mortui* simpliciter, qui, secundum Pauli argumentationem dormiunt solum, et resurgent, quia Christus resurrexit. sed οἱ νεκροὶ hic sunt *cadavera*, quæ semper erunt cadavera et nunquam resurgent, si nulla est resurrectio, εἰ ὅλως ΝΕΚΡΟΙ οὐκ ἐγείρονται: et proinde, superflua res erit Baptismus, qui *corporibus resurrecturis* prospicit. Orta videtur hujus loci difficultas ex non considerata elliptica significatione vocis ἐπεὶ, *nam*, et verbi ποιεῖν pro *lucrifacere, acquirere*, et ὑπὲρ τῶν νεκρῶν *pro cadaveribus*, propter cadavera, gratia cadaverum. quæ singula multis exemplis adstrui possunt. Mihi ne vel minima quidem difficultas hoc loco videtur, his cognitis. Maximi ad sensum momenti *(sæpe) sunt Articuli in Novo Fœdere; licet in versionibus et annotationibus *[plerumque] neglecti. *[unde nullum discrimen, quamquam sit magnum, factum fuit hoc loco inter νεκροὶ et οἱ νεκροὶ: alibi, inter ἄνθρωποι et οἱ ἄνθρωποι: Ῥώμην et τὴν Ῥώμην: ἄλλην et τὴν ἄλλην: Ἰεριχὼ et τὴν Ἰεριχὼ, &c.] Mitto quod et Tertullianus hunc Pauli locum ita intellexerit lib. V. adv. Marcion. p. 473. A. ed. Paris. 1675. fol. *Igitur et pro mortuis tingui, pro corporibus* (scil. mortuis) *est tingui; mortuum enim corpus ostendimus.* Diversa σχέσει loquimur de νεκρῷ *mortuo* aliquo, et de τῷ νεκρῷ *cadavere ejus.* In priore casu, volumus nihil præter *separationem animæ a corpore.* in posteriore, loquimur de eo quasi de lapide, de ligno, aut qualibet alia portione inertis materiæ.

Ver. 943. (953.) ΑΔ. Πῶς; τὰς τεκούσας οὐ χρεὼν ψαῦσαι τέκνων; In Cod. B. hæc ita disposita sunt: ΑΔ. Πως; ΘΗ. Τας τεκουσας &c. sine interrogatione. et reliqua usque ad ver. 955. Theseo male attribuuntur.

Ver. 944. (954.) Pro ἰδοῦσι quod Codd. et editt. pleræque habent, Barnesius edidit ἰδοῦσαι. et ita Ald. Hervag. et Miltonus.

Ver. 945. (955.) Cod. A. νεκρω pro νεκρῶν. Cod. C. utrumque, νεκρω νεκρων. cetera recte habere puto; *[neque, pro χ' ἅμα τῷ τέλει, opus esse ἀρειφάτων, *ferro cæsorum;* neque τραυμάτων, (et πικρῶν pro νεκρῶν,) neque αἱμακτῶν νεκρῶν. quæ omnia a vulgata nimis enormiter abeunt.]

Ver. 946. (956.) Metrum poscit προσθεῖναι. et ita habet Aldina. sic et Heathius.

Ver. 947. (957.) τλημόνως, *patienter:* ut Æschyl. Χοηφ. 746. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τλημόνως ἤντλουν κακά. Reiskius, τλήμονες, aut τλήμονας.

Ver. 949. (959.) Ὦ ταλαίπωροι βροτοὶ, Τί κτᾶσθε &c. Codex C. βροτων. Recte, ut arbitror. Hoc forte voluit,

Ὦ ταλαίπωροι βροτῶν
Οἳ κτᾶσθε λόγχας, καὶ κατ' ἀλλήλων φόνους
Τίθεσθε, παύσασθ'. ἀλλὰ λήξαντες &c.

ut ver. 744.

Ὦ κενοὶ βροτῶν
Οἳ τόξον ἐντείνοντες,————
Φίλοις μὲν οὐ πείθεσθε, &c.

non ad omnes mortales sermo dirigitur, sed ad eos solum qui hoc vel istud faciunt; quod ex partitione intelligitur. Eodem more δυσμενεῖς βροτῶν ver. 343: Sed ταλαιπώρους βροτοὺς, non βροτῶν, (ver. 734.) quia de toto genere humano.

Τίθεσθε φόνους, *cædes facitis:* in activo, θήσω φόνον Bacch. 795. αἷμα θέσθαι, Orest. 831. φόνον τιθεῖσαν, Ion. 1225.

Ver. 958. (968.) Ἄρτεμις Λοχία. Cod. A. Λοχεια. Utrovis modo recte dicitur, et metrum versus utrumvis feret. Οὐ προσφθέγξαιτ' ἂν τοὺς ἀτέκνους· ex opinione veterum, Deos colloqui solere cum iis quos amabant. unde Dianæ jactat Hippolytus ver. 85. Σοὶ καὶ ξύνειμι, καὶ λόγοις ἀμείβομαι. et Eteocles apud Æschylum Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 673. dicit de fratre suo Polynice, *nunquam ex quo natus est,* Δίκη προσεῖπε καὶ κατηξιώσατο, *Dea Justitia dignata est* eum *alloqui.* Scholiast. ibi videtur legisse προσεῖδε[f]. Vide Sophocl. init. Ajacis: Nostrum Iph. Taur. 1447. Plutarch. in Numa p. 62. B. et Juvenalem Sat. VI. 530[g].

Ver. 962. (972.) ἀΐσσω. Trisyllabum est, prima brevi. Vide notas ad Mœrin Atticist. ed. Pierson. p. 301. In Choris non necesse erat Ἀττικίζειν, et scribere αἴσσειν dissyllabice. Sed et ἀΐσσω trisyllabum occurrit in Hecub. 31. in Iambo. adeo ut utroque modo scriberent Attici, αἴσσω et ἀΐσσω.

Ver. 969. (979.) Οὔτ' ἐν ζῶσιν ἀριθμουμένη. Ex hoc fœminino colligit Muretus scribendum esse (ver. 967.) δυστηνοτάτη, Barnesio vulgatam δυστηνότατος ex more Attico defendente. Forte scriptum ibi fuerit δυστηνοτάτως. et ita Reiskius.

Pro ζῶσιν omnes Codices Gallici legunt ζωοισιν, et versu proxime antecedenti φθιμενοισιν, et sequenti εχουσα. *[Heathius legit, Οὔτ' ἐν

f Ut edidit Brunckius. *Porsonus.*

g Hanc notam laudat Valckenær. ad Euripid. Hippol. 85. *Porsonus.*

ζῶσιν ἀριθμητή. Quæro, an ἀριθμητὴ exprimat *numerata*, idem quod ἀριθμουμένη. Hesychius: Ἀριθμητά. ὀλίγα. Horatius, *populus* numerabilis, *utpote* PARVUS, &c. i. e. ἀριθμητός. Theocrit. Idyll. XVI. 87. ἀριθματοὺς ἀπὸ πολλῶν, *numerabiles* (i. e. *pauci*) *a multis.* quibus mox opponitur ἀνάριθμοι, ver. 90.] Vulgata mihi videtur *(hactenus) recte habere, ut σὶν ἃ in antistropha æqua sint syllabæ εῖ in stropha, et diiambus ρίθμοῦμένῆ choriambo τῖς νέφἔλᾶ. Sensu similia habes in Sophoclis Antig. 862.

Οὔτ᾽ ἐν βροτοῖς, οὔτ᾽ ἐν νεκροῖσι
Μέτοικος, οὐ ζῶσιν, οὐ θανοῦσι.

Ἐν τοῖς φθιμένοις, ut Antholog. III. 6. p. 211. Ὦ ξένε. τὴν στοργὴν κἀν φθιμένοισιν ἔχει· scil. Μάξιμος ἔχει. vide quæ præcedunt. vulgo absurde, Ὡς ἵνα—ἔχῃ, pro Ὦ ξένε—ἔχει. prior pars mendi orta ex dictantis pronunciatione, a scriba perperam intellecta, ὡς ἵνα pro ὦ ξένε. deinde interpolatum ἔχῃ propter ἵνα. In versu ibi præcedenti distinguendum, Σύν τε, γυναικὶ Καλλιπόδῃ &c.

Ver. 970. (980.) Χωρὶς δή τινα τῶνδ᾽ ἴσχουσα μοῖραν. Metri ratio postulat ut pro δὴ rescribamus δὲ, non invita etiam sententia. Versus est asynartetus ex duobus dochmaïcis [dochmiacis], quorum prior ex epitrito tertio vel quarto pentasyllabo (cui in stropha opponitur epitritus secundus pariter pentasyllabus) et syllaba constat; alter ex epitrito tertio et syllaba. Heathii sunt verba. *(In strophe v. 962. legi potest Πνευματίων ὑπὸ et retineri δὴ hoc loco.)

Ver. 974. (984.) καὶ στέφανοι κόμας. Quid sint στέφανοι κόμας ex Alcest. ver. 101. discere potes, inquit Heathius, ubi memoratur χαίτα ἐπὶ πρόθυρα τομαῖος. Mihi videtur verum, κἀστέφανοι κόμαι, *et comæ* (i. e. caput) *sine corona.* Vide locum Athenæi, citatum ad ver. 259.

Ver. 975. (985.) Ἀοιδαὶ τὰς χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.

Plutarchus Libro De Eἰ apud Delphos, p. 394. B. Εἰκότως οὖν ὁ Εὐριπίδης εἶπεν, Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων ἀοιδαὶ, ἃς ὁ χρυσοκόμας Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται. Auctius quam in nostris exemplaribus: sed proculdubio ibi habebatur hic versus Plutarchi tempore. Totum ita forte legi et distingui potest, *(ut primus versus sit pars Trochaici et ceteri Anapæstici)

Ὑπολελειμμένα μοι δάκρυα
Μέλεα· παιδὸς ἐν οἴκοις

Κεῖται μνήματα πένθιμοι
Κουραὶ, κἀστέφανοι κόμαι,
[Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων,]
[h] Ἀοιδαί θ' ἃς ὁ χρυσοκόμας
Ἀπόλλων οὐκ ἐνδέχεται.

Κεῖται, *sunt*, ut notavi ad ver. 665. *Libationes*, inquit, quas *Diis* facere solebamus, jam mutantur in χοὰς, *libamina mortuorum*, seu *mortuis*. Hunc versum, Λοιβαὶ νεκύων φθιμένων, non nisi precario in contextum admisi, quia forte a MSS. non stabilietur; sed dubitari non debet quin sit ipsius Euripidis. Pergit: " et *cantus*, quibus resonare " domus solebat, jam vertuntur in *nænias*, et in cantica quæ χοαῖς " succini solent, et quæ Apollini odio sunt." Nihil enim luctuosum, nihil nisi lætabile Apollini gratum erat. vide Æschyl. Agam. ver. 1082. 1086. Recte autem ὁ χρυσοκόμας de Apolline, ut Troad. 253. Aristoph. Ὀρν. 216. Pindar. Olymp. VI. ubi vocatur absolute ὁ χρυσοκόμας, absque Ἀπόλλων[i]. In Antholog.[k] Reiskii carm. 510. p. 50. Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῳ, forte pro χρυσοκόμᾳ, ut Κισσοκόμην Διόνυσον Homer. Hymn. in Bacchum. Hæ *(ᾠδαὶ sic enim lego pro) ἀοιδαὶ sunt eædem quas ἄδου μολπὰς supra dixerat Adrastus ver. 773. νεκρῶν θρήνους ver. 88. παιᾶνα τοῦ θανόντος Æschyl. Choëph. 149. quod in eo et Euripide (Alcest. 424.) improbat Scholiastes, quia παιᾶνες non nisi in rebus lætis cani solebant. quam differentiam et ipse Æschylus servat in isto dramate ver. 340, 341. licet iterum ἀΐδα παιᾶνα ἐπιμέλπειν scribat Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 875.

Νεκύων φθιμένων ut supra ver. 44. Reiskius Animadv. ad Græc. Auct. T. II. p. 246. delet ἀοιδαὶ, quam vocem censet nihil aliud esse quam emendationem pravæ scriptionis λοιβαί. *(Ἀππόλλων[l] cum duplici π, ob metrum anapæsticum. Et credo apud Homerum ita sæpe fieri oportere in hujus vocis recto et obliquis casibus, Ἀππόλλωνι ἄνακτι et similibus.)

Ver. 978. (988.) νοτερὰν ἀεὶ—πτύχα τέγξω. MSS. Aldina, et ceteræ

[h] Ὠιδαί θ' ed. sec.

[i] Ut mihi videtur Alcæus (v. Valckenærii Diatr. p. 161.) Plutarchi T. II. p. 765. E. Scolion Athen. XV. p. 694. D. Poeta fortasse scolii pater apud Ionem ib. XIII. p. 604. B. *Porsonus.*

[k] Brunck. I. p. 190. *Porsonus.*

[l] Pessime hic Vir doctissimus. Consonans in Ἀπόλλων nunquam geminatur. Sicubi vox ista primam habet longam, ut Electr. 1301. ex crasi cum articulo talis exoritur productio. Nec ut h. l. Ἀπόλλων primam productam habeat necesse est. Versus enim est, non ut opinabatur Marklandus Anapæsticus, sed Glyconeus Polyschematistus, de quo vide ad Hephæst. p. 355.

editt. habent νοτερὸν πτύχα: recte atque Attice. vide ad ver. 41. Αἰεὶ quoque pro ἀεὶ ex metro legit Heathius.

Pro τέγξω Codd. A. B. C. ταξω: quasi voluissent τεύξω νοτερὸν, *faciam humidam*: ut τεύξω μέγαν, Æschyl. Eumen. 675. ἄγνωστον τεύξειεν Hom. Od. N. 191. qui sæpe ita loquitur. Sed τέγγειν δάκρυσι usitatissimum est in Tragicis. vide Æschyl. Pers. 538. Nostrum Electr. 501. et centies alibi.

Ver. 983. (993.) Pro Θησέος Cod. C. Θησεως. ex Atticorum more. Non quin Θησέος ibi locum habere posset, ut Νηρέος, Ion. 1082. In iambo ponerem Θησέως, sed in Choris non necesse erat Ἀττικίζειν, ut dixi supra. In Sophoclis Œdipo Coloneo Chorus ex Senibus Atticis loquitur Dorice. vide et Choros Ionis.

Ver. 984. (994.) καταφθιμένου. Secundam corripit, (ᾰ ante φθ, id est, πτ) utpote in anapæsto, opinor. Quæritur, an et in iambico idem liceat? Quod affirmatum sæpe, probatum nunquam vidi; neque verum puto. nam μᾰστευω, ξενŏκτονος, ἐξελῐκτεον, ἀντικατᾰκτανειν, (pro μᾰτευω, ξενŏφονος, ἐξελ̄κτεον, ἀντικᾱτθανειν) et cetera exempla istiusmodi quæ ex versibus Iambicis Tragicorum citata vidi, omnia mihi videntur esse fœtus pravæ scripturæ, et admodum incerta; quorum auctoritatem si quis neget, non potest ea fulciri nisi ab exemplis æque incertis. *Nil* vero *agit exemplum, litem quod lite resolvit.* Regula Cl. Kingii ad Hecub. 184, "Vocalem brevem a duabus consonis semper licet di-"vellere, si modo illæ vocem per se inchoare possint," quæ regula, mutatis verbis, *[tacite] adoptata a Cl. Clarkio videri potest ad Iliad. B. 537, "nihil usitatius quam syllabam vocali brevi constantem, se-"quentibus duabus consonantibus, a quibus syllaba inchoari possit, "corripi," utcumque interdum vera sit in melicis, vel in epicis poëmatibus; tamen in iambis tam longe abest a certitudine, ut ne unum quidem ejus rei verum exemplum ex Iambo adferre potuerit, saltem non attulerit, ipse Clarkius. nam quod isto proposito dedit ex Phœniss. 419, Κοίτας μᾰστεύων, ᾰ brevem ante στ, si editionem Barnesii, Piersii, vel Kingii inspexisset, invenisset μᾰτεύων: et ita nuper edidit Valckenærius inventum in optimo codice Leidensi; et Lucas Holstenius notavit idem ex MS. in marg. edit. Aldinæ, quam habeo, donatam mihi a præstantissimo et doctissimo viro Joanne Tayloro. Immo et ipse Clarkius edidit ματεύσομεν, Iliad. Ξ. 110. cum μαστεύσομεν esset varia lectio: Ἐγγὺς ἀνὴρ, οὐ δηθὰ ματεύσομεν: ubi, ut sibi constaret, μαστεύσομεν edere debuit vir clarissimus. Aliud exemplum quod ille

profert in ista celebri nota ad Iliad. B. 537, est vox λέκτρον, prima brevi; non memorato auctore unde eam habuerit. quam vocem, vel aliam quamlibet ejusdem potestatis et formæ, si invenire potero prima indubitanter brevi, έ ante κτ, in cujusvis antiqui Attici Tragici Iambo, (nam *[melica] *(ceteros) nihil moror) errorem meum ultro et libenter agnoscam, et fatebor literam τ, post aliam consonantem, naturam liquidæ apud Atticos iambographos Tragicos nonnunquam induere: quod hodie non credo. vide Valckenær. ad Phœniss. 1508. et contra, Heathium ibidem [m].

Ver. 988. (998.) Ἢ τῶνδε δόμων ὑπεραχρίζει. Disjunctim maluit Barnesius δόμων ὕπερ ἀκρίζει, quia cum casu quarto, non secundo, Xenophon, [De Mag. Equit. c. VI, 5.] τὰ τείχη ὑπερακρίζει. Sed nihil hic muto, quia infra (ver. 1049.) invenio ὑπερβᾶσα δόμων· et notissimum est, verba composita sæpe regere casus suarum præpositionum, ut ὑπερκάμνεις πόλεως Bacch. 961. τέχνη τέχνης ὑπερφέρουσα Sophocl. Œdip. Tyran. 388. Æschyl. Prometh. 66. σῶν ὑπερστένω πόνων.

Tres ultimi Anapæsti magis regulariter ita disponi possunt,

Τί ποτ' αἰθερίαν
Ἕστηκε πέτραν ἢ τῶνδε δόμων
Ὑπερακρίζει,
Τὴνδ' ἐμβαίνουσα κέλευθον;

De locutione ἕστηκε πέτραν vide ad ver. 1012. *[ἐμβαίνουσα κέλευθον, usitatius cum præpositione εἰς, quasi scriptum fuisset ἐσβαίνουσα, ut εἰσβαίνειν δόμους, Iph. Taur. 1079.]

Ver. 990. (1000.) Incredibilis prope esse debuit eorum oscitantia qui hæc primum in stropham et antistropham distinxerunt, cum non plures quam septem strophæ versus, prout nunc leguntur, totidem antistrophæ respondere deprehendentur. *Heathius.*

Ver. 991. (1001.) Ἐδιφρεύετο τάλας; Ingeniose suspicatus est Canterus vocem ἅλιος, *Sol*, latere sub isto τάλας, quia sequitur Σελάνα τε. unde Barnesius edidit, Ἐδιφρεύετό γ' ἅλιος. Æque verum videri poterat, Ἐδίφρευεν ὁ δ' ἅλιος, Σελάνα τε &c. terminatione activa (non media voce, contra usum Euripidis in hoc verbo) ut διφρεύειν φέγγος sit *aurigando-facere lucem*, quemadmodum πνεῦσαι πομπὰν, *spirando-facere cursum*,

[m] Marklando assentitur Brunckius ad Orest. 1105. mox tamen ibid. 1208. in Sophocl. Aj. 1077. reponere vult homo suavissimus κἂν σῶμα κτήσηται μέγα. *Porsonus.*

Iphig. Aul. 1324. et innumera ejusmodi in Tragicis: vide ad ver. 1205. διφρεύειν πυμάτην ἀψῖδα, *aurigando-tangere cæli ambitum*, Archestratus ap. Athen. VII. 22. p. 326. B. Ἅλιος certam puto emendationem: quæ præcesserunt, incerta. Idcirco contextum non mutavi; in versione expressi. Ceterum dira et horrenda est hæc ultima hujus Tragœdiæ pars. non tamen metus est ne hoc Evadnæ facinus in exemplum eat.

Ver. 993. (1003.) ἵν' ὠκυθόαι νύμφαι
Ἱππεύουσι δι' ὀρφναίας.

Quæro quænam sint hæ *nymphæ celeres quæ equitant per tenebras.* Brodæus dicit, "Nymphæ Noctis comites." Sed quænam sunt istæ? Scio istud Hesiodi Op. et Dier. 730. μακάρων τοι νύκτες ἔασιν· *Deorum sunt noctes.* hic vero certæ aliquæ Deæ seu Nymphæ videntur designari. In Theocriti Idyll. II. vers. ult. Ἀστέρες, εὐκήλοιο κατ' ἄντυγα Νυκτὸς ὀπαδοί. et Tibulli Eleg. lib. II. 1, 87.

Jam Nox jungit equos, currumque sequuntur
Matris lascivo sidera fulva choro.

hoc est, ἄστρα δ' ὁμάρτει Θεᾷ, Ion. 1150. An hæ sunt ὠκυθόαι Νύμφαι hujus loci? Videntur esse. Eadem forte designantur eodem dramate (Ione) ver. 1078. Ὅτε καὶ Διὸς ἀστερωπὸς Ἀνεχόρευσεν αἰθὴρ, Χορεύει δὲ Σελάνα. Per ἀστερωπὸς αἰθὴρ videtur velle ἄστρα ἐν αἰθέρι.

Ibid. Hic versus in duos ad hunc modum dividi debet; antistrophæ enim versibus quarto ac quinto opponitur:

Λαμπάδ' ἵν' ὠκυθόαι
Νύμφαι———

Excidit scilicet e secundo versu vox quæ voci ὁρμάσω in antistropha respondebat. *Heathius.* vide ad ver. 1016.

Ver. 995. (1005.) Pro ἡνίκα Cod. C. ανικα. Bene.

Ver. 997. (1007.) Ἀοιδάς. Ὠιδὰς εὐδαιμονίας, responderet istis, Σῶμά τ' ἐν αἴθοπι φλογμῷ. sed utrumque precarium est.

Ver. 998. (1008.) Ἐπύργωσε. Forte Ἐπύργωσεν. vide ver. 1020.

Ver. 999. (1009.) Χαλκοτευχοῦς τε Καπανέως; Nihil ibi conjungit τε: nam καὶ hoc ante fecerat. Forte γε. *[sic χρυσοτευχὴς Ῥῆσος, Rhes. ver. 340.] Et ita Heathius: *[Ut antistrophæ respondeat, nonne debet quoque esse Καππανέως?]

Ibid. ver. 999—1003. (1009—1013.) Hi quinque versus, quatuor tantum in antistropha, scilicet ver. 1022—1025. opponuntur. Nulla vero inter eos nunc deprehenditur similitudo aut, vel minima analo-

gia. Absque igitur codicum meliorum et magis integrorum ope, de eorum restitutione ne cogitandum quidem. *Heathius.*

Pro προσῖζαν (ver. 1000.) Cod. A. προσῖζα.

Ver. 1003. (1013.) Βατεύουσα. De hac voce dubitare facit, quod Chorus infra respondeat quasi Evadne hoc loco dixisset ματεύουσα, *quæsitura.* vid. ver. 1009. 1010. et præcipue 1013. ubi ipsa dicit, τύχα δέ μοι ξυνάπτει ποδός. hoc est, inveni quem *quæsivi.* Non opus est ut ibi legatur ξυνάπτοι, optantis.

Ver. 1008. (1018.) Omittunt δὴ A. B.

Ver. 1009. (1019.) ἧς ἐφέστηκας πύλας. Conjeceram πέλας. et ita Canterus, et Reiskius, probante Heathio. Defendit πύλας Barnesius. credo non recte, nisi *fastigium* vocari possit (πύλαι) *introitus.* nam Evadne stetit in rupe quæ erat rogo *superior:* πέλας quidem, sed non ad ejus πύλας, siquæ erant πύλαι in isto rogo. ἧς πέλας, ut τέκνων πέλας ver. 941.

Ver. 1010. (1020.) ἔνθεν ἐστὶ σὸς Πόσις. Pro ἔνθεν ἐστὶ Canterus ἔνθ' ἔνεστι· quod admisit Barnesius. Interrogationem mallem abjici, quia centum exemplis liquet voces Καὶ μὴν, *Atqui,* non *interrogativas* esse, sed *narrativas.* Ἔνθεν ἐστὶ forte significare potest, *ubi est,* ut Æschylo Eumen. 696. Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος Πέτρα· *Marti vero sacrificabant* ibi *ubi est cognominis rupes.* Hesychius explicat ἔνθεν per ὧδε, *hic.* Alioquin legi posset ἐνθάδ' ἐστὶ, ut Soph. Œd. Tyr. 459.

Ver. 1012. (1022.) Ὁρῶ δὴ τελευτὰν, Ἣν ἕστακα. Id est, καθ' vel εἰς ἣν, *Video finem* juxta *quam* vel *in qua sum:* ut supra, ἕστηκε πέτραν, et Sophocl. Philoct. 145. τόπον ὅντινα κεῖται, i. e. καθ' ὅντινα, *locum in quo est.* plene Herodotus IX. 21. μοῦνοι ἔχοντες στάσιν ταύτην ἐς τὴν ἕστημεν. 1 Petri v. 12. Noster Orest. 1256. Στῆθ' αἱ μὲν ὑμῶν τήνδ' ἁμαξήρη τρίβον. ubi vid. Schol. Quæ noto, ne quis mutet. Variat Sophocles Trachin. 1161. Φρονῶ δὴ συμφορᾶς ἵν' ἕσταμεν. et Œdip. Tyran. 1455. ἵν' ἕσταμεν χρείας: ut *ubi gentium* Latinis. τελευτᾶς ἵν' ἕστακα, Reiskius.

Ver. 1014. (1024.) ἀλλὰ τῆς. Notandum τῆς in Choro: et tamen mox scribit τᾶσδ'. Sic ἣν ver. 1013. non ἄν. vide ad ver. 781.

Ver. 1015. (1025.) χαριν quod habent A. B. melius est quam χάρισιν. Χάριν hic est ἕνεκα. Vox ἀθανάτου suppleri potest post χάριν, ut strophæ respondeatur: Εὐκλείας χάριν ἀθανάτου· ut Λαμπάδ', ἵν' ὠκυθόαι νύμφαι. Hepthemimeris dactylica.

Ver. 1016. (1026.) Ἔνθεν * * ὁρμάσω. E regione horum Cod. B.

habet αντιστρ. quasi antistrophe hic inciperet. Ἔνθεν πρὸς μόρον ὁρμάσω strophæ responderet, Ἱππεύουσι δι' ὀρφναίας.

Ver. 1017, 1018. (1027, 1028.) Hi duo versus strophicis quinto et sexto respondere debent, quod efficietur si ita metra constituas,

Τᾶς δ' ἀπὸ πέτρας πηδήσα—hepthemimeris dactylica
σα πυρὸς ἔσω basis Iambica. *Heathius.*

Ver. 1019. (1029.) Σῶμά τ' αἴθοπι φλογμῷ. Metro strophes conveniet, Σῶμά τ' ἐν αἴθοπι φλογμῷ, si ibi admittatur Ὠιδὰς εὐδαιμονίας.

Ver. 1021. (1031.) χρωτὶ πέλας. χρωτὸς πέλας si strophen spectes.

Ver. 1022. (1032.) Περσεφονείας ἥξω θαλάμους. In strophe, Προσέβαν δρομὰς ἐξ ἐμῶν.

Ver. 1026. (1036.) Εἴθε τινὲς εὐναί. Hunc et tres sequentes versus Choro assignat Scaliger. Cogor dissentire, quia paullo ante, et paullo post, Chorus loquitur in Iambis. et ita fere facit, ubi brevis aliqua sententia vel monitum efferendum est. Hæc secum loqui videtur Evadne, (quemadmodum fit in Nostri Electra ver. 140. 150.) et precatur primo pro liberis suis; deinde, sibi suggerit et confitetur mutuum et sincerum amorem mariti sui erga se. pro εἴθε Heathius εἰ δὴ, *utinam quidem.* Ultimorum constructio est: ὁ δὲ σὸς εὐναῖος γαμέτας συντηχθεὶς [ἦν] ἀλόχῳ (i. e. σοὶ) αὔραις ἀδόλοις γενναίας ψυχᾶς. Scaligero consentit Reiskius.

Pro ἀλόχῳ ψυχᾶς omnes codices ψυχας αλοχω.

Συντηχθεὶς ἀλόχῳ, ut Fragment. p. 512. πᾶσα γὰρ ἀγαθὴ γυνὴ Ἥτις ἀνδρὶ συντέτηκε. Unum versum deesse putat Reiskius, quia pendet συντηχθείς.

Ver. 1027. (1037.) F. Ἐν Ἄργει φαίνωσι τέκνοις. vide strophen. Heathius quoque τέκνοις, ut constet metrum.

Ver. 1032. (1042.) εἰς νεωτέρους λόγους. Quasi diceret, *ad malum nuncium* audiendum. quo sensu νέος et καινὸς apud Tragicos sæpissime occurrunt, licet non semper. Ratio forte est, quia cum res ante recte se habebant, omne novum, omnis deviatio ab illo recto statu, in pejorem partem fere fit. Sic Iphig. Taur. 1160. quando rex Thoas quæsivisset ab Iphigenia, τί καινὸν ἐν δόμοις; illa respondet, ἀπέπτυσα, *abominor*, non placet vox ista καινὸν, mali ominis. unde in Medea ver. 37. Δέδοικα δ' αὐτὴν μή τι βουλεύσῃ νέον, optima vet. edit. habet κακὸν pro νέον. vide hujus fab. ver. 91. Herodot. V. 19.

Ver. 1034. (1044.) Ὦ δυστάλαινα, δυστάλας &c. Chorum, seu Matronas Argivas, alloquitur Iphis, et mox dicit, φράζετ' εἰ κατοίδατε: et Evadne, Τί τάσδ' ἐρωτᾷς; unde probabiliter scribendum hic, Ὦ

[n] δυστάλαιναι. Has vocat Ἀργείων κόραι, ver. 1073. Scribi forte posset δὶς τάλας (pro δυστάλας) propter διπλοῦν ver. 1035.

Ver. 1035. (1045.) Ἥκω διπλοῦν πένθος γε δαιμόνων ἔχων. Conjeceram δωμάτων pro δαιμόνων. Sed MSS. A. B. C. πένθιμον habent pro πένθος γε. Insignis hic mihi videtur interpolatio. Lego, Ἥκω, διπλοῦν τὸ πένθιμον δόμων ἔχων. "Vos, o matronæ, simplicem tantum luctum familiæ habetis: singulæ enim singulos filios amisistis. ego vero duplicem: amisi enim duos, Eteoclum et Evadnen." Τὸ πένθιμον pro πένθος, ut τὸ γαῦρον pro γαυρότης ver. 217. πένθιμον δόμων ut συμφορὰς δωμάτων Orest. 61. δυστυχία δώματος Phœniss. 1502. δίδυμον μελάθροις πένθος, Hippol. 1346. ed. Barn. Magis insignem interpolationem detexi Iphig. Aulid. 952. quam hic dabo, ne alia se non offerat occasio. Locus ita legendus est, et distinguendus,

Ἢ Σίπυλος ἔσται μέγα (πόλισμα βαρβάρων
Ὅθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται,) γένος
Φθία δὲ τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.
Aut illustris erit Sipylus (urbecula barbarorum
Unde genus suum ducunt Atridæ,) origo
Vero mea, Phthia, nullo loco erit.

Vulgo legitur,

Ἢ Σίπυλος ἔσται πόλις ὅρισμα βαρβάρων,
Ὅθεν πεφύκασ' οἱ στρατηλάται γένος,
Φθία δὲ τοὐμὸν οὐδαμοῦ κεκλήσεται.

Ex conjectura primum, mox codice optimo adjuta, hunc locum restitui.

Ver. 1038. (1048.) Ζητῶν τ' ἐμήν. "Leg. δ', propter præcedens μέν." Reiskius.

Ver. 1042. (1052.) τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς. *Propter præsentia mala.* vide ad ver. 304. *(Delevi virgulam post ἀνῆκα: nam per τοῖς παρεστῶσιν κακοῖς, *propter præsentia infortunia,* intelligit vel propter mortem filii sui Eteocli, unius ex Septem Ducibus: vel propter infelicem expeditionem Argivorum. Vide Androm. 1233.)

Ver. 1044. (1054.) Μάλιστ' ἂν εἶναι. Ita Aldina. Multæ editt. non habent ἄν. Ponitur ἂν εἶναι, opinor, pro ἔσεσθαι. alioquin legerim, Μάλιστά γ' εἶναι. Sed in dubiis satis auctoritatis est in Aldina: neque opinor opus esse ἐνεῖναι.

[n] Evadnam nondum visam alloquitur, ut Hecuba Polyxenam Hec. 585. Hippolytus matrem Hippol. 1096. Hercules Admetum Alcest. 836. Itaque minime necessarium est cum Marklando legere, ὦ δυστάλαιναι. *Musgravius.*

Ver. 1047. (1057.) Pro ° κουφίζω editt. nonnullæ κουρίζω. male. κουφίζω est in Aldina. Distingui forte potest post αἰώρημα, sc. ἐγὼ vel ἐμὲ: ut κουφίζω sit ἐμαυτὴν κουφίζω, quasi scriptum fuisset Καπανέως μ' ὑπὲρ πυρᾶς,—κουφίζω. sed nihil mutant MSS.

Ver. 1048. (1058.) Τέκνον, τίς αὔρα; τίς στόλος; An vult, *quis ventus? quæ profectio* huc te advexit? ut istud Œdipi ad filiam, (Sophocl. Œd. Col. 370.) Τίς σ' ἐξῆρεν οἴκοθεν στόλος; In Nostro ambiguum est στόλος. *classe* (στόλῳ) vel *navi* proficisci Evadne non potuit Argis Eleusinem. Cogitari forte potuit de, τίς στόλος, *quis amictus*, ut ver. 1054. 1055. nam, Evadne exquisitissime se ornaverat.

Ver. 1049. (1059.) Δόμον ὑπερβᾶσ'. Ita editt. aliquot. hoc vult Δόμων. et ita clare scriptum in Cod. A. unde admisi. vide ad ver. 988. Ion. 220. Θέμις γυάλων ὑπερβῆναι; Barnesii edit. Δόμον γ' cum Aldina.

Ibid. τήνδε χθόνα; *[" Sententia flagitat εἰς τήνδε πέτραν, aut εἰς τόνδε " τὸν ὄχθον. forte igitur leg. εἰς τήνδε πέτραν, aut τόνδε στόνυχα." *Reiskius.*] Per τήνδε χθόνα Poëta vult Eleusinem, quo ex Argis fugerat Evadne, quæsitura maritum suum Capanea. δε ante στ, in τόνδε στόνυχα, longam esse opinor, et idcirco a metro prohibitam, cum prima in στόνυχα brevis sit, et δε στό- efficeret trochæum.

Ver. 1050. (1060.) Ὀρμὴν λάβοις ἄν. Si Evadne dicat Patri, *Scies mea consilia si audias*, inutiliter verba fundit. quid enim mentione dignum, si ille *sciat* postquam illa *narraverit?* Forte, Ὀργὴν λάβοις ἂν &c. *Irasceris ob mea consilia, si audias.* sic αἰδῶ λάβοι ἄν, *verebitur*, Sophocl. Ajac. 348. λαμβάνειν τὸ δυσμενὲς, *malevolentiam concipere*, i. e. *male velle* alicui, Iphig. Tauric. 636. λαμβάνειν μεταμέλειαν, *pœnitere*, Noster in Œnomao. λαμβάνειν φόβον, *timere*, Electra 39. et (apposite ad constructionem) Sophocl. Œd. Col. 761. λαβεῖν ὀργὴν, irasci, Plutarch. Camill. p. 148. C. Nihil muto in contextu sine libris, et quia hæc aliter forte explicari possunt. Reiskius ita, Ὀργὴν λάβοις ἄν, τῶν ἐμῶν βουλευμάτων Κλύων. *conciperes iram, si audires mea consilia.*

Ver. 1055. (1065.) οὗτος ὁ στόλος. Negat Vir summus ad Strabon. III. p. 245. ed. Amstel. vocem στόλος significare *amictus.* στολὴ, inquit, aut στολισμὸς id Græci appellant, non στόλος. Sed refellitur hoc loco, et Æschyl. Ἱκετ. 242. et Schol. ibi. et Andromach. 148, pro στολμὸν

° Ἄλμα κουφιεῖν Sophocl. Aj. 1287. *Porsonus.*

Vet. edit. habet στόλον. Idem cum Casaubono videtur sentire et Gatakerus ad M. Antonin. I. 16. p. 40. *[Periculose dissentiretur a tantis viris, nisi res evidens esset.] *(quæ si vera sunt, pro στόλος legendum forte στολμός.) Vide notata Dorvillio ad Chariton. p. 68, 69. de more ornandi se ante certam et destinatam mortem. Pro αὔρα Reiskius αὐδή: et remittit ad Androm. 1078. Hippol. 86. et 567.

[Ver. 1056. (1066.) Ὡς οὐκ ἐπ' ἀνδρὶ πενθίμῳ πρέπει σ' ὁρᾷν. Maxima est ambiguitas hoc loco. Mihi placet [p] πρέπεις ὁρᾷν, vel *culta es*, vel *similis es ad aspectum, ad videndum, specie:* ut Sophoclis Electr. 666, Pædagogus intuens Clytæmnestram, de ea dicit, πρέπει γὰρ ὡς τύραννος εἰσορᾷν· *speciem habet* (vel *cultum*) *reginæ ad aspiciendum.* nam πρέπειν a Tragicis utroque sensu frequentatur. vide Hesychium, qui varias hujus vocis significationes tangit. In hac ambiguitate, reliqui versionem Canteri et Barnesii. Codex A. omittit ὡς. Scribi potuit Οὐχ ὡς (vel ὥς) ἐπ' ἀνδρὶ—vel πρέπειν σ' ὁρῶ—vel πρέπει σε δρᾷν. Quorum quodvis facile defendi posset consentientibus MSS. Interim nihil mutavi. Legi quoque potest πένθιμος. Οὐχ ὡς ἐπ' ἀνδρὶ πένθιμος πρέπεις ὁρᾷν, activa significatione, *quæ luges*, non passiva, *qui lugetur:* quæ huic voci non solet competere: unde πένθιμος στολή, ap. Athen. XII. 5. p. 523. B. supra ver. 973. πένθιμοι κουραί. "Πρέπει εἰσορᾷν scil. ὁ στόλος. "Potest quoque leg. πενθίμῳ πρέπεις ὁρᾷν, *non similis es, quoad aspe-* "*ctum, fœminæ virum lugenti.* πρέπεις tum esset positum pro ἐμπρέπεις." *Reiskius.* Ὡς idem quod οὕτως, et cum σ' ὁρᾷν conjungendum esse censet Heathius.] *(In tota hac fabula non est locus magis ambiguus aut pluribus conjecturis patens. Versionem reliqui Canteri et Barnesii. Cod. A. omittit ὡς.)

Ver. 1058. (1068.) τύμβῳ καὶ πυρᾷ φαίνῃ πέλας; Usitatius cum genitivo πέλας τύμβου καὶ πυρᾶς. et tamen χρωτὶ πέλας ver. 1021.

Ver. 1064. (1074.) σημαίνεις σαθρόν; Adhæsisse puto literam σ: τί τοῦτ' αἴνιγμα σημαίνει σαθρόν; *quid sibi vult hoc ænigma futile?* Contrarium videtur accidisse Xenophonti Hist. Græc. lib. iv. p. 508. B. ex omissa litera: nam ibi nunc legitur, συμβουλεύσαιμ' ἄν σοι τὴν παῖδα γενέσθαι γυναῖκα, pro τὴν παῖδα ἄγεσθαι. ex γεσθαι forte fecerunt γενέσθαι.

1055. (1065.) Legendum videtur, Θέλει τι καινὸν, *aliquid novum significat*, v. 1057. *Porsonus.*

[p] Musgravius quoque mavult πρέπεις ὁρᾷν, citans Soph. El. 665. Æschyl. Suppl. 727, 8. Sed præterea emendat πενθίμως, *Quam alienam a luctu propter maritum speciem habes.*

Pro *τήνδ'* (ver. 1065.) in aliquot editt. male legitur *τήνδε.*

Ver. 1066. (1076.) *Ὦ θύγατερ, οὐ μὴ μῦθον ἐπὶ πολλοὺς ἐρεῖς.* Hoc est, verbis Nutricis ad Phædram, Hippol. 214. *Οὐ μὴ παρ' ὄχλῳ τάδε γηρύσῃ.* "Forte *ἐπὶ πολλῶν*, *coram multis*, aut *ἐπὶ πολλοὺς* hic loci esset pro "[q] *εἰς πολλοὺς* dictum." *Reiskius.* *(Prius probat cl. Valckenærius ad Hippol. 213.) *[Citatur in Lexicis ex Homer. 'Οδ. Ξ. ver. 403. *ἐπ' ἀνθρώπους*, *inter homines, coram hominibus. ἐπὶ, versus*, Matt. xii. 49. *ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς μαθητὰς*: quod vertitur *in discipulos suos:* et notatur *directio. ἱεὶς ἐπὶ θυμέλας*, Iph. Aul. 152. Lucas iii. 2. *ἐγένετο ῥῆμα Θεοῦ ἐπὶ Ἰωάννην.* Xenophon Hist. Græc. lib. III. p. 490. C. *σπονδὰς ἐποιήσαντο, ἕως ἀπαγγελθείη τὰ λεχθέντα, Δερκυλλίδᾳ μὲν, ἐς Λακεδαίμονα, Τισσαφέρνει δὲ,* ΕΠΙ *βασιλέα. Οὐ μὴ ἐρεῖς, nequaquam dices*, id est, *ne dixeris:* ne stulta videare.]

Ver. 1069. (1079.) *Ὅμοιον· οὐ γὰρ ἂν* [r] *κίχῃς.* *Ὅμοιον* non est *simile est*, ut interpretes; neque *verisimile est, credibile est*, ut Brodæus: sed, *Tantundem est, nil refert, it is all one: c'est la même chose.* Æschylus Agam. 1413. *σὺ δ' αἰνεῖν, εἴτε με ψέγειν θέλεις, Ὅμοιον. tu vero sive me laudare, seu vituperare velis, Tantundem* est. et ver. 1248. *Καὶ τῶν δ' ὅμοιον εἴτι μὴ πείθω· et tantundem* est, *si in nullo horum credar.* Herodotus VIII. 80. in oratione Themistoclis ad Aristidem: *ἢν μὲν πείθωνται, ταῦτα δὴ τὰ κάλλιστα· ἢν δὲ αὐτοῖσι μὴ πιστὰ γένηται, ὁμοῖον ἡμῖν ἔσται· οὐ γὰρ ἔτι διαδρήσονται*, &c. ubi bene vertitur, *perinde nobis erit.* et ita hic vertit *ὅμοιον* Reiskius.

Pro *ἂν* Codd. A. B. C. *μη*, quod in contextum recepi. paullo ante cum futuro *οὐ μὴ μῦθον—ἐρεῖς.* utrovis modo probum; ut et sæpissime cum subjunctivo Aoristi primi. licet id neget hypothesis [s]. sed frustra negat. Versu sequenti *παρεῖται* (si recte habet) ponitur pro *καθεῖται, demittitur*, Iph. Taur. 114. nam *παρεῖται* fere aliam rem exprimit, nempe, *laxatur, resolvitur, remittitur:* vide Alcest. 202. Heb. xii. 12. Orest. 879. *παρειμένον νόσῳ.* Bacch. 635. 681. *σώμασιν παρειμέναι*, de *dormientibus. μεθήσω σῶμα* eodem sensu, Hippol. 359. Helen. 1412. Athenæus VII. p. 317. B. Dorvill. ad Chariton. p. 653. Hæc loquens Evadne, seipsam dejicit.

[q] Omnino lege *εἰς πολλούς.* Vide Æschyl. Pers. 161. Sophocl. Electr. 608. Trach. 493. Œd. Tyr. 93. Euripid. Hec. 303. Orest. 1567. Hippol. 986. Suppl. 668. Bacch. 718. *Porsonus.*

[r] De verbo *κιχάνειν* vide Valckenær. ad Eurip. Hippol. 1442. *Porsonus.*

[s] Dawes. M. C. p. 222. *Porsonus.*

Ver. 1072. (1082.) Hunc versum in duos dividi debere censet Heathius,

Ἰὼ γύναι, basis iambica

Δεινὸν ἔργον ἐξειργάσω periodus.

Ver. 1075. (1085.) ὄψει. Nescio quo sensu dicatur *videbis* (prout vertunt) audacissimum facinus, cum ille *jam viderat.* ὄψει dativum est ab ὄψις, *visus*, [t] *aspectus.* παθὼν ὄψει ἔργον τὸ πάντολμον *qui vidisti* (visu passus es) *rem hanc summe audacem.* Ὦ κακὰ παθὼν, ἰδών τε, δυστυχὴς γέρον· Andromach. 1214. Minus fuisset si *audivisset* tantum. vide Sophocl. Œd. Tyr. 1261. Pro σχέτλια et τάδε, versu antecedenti, non male legi posset σχέτλιε et τόδε. Quæ noto, et multa talia, non quod ea mutanda existimem, sed ne quis ea mutet sine libris et necessitate.

Ver. 1076. (1086.) Codd. omnes αθλιωτατον. *[quibus non possum accedere.]

Ver. 1077. (1087.) μετέλαχες Τύχας Οἰδιπόδα, γέρον, Μέρος. Id est, κατὰ μέρος, *partim.* Quomodo partim ? Quia una ex tuis liberis voluntaria morte et sua culpa periit, sicut Œdipi uterque, Eteocles et Polynices. Hinc Statius Theb. XII. 18. *Œdipodi par est fortuna doloris Ac mihi.* μέρος, ut Iph. Taur. 1299. Heraclid. 678. Cod. C. μετελλαχες.

Ver. 1086. (1096.) ἐξορθούμεθ' ἄν. Dubitaveram utrum ἐξωρθούμεθ' ἄν, *(an ἐξορθούμεθ' ἂν) an ἐξορθοίμεθ' ἄν. Prius malunt omnes Libri Gallici. et ita Miltonus, et Heathius, cum alio viro docto. Versu antecedenti, τις est τις ἡμῶν, alioquin, si opus esset, legi posset, εἴ τιν' ἐξημάρτομεν.

Ver. 1088. (1098.) Παίδων τ' ἐραστὴς ἦν. Suspiciosæ significationis locutio videri potest. nam παίδων ἐραστὴς nefario sensu ponit Aristophanes Plut. 154. eodem quo παιδεραστής : et alii. Cl. Bentleius ex hac locutione παίδων ἐραστὴς [u] argumentum duxerat contra τὴν γνησιότητα Epistolarum Phalaridis. Hic locus Phalaridem defendit, satis aliunde

[t] Mihi magis placeret ὄψει ταλᾶς visu pateris. *Musgravius.*

1084. (1094.) De hoc proverbio vide J. Toupium Cur. Noviss. in Suidam p. 33. 34. *Porsonus.* (T. III. p. 53.)

1087. (1097.) Hinc defendes Nostri Phœn. 896. *Porsonus.*

[u] Confer Ion. 67. Ἥκουσι πρὸς μαντεῖ' Ἀπόλλωνος τάδε, Ἔρωτι παίδων. Dan. 6. Οὗτος δ' ἔρωτι παιδὸς ἄρσενος σχεθείς. Ion. 1246. Παίδων γὰρ ἐλθοῦσ' εἰς ἔρον Φοίβου πάρα. *Porsonus.* Euripid. Ion. 67. citavit Lennepius ad locum Phalaridis p. 211.

reprehensibilem. Necesse est ut παίδων hoc loco idem sit quod τέκνων, *liberorum.* *(non *puerorum*) *[*a lover, or desirer of children.* Dicam aliquid de hac locutione, ad Iphig. Aulid. ver. 460.]

Pro ἀπωλλύμην Cod. A. απωλυμην. voluit forte ἀπωλόμην.

Ver. 1089. (1099.) κἀξεπειράθην τέκνων,

Οἷον στέρεσθαι πατέρα γίγνεται τέκνων.

Rem certam puto Canteri conjecturam (quam et meam vere possum dicere) κἀξεπειράθην τεκών. Dicit Iphis, omnem hominem debuisse duplicem vitam, seu duas vitas habere, juventutem et senectutem primam et secundam; ut si quid in prima erratum fuisset, in secunda corrigeretur. *Si vero,* inquit, *ego ad hoc venissem,* (id est, si hoc consecutus fuissem, si hoc mihi concessum fuisset) *et, si factus pater* (τεκὼν,) *experimento cognovissem quam acerba res sit liberis privari; non fuissem in his infortuniis in quibus nunc sum.* Quare? quia nihil induxisset me ut in secunda vita liberos iterum susciperem, quorum amissionem in prima tam gravem sensissem. Τεκὼν pro τοκεὺς, cum eadem constructione, si verum sit istud Electr. 335. ὅ τ' ἐκείνου τεκὼν, *et illius pater:* nisi ibi potius scribendum *(quod puto) ἐκεῖνον τεκὼν, ut mox hac fab. νεανίαν τεκὼν, et Troas. 458. Barnesius hoc loco legendum suspicatur κοὐκ ἐπειράθην τέκνων, per parenthesin. De duplici vita, eadem est sententia Herc. Fur. 657. De τεκὼν (vel τεκνῶν, a verbo τεκνοῦν) consentit Reiskius, et Heathius.

Ver. 1094. (1104.) Εἶεν· τί δὴ χρῆν τὸν ταλαίπωρόν με δρᾶν; Codex C. Χρη. Recte. et ita edidi. Simile est istud Phœniss. 1643. Εἶεν· τί δράσω δῆθ' ὁ δυσδαίμων ἐγώ; Œdipus loquitur.

Ver. 1095. (1105.) ἐρημίαν ἴδω Πολλῶν μελάθρων. Scripsit, opinor, ἐρημίαν Πολλὴν, *multam solitudinem* meæ domus: cum interrog. ad finem sententiæ, post βίῳ: quam et in Aldina jam invenio. Frequentissima hæc est mendorum caussa, quando adjectivum trahitur in eandem terminationem, vel in eundem numerum et genus, cum proximo substantivo. cujus rei in hoc ipso dramate multa sunt exempla. Reiskius quoque Πολλὴν conjicit.

Ver. 1097. (1107.) Ἦ πρὸς μέλαθρα τοῦδε Καπανέως μόλω,
Ἥδιστα πρίν γε δή ποτ' ἦν παῖς ἥδε μοι;
Ἀλλ' οὐκέτ' ἐστίν.

Secundum versum interpretantur, *Gratissimam* (domum) *quidem mihi quondam, dum superstes esset hæc mea filia?* δή ποτε vero non est

dum, sed *olim*, ut ver. 1131. Hecub. 891. et passim. Rectius forte ita interpungas :

Καπανέως μόλω ;
Ἥδιστα πρίν γε· δή ποτ' ἦν παῖς ἥδε μοι,
Ἀλλ' οὐκέτ' ἐστίν· ἥ γ' ἐμὴν &c.

Δή ποτ' initio sententiæ, ut Apollon. Rhod. III. 996. Canterus legit, probante Heathio, πρίν γε δῆθ', ὅτ' ἦν—Piersonus Verisimil. I. 6. Ἥδιστα· πρίν γε &c. *[" Reiskius, Ἦν πρὸς μελάθρῳ, *quando venirem ad* " *ædes*. et, πρὶν δὴ, *donec*, i. e. *dum* vel *quoad*, ut, inquit, Androm. " 1147. *Suavissimæ mihi erant hæ ædes donec mihi erat filia* τῇδε, *hic*. " nam sic legendum pro ἥδε existimat." Mihi placet Piersoni conjectura. πρὶν δή ποτε ut Herc. Fur. 444, 445. et alibi.]

Ver. 1101. (1111.) Κατεῖχε χερσί. Editt. plurimæ priores χερί. Barnesius ob metrum mutavit in χερσί. Sed Codd. A. B. et Ald. habent χειρὶ : et sic edidi. ita Iphig. Aul. 1226. in re simili :

περὶ σὸν ἐξαρτωμένης
Γένειον, οὗ νῦν ἀντιλάζυμαι χερί.

et sic Bacch. 1317. vide Homer. Iliad. Α. 501. Θ. 371.

Ibid. πατρὶ δ' οὐδὲν [z] ἥδιον. Secunda in ἥδιον hic corripitur, licet pro-

[z] 1101. (1111.) ἥδιον. Huic loco laboranti medicas manus admovit eruditissimus Burneius (*Monthly Review*, N. S. T. XXVIII. p. 434.) et verba sic constituit: καὶ κάρα τόδε Κατεῖχε χερσίν· οὐδὲν ἥδιον πατρὶ Γέροντι θ. Placuit hæc conjectura, quod ex ipsius ore olim didici, peritissimo harum rerum judici, R. Porsono, cujus nota ad Orest. 499. legi meretur. " Si κακίων secundum " corripere statues, contra Atticorum " consuetudinem peccabis ; sola enim " exceptio, quæ speciem habet, est " Suppl. 1104."

Sed cum Burneius libro supra memorato Dawesianum canonem exemplis undecunque allatis confirmarit, nemini, credo, rem ingratam facturus sum, si disputationis istius summam huc transtulero.

" Comparativa in ιων desinentia 1. " apud Ionicæ et Doricæ dialectorum " scriptores penultimam corripiunt ; " 2. apud Atticos vero producunt."

ΑΙΣΧΙΩΝ. 1. Homer. Il. Φ. 437. ἀρξάντων ἑτέρων· τὸ μὲν αἴσχιον αἴκ' ἀμαχητί. Pindar. Isthm. Z. 32. οὐκ αἴσχιον φυᾶς, cui respondet in antistr. τὸν φέρτατον θεῶν.

2. Euripid. Helen. 271. Αἴσχιον εἶδος ἀντὶ τοῦ καλοῦ λάβω. Aristoph. Plut. 590. πολὺ τῆς πενίας πρᾶγμ' αἴσχιον ζητεῖς αὐτῷ περιάψαι. Eccles. 625. [a] φεύξονται γὰρ τοὺς αἰσχίους ἐπὶ τοὺς δὲ κα-

[a] Praxagoræ orationem, quæ proxime sequitur, perspicacissimi Tyrwhitti sollertia reformatam mecum aliquot abhinc annis communicavit Porsonus: ἀλλὰ φυλάξουσ' οἱ φαυλότεροι τοὺς καλλίους ἀπιόντας Ἀπὸ τοῦ δείπνου, καὶ τηρήσουσ' ἐπὶ τοῖσιν δημοσίοισιν· Κοὐκ ἐξέσται παρὰ τοῖσι καλοῖς καὶ τοῖς μεγάλοις καταδαρθεῖν Ταῖσι γυναιξὶν, πρὶν τοῖς αἰσχροῖς καὶ τοῖς μικροῖς χαρίσασθαι. Ultimum χαρίσασθαι Porsono debetur.

ducatur Ion. 1121. et Cyclop. 250. Corripitur quoque in vulgatis Aristoph. Εἰρήν. ver. 1140. et Acharn. 270. de quo loco vide Dawesium

λοὺς βαδιοῦνται. Menander. Ἐπιτρ. apud Stobæum Grotii LXXXVII. p. 363. Cleric. p. 68. Αἴσχιόν ἐστι· τὸ δ' ἐδυνᾶσθ' ἀνθρώπινον. In sequentibus quantitas hujus vocis definiri nequit, Euripid. Med. 506. Soph. Electr. 559.

ΑΛΓΙΩΝ. 1. Homer. Il. Σ. 278. στησόμεθ' ἀμπύργους, τῷ δ' ἄλγιον αἴ κ' ἐθέλῃσιν. 2. Soph. Antig. 64. καὶ ταῦτ' ἀκούειν, κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα. Nihil decernunt Æschylus Prom. 933. Euripid. Hippol. 490. Med. 238. Prologus Rhesi apud Valckenærium Diatr. p. 90.

ΒΑΘΙΩΝ. 1. Theocritus E. 43. μὴ βάθιον τήνω πυγίσματος ὕδει ταφείης. 2. Apud Atticos non invenitur.

ΒΕΛΤΙΩΝ. 1. [b] Od. P. 18. πτωχῷ βέλτιον ἐστὶ κατὰ πτόλιν, ἠὲ κατ' ἀγρούς. Sed hic legendum βέλτερον, cum MSS. optimis, et Eustathio, quam comparativi formam alibi sæpius usurpat Homerus. Βέλτερον etiam Hesiodus Opp. D. 365. Apollon. Rhod. I. 254. II. 338. III. 507. IV. 1255. Æschylus S. Theb. 337. βέλτερα τῶνδε πράσσειν. Suppl. 1067. τὸ βέλτερον κακοῦ. Idem in superlativo βέλτατος Eumen. 489. Suppl. 1052. Sed βέλτιστος Agam. 397. βελτίων nullibi usus est. Nam in fragmento apud Athen. IX. p. 375. E. plane scribendum βέλτερον. 2. Euripid. Androm. 727. τἄλλ' ὄντες ἴστε μηδενὸς βελτίονες. Ion. 424. εἰς παῖδα τὸν σὸν μεταπέσοι βελτίονα. Vide Meleag. apud Stobæum LXX. p. 70. Clement. Alex. II. p. 620. Incert. Stobæi Flor. I. p. 5. ed. Grot. Sophocl. Fr. incert. C. Aristoph. Plut. 105. 558. 576. 595. Equit. 857. Pac. 448. Nub. 1050. Eccl. 214. 475. Acharn. 650. 1077. Ran. 1009. Thesm. 200. 810. Ex Euripid. Or. 1147. Hippol. 294. Alcest. 1179. Iph. Aul. 1017. Hel. 1057. Electr. 1068. Erecth. fragm. I. 6. Aristoph. Plut. 1149. Nub. 489. 594. Thesm. 774. Menandro apud Stob. Grotii III. p. 80. Cleric. Incert. in Grotii Excerpt. p. 949. Apollodoro Stobæi Grot. p. 461. nihil certi colligi potest.

In Menandro apud Stobæum Grotii p. 497. Fr. Cleric. p. 184. Salmasio auctore proditur, ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς, καταλύσεις σὺ βέλτιον. Edd. priores dant καταλύσεις βελτίονα. Burneii observata in ipsa censura legantur integra. Interim Comici ῥῆσιν sequentem in modum habeas Porsoni sagacitate suis numeris restitutam: τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω, Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων, Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν ταχύ, Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν ἀστέρ', ὕδωρ, νέφη, Πῦρ. ταῦτα, κἂν ἑκατὸν ἔτη βιῷς ἔτι, Ὄψει παρόντα, κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους· Σεμνότερα τούτων ἕτερα δ' οὐκ ὄψει ποτέ. Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον, Ὅν φημι, τοῦτον, ἢ 'πιδημίαν ἐν ᾧ Ὄχλος, ἀγορά, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί. Ἂν πρῶτος ἀπέλθῃς καταλύσεις, βελτίονα Ἐφόδι' ἔχων ἀπῆλθες, ἐχθρὸς οὐδενί. Ὁ προσδιατρίβων δ' ἐκοπίασεν ἀπολέσας, Κακῶς τε γηρῶν ἐνδεής του γίγνεται, Ῥεμβόμενος ἐχθροὺς εὗρ', ἐπεβουλεύθη ποθέν. Οὐκ εὐθανάτως ἀπῆλθεν, ἐλθὼν εἰς χρόνον.

ΒΡΑΔΙΩΝ. 1. Hesiodus Opp. et D. 528. στρωφᾶται, βράδιον δὲ πανελλήνεσσι φαείνει. 2. Attici hoc comparativo non utuntur. Vide Grævium ad Luciani Pseudol. T. III. p. 573. In Babrii Choliambis p. 15. n. CIV. τὸ μὲν βράδιον, τὸ δὲ τάχιον ἐμπίπτει.

ΓΛΥΚΙΩΝ. 1. Il. A. 249. τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Ita et Theocritus XIV. 37. Apollon. Rhod.

[b] Βέλτιον mediam corripit Mimnermo Stobæi p. 399. ed. Grot.

Misc. Crit. p. 254. ubi dicit, Comparativa in *ιων* exeuntia in sermone Attico penultimam semper producunt. Eam producit Bentleius in

III. 815. Mosch. B. 3. 2. In Tragicorum et Comicorum reliquiis semel tantum reperitur, Soph. Philoct. 1461. *νῦν δ' ὦ κρῆναι γλύκιον τε ποτὸν,* ubi Scholiastes observat nonnullos exhibere *Λύκιον*, quod in margine quoque ed. Brubach. 1544. comparet. Silet Brunckius. Scribendum fortasse *γλύκερον.* Quæ vox Euripidem Med. 1106. Aristoph. Lysist. 971. Thesm. (Scytha loquitur) 1192. patronos nacta est. Ac sane probabile est comparativum *γλυκίων*, ut et superlativum *γλύκιστος* poetis Atticis rarissime vel nunquam adhiberi. *Γλυκύτερος* conspicitur Aristoph. Av. 1342. *γλυκύτατος* Euripid. Orest. 159. Cycl. 126. Aristoph. sæpius v. g. Ran. 311. Acharn. 475. Pac. 526. Eccl. 124. 241. 1046. &c.

ΕΧΘΙΩΝ. 1. Exemplum hujus vocis in Epicorum scriptis nondum invenimus. 2. Æschyl. Suppl. 507. *ἀλλ' ἢ δρακόντων δυσφρόνων ἐχθίοσιν.* Euripid. Troad. 1066. *τὸ μῶρον αὐτῶν, κἂν ἔτ' ὦσ' ἐχθίονες.* Soph. O. T. 272. *τῷ νῦν φθερεῖσθαι, κἄτι τοῦδ' ἐχθίονι.* Philoctet. 683. *τοῦδ' ἐχθίονι συντυχόντα θνατῶν.* Versus hendecasyllabus. Ex Æschyl. Pers. 438. Euripid. Electr. 222. Sophocl. Aj. 1054. Antig. 86. Electr. 1047. 1189. Aristoph. Av. 370. nihil, quod in alterutram partem utile sit, facile colligas. Versum Epicratis Athen. VI. p. 262. D. sic distribue, *Τί γὰρ Ἔχθιον ἢ παῖ, παῖ, καλεῖσθαι παρὰ πότον* [c].

ΗΔΙΩΝ. 1. Theocritus I. 7. *Ἅδιον ὦ ποιμὰν τό τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχές.* Bion. VII. 11. *ἐξερέω Κλεόδαμε τό μοι πέλει ἅδιον ἄλλων.* 2. Euripid. Cycl. 251. *ἥδιον ἐστίν· οὐ γὰρ αὖ νεωστί γε.* Sic Ion. 1140. Aristoph. Acharn. 1116. Av. 785. Pac. 1140. Vesp. 520. et 291. in versu Ion. a minore, qui tamen non usquequaque sanus videtur. Ita etiam Menander apud Stobæum Grot. LXXXIII. p. 345. Cleric. p. 238. Philemon Stobæi XIX. p. 101. Cleric. p. 302. Apollodorus Carystius Athen. VII. p. 280. F. Grotii Excerpt. p. 803. Mediam syllabam incertam habet Æschyl. Agam. 613. Euripid. Hippol. 291. Cycl. 443. Helen. 823. Erecth. fragm. VII. 1. et 3. Phœnic. fr. 111. Sophocl. Aj. 1011. O. T. 592. Aristoph. Av. 3. Alexide Stobæi LXVIII. p. 277. Athen. p. 28. E. Pherecrate Athen. IV. p. 159. F. Diphilo Stobæi XXI. p. 109. Antiphane Athen. VI. p. 258. Grot. Excerpt. p. 613. Mnesimacho Athen. VIII. p. 319. D. Grot. Excerpt. p. 661. In Aristoph. Acharn. 271. lectionem Dawesio propositam confirmant MSS. cum Suida v. *Λάμαχος.* In Pac. 1140. *ἐσθ' ἥδιον* MS. Rav. et alter apud Brunckium. In Menandro Fr. Cleric. p. 98. *ἥδιον* ex emendatione Casauboni ad Athenæum IX. p. 385. provenit. Theophilum Athenæi p. 563. corrige *ἥν ἐστ' ἰδεῖν ἥδιον ἢ τὸ θεωρικόν.* Moschio Stobæi Tit. ΡΚΒ. fol. penult. ed. Trinc. *Ἐπὰν γὰρ ἡ κρίνουσα καὶ τὰ ἡδίων Καὶ τἀνιαρὰ φροῦδος αἴσθησις φθαρῇ.* Edd. 2. 3. 4. 5. 6. cum Grotio p. 515. *ἡδίω* et *φθαρῇ.* Legendum videtur, *Ἐπὰν γὰρ ἡ κρίνουσα σοι τὰ θ' ἡδέα, Καὶ τἀνιαρὰ—*

[c] Qua fide MS. optimum contulerit Schweighæuserus, ipse viderit. Obiter tamen noto (ex monitu Porsoni) sextum fragmenti Epicratis versum in integrum restitui posse ex Athenæi recentissimo et sæpe inquinatissimo codice in Museo Britannico Londini adservato. MS. enim *ὁ δὲ χοααιν ποιεῖ.* Leviter corrige *ὁ δὲ χολᾷν ποιεῖ.*

Menandreis p. 119. et tamen ille, Salmasius, et Grotius corripiunt secundam in *βέλτιον*, ibid. p. 77. Media in Dorico *ἅδιον* corripitur

Restat Comicus Athenæi VIII. p. 336. F. *Τύρβαζε Μάνη· γαστρὸς οὐδὲν ἥδιόν.* Hoc fragmentum Sotioni Alexandrino potius quam Alexidi tribuendum statuerunt [d] viri doctissimi. Quorum si rata sit sententia, nihil habebis quod canoni supra exposito rite adversetur. Quod si quis tamen strenue affirmet, severiores scenæ Atticæ leges recentioribus poetastris diligenter servatas fuisse, is nullo negotio corrigere poterit *τ. Μ. γαστρὸς οὐδ' ἥδιον ἕν.*

ΚΑΚΙΩΝ. 1. Il. I. 597. *ἐνταῦθα τρέψεις, φίλος, κάκιον δὲ κεν εἴη.* [e] 2. Æschyl. S. Theb. 600. *κάκιον οὐδὲν, κάρπος οὐ κομιστέος.* Agam. 867. Euripid. Hec. 308. 1253. Phœn. 759. Hippol. 383. Alcest. 313. 762. Androm. 916. Bacch. 483. Heracl. 179. 327. 348. Helen. 427. 1233. Ion. 649. 874. 1403. Electr. 1088. Alexandr. Fr. VI. 4. Autolyc. III. 2. Dict. XIII. 5. Erysth. VI. 2. Melanipp. VII. 1. Incert. XVII. 4. XXI. 2. XXXIX. 6. Soph. Œd. T. 428. Antig. 1281. Philoctet. 1058. 1097. in Choro. Fragm. Epigon. II. 2. Incert. 58. Aristoph. Thesm. 203. 532. Euripidem Orest. 499. emendavit Porsonus. Idem apud Clement. Alexand. Strom. IV. p. 592. *πᾶσα γὰρ ἀνδρὸς κακίων ἄλοχος Κἂν ὁ κάκιστος Γήμῃ τὴν εὐδοκιμοῦσαν.* Priora tria verba omittit Stobæus Gesneri Tigur. 1559. p. 432, 45. Pessime H. Stephanus Schediasm. V. 12. iambicos numeros hic latere suspicatus est, ob id jure reprehensus a Porsono Append. Toup. T. IV. p. 436. Vera est fortasse lectio a viro quodam docto proposita *χείρων.*

ΚΑΛΛΙΩΝ. 1. Il. Ω. 52. *ἕλκει· οὐ μὴν οἱ τόγε κάλλιον οὐδέ τ' ἄμεινον.* Pind. Pyth. Ε. 15. ΙΑ. 87. Nem. ΙΑ. 32. Fragm. apud Aristoph. Equit. 1261. Theocrit. I. 54. Callim. Cer. 19. 20. 23. 2. Euripid. Med. 584. 669. Bacch. 877. 897. in Choro. Heracl. 512. Helen. 781. H. Fur. 624. Antiope XXVII. 1. Sophocl. Œ. T. 55. Aristoph. Plut. 938. Eccl. 71. 626. Lysistr. 1158. Eubulus Athenæi XII. p. 519. Mediam incertam habet Euripid. Or. 781. Iph. Aul. 1471. Phœn. 549. Hippol. 615. Heracl. 208. Aristoph. Av. 63. Lysist. 76. Menandro Stobæi p. 233. Cleric. p. 222. In Comicorum fragmentis a. 1553. Parisiis a Morelio editis citatur tanquam Menandri, *ταὐτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται.* Incerto Poetæ tribuunt Grotius Excerpt. p. 945. Winterton Poet. Min. p. 525. Hemsterhusius post Colloq. Select. Luciani Amstel. 1708. Brunckius Gnomic. p. 242. Ad hunc versum, cujuscunque tandem fuerit auctoris, respicit Cicero Epist. Attic. I. 12. p. 64. ed. Græv. *Nescio an ταὐτόματον ἡμῶν.* Laboranti metro sic facile succurras, *Κάλλιον ἡμῶν ταὐτόματον βουλεύεται.* Non dissimilis est sententia Plauti Mostell. I. 3. 40. Terentii Phorm. V. 1. 30.

ΚΕΡΔΙΩΝ. 1. Hom. Il. Γ. 41. *καί κε τὸν βουλοίμην καὶ κεν πολὺ κέρδιον ἦεν.* Pindar. Nem. Ε. 30. Apollon. Rhod. III. 798. Theocrit. ΚΕ. 33. 2. Apud Scenicos poetas nusquam reperitur.

ΚΥΔΙΩΝ. 1. Non usurpant Epici. 2. Incertæ est quantitatis Euripid. Alcest. 981. Androm. 640.

ΛΩΙΩΝ. 1. Hom. Il. Α. 229. *ἦ πολὺ λώϊόν ἐστι κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν.* Hesiod. Opp. D. 350. Theocrit. XXVI. 32. Apollon. Rhod. III. 527. IV. 1102. Callimach. Jov. 2. Epigr. I. 5. Vetus Oraculum apud Herodot.

[d] Cf. Marklandum supra v. 127.

[e] Producit Theognis 1129.

in Theocrito semper, vel sæpe. *Γαστρὸς οὐδὲν ἥδιον*, in fine senarii comici, apud Athen. VIII. 3.

Ver. 1102. (1112.) *ἀῤῥένων δὲ μείζονες ψυχαί.* Opinor *ἀῤῥένων γε*, vel *δή*. nam *δὲ* huic loco non adeo congruere videtur. *μὲν* *(optimum foret, sed) aliquanto longius abest, nisi perierit in sequente syllaba *μει*, vel mutatum fuerit in *δὲ*, quod frequenter accidit in describendo. Vult: *ἄῤῥενες μὲν θηλειῶν μεγαλοψυχότεροί εἰσι, ἧσσον δὲ γλυκεῖς εἰς τὸ θωπεύειν.* Pro *δὲ* (ver. 1105.) legi posset *τε*.

Ver. 1108. (1118.) *ὡς μισῶ σ' ἔχων.* *Σε*, i. e. *γῆρας*. Eadem locutione, *ἔχω γῆρας*, utitur Homerus Iliad. Δ. 315, 316. et Noster fragm. Phœnicis, *Ὦ γῆρας, οἷον τοῖς ἔχουσιν εἶ κακόν*! ubi forte præstaret *τοῖς σ' ἔχουσιν*[x], ut hoc loco: quia *τοῖς ἔχουσιν* ambiguum est, et nonnunquam significat *divitibus*. Istud *σ'* in bivio est, et utrique applicari debet, *μισῶ σε, ἔχων σε.*

Ver. 1110. (1120.) *Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι καὶ μαγεύμασι.* Exemplaria antiqua habent[y], *Νώτοισι καὶ στρωμναῖσι καὶ μαντεύμασι.* Satis absurde. Ex Plutarchi Consolat. ad Apollon. p. 110 C. dudum correxeram, *Βρωτοῖσι καὶ ποτοῖσι μαγγανεύμασι*, *Esculentis et poculentis præstigiis*, i. e. *scitamentis*, vel *condimentis*, pro eo quod est *καὶ μαγεύμασι* in Plutarcho, et *magicis artibus*, quod nihili puto. inveni postea citatum apud M. Antoninum Imp. lib. VII. 51. *Σίτοισι καὶ πότοις καὶ μαγγανεύμασι* pro *ποτοῖσι μαγγανεύμασι*. ubi vide Cl. Gatakerum, qui appositum locum adduxit ex Greg. Nazianzeno De amore Paupert. Orat. XVI. *λιπαρὰς*

I. p. 43. 2. Hoc comparativum Tragicis semper est disyllabon. Æschyl. Pers. 526. Euripid. Med. 916. Soph. Œ. T. 1038. 1513. Trach. 736. Philoct. 1079. 1100. Aj. 1265. 1416. Sic etiam Lycophro 1412.

ΡΙΓΙΩΝ. 1. Hom. Il. A. 325. *Ἐλθὼν σὺν πλεόνεσσι· τό οἱ καὶ ῥίγιον ἔσται.* Hesiod. Opp. D. 703. Apollon. Rhod. III. 430. IV. 402. Orpheus apud Clement. Alex. Strom. VI. p. 738, 10. 2. Non usurpant Attici.

ΤΑΧΙΩΝ. Hoc comparativo parcius vel nunquam utebantur Poetæ vetustiores Dorici et Ionici. Occurrit quidem penultima producta in Epigrammate Antipatri Brunck. Anal. II. 6. 1. *Εἰς Ἀΐδην μία πᾶσι καταίβασις· εἰ δὲ τάχιον Ἡμετέρη, Μίνω θᾶσσον ἐποψόμεθα.* 2. Formam *θᾶσσον* libentius adhibuerunt Attici. v. g. Euripid. Or. 729. Soph. Aj. 581. Aristoph. Plut. 604. Menander Cleric. p. 236. Philemon Cleric. p. 292. Eupolis apud Suidam v. *ἀλφάνει*. Alexis Athenæi VI. p. 244. E. Antiphanes ejusdem XII. Vide Phrynichum p. 26. T. Magistrum. p. 436. Mœrin p. 364. Herodianum p. 436. ubi tamen Piersonus ex Menandro A. Gellii II. 23. Cleric. p. 152. *τάχιον* excitat, sed in fragmento longe mendosissimo, quod viros doctissimos diu frustraque exercuit.

[x] Probante Valckenærio Diatr. c. XXIV. p. 271. *Porsonus.*

[y] *Βρωτοῖσι καὶ πότοισι* ex Plutarcho dederat Grotius Exc. p. 269.

τραπέζας, καὶ τὰ μαγείρων καὶ ὀψοποιῶν μαγγανεύματα: quæ τὰς μαγειρικὰς μαγγανείας vocat Athen. I. 8. p. 9. quem vide etiam lib. IX. 3. p. 372. D. Credo Euripidem scripsisse μαγγανεύμασι. Xenophon hæc vocat σοφίσματα, Hieron. p. 904. A. Βρώματος ἐξαπάτη, Antholog. lib. IV. p. 370. Brodæus conjicit νωθροῖσι, *quiete, laboris fuga.* et Miltonus idem margini adscripserat. Plutarchi locum non meminerant. Idem De Sanit. tuend. p. 126. A. τὰ σιτία καὶ τὰ ὄψα μονονοὺ μαγγανεύειν καὶ φαρμάττειν. vide et quæ præcedunt: et Spanhemium ad Aristoph. Plut. 310. Legi quoque posset μηχανήμασι, ex eodem loco Xenophontis, et Alexide apud Athenæum lib. III. p. 124. sed verum puto μαγγανεύμασι.

Versu proxime sequenti παρεκτρέπειν ὀχετὸν est παροχετεύω, una voce, Bacch. 479. et Antonin. Imp. XII. 2. Grotii ὄλεθρον minus necessarium videtur.

Ver. 1112. (1122.) ἐπειδὰν μηδὲν ὠφέλουν πόλιν. Ὠφελῶσι γῆν, Plutarchus loco citato. Sed in Codd. A. B. notatur γρ. παλιν. hoc esset, ἐπειδὰν μηδὲν ὠφέλουν, πάλιν—ἔῤῥειν. *[Quod nonnullis placebit.] Aliis Plutarchi lectio vera potest videri propter ἐπειδὰν, quod cum indicativo nunquam, puto, ab Euripide conjungitur; neque invenio ἐπειδὴ in exemplaribus. Ad sensum parum refert, utro modo legas.

Ver. 1115. (1125.) Ὀστᾶ φέρεται. Scaligeri et Canteri hanc conjecturam pro φέρετε, quod non admittebat metrum, edidit Barnesius. Admodum probabiliter. De καὶ δὴ versu antecedenti vid. Viger. Sect. VII. reg. 14.

Ver. 1118. (1128.) Πολλοῦ δὲ χρόνου σώζεις μέτα δή. Non intelligo hæc: neque adjuvat Brodæi Scholion: "χρόνον· μετὰ χρόνον. σώζεις. "*servas nos.*" Codex A. legit ζωσας δη, sine μέτα. B. ζωσας μετα δη. C. δη-ζωσας. Admisi ζώσας, et mutavi parenthesin, hoc modo:

Γραίας ἀμενοῦς (οὐ γὰρ ἔνεστιν
Ῥώμη, παίδων ὑπὸ πένθους)
Πολλοῦ δὲ χρόνου ζώσας μέτα δή, &c.

1112. Omnino legendum ex Plutarcho ὠφελῶσι γῆν. Vide Marklandum ad initium hujus fabulæ Valckenærium ad Eurip. Phœn. 6. ἐπειδὰν autem modo indicativo junctum nusquam comparet. Quare frustra est Cl. Taylorus ad Æschin. p. 13. ubi pro ἐπειδὰν νομοθετήσωμεν reponere vult ex uno MS. ἐνομοθετήσαμεν. *Porsonus.*

1113. ἐκποδὼν—νέοις. Vide Musgrav. ad Eurip. Bacch. 1148. ubi quamvis sine necessitate Piersonus ξυμφόρα in ξυμφόρας mutaverit, bene Græcum tamen est ξυμφόρας. Vide Iph. Taur. 1234. Phœn. 1006. *Porsonus.*

1114. (1124.) Locus nullo modo duplicatum δὴ, imo ne simplex quidem pati videtur. Legi potest, τάδ', ἰδοὺ, παίδων ἤδη φθιμένων. *Musgravius.*

quæ satis clara sunt. Ζώσας μετὰ πολλοῦ χρόνου, *viventis cum longo tempore*, est *per longum tempus*. ita σὺν adhibet Sophocles Œd. Tyr. 17. σὺν γήρᾳ βαρεῖς ἱερεῖς, *cum annis graves sacerdotes*, pro, *annis graves*. μετὰ cum dativo eodem modo παρέλκει in Philoctete ver. 1138. et Homero Odyss. Γ. 90. et σὺν in Ione, 1582. Soph. Ajac. 306. *[Reiskius conjicit, ῥώμην, et Πολλοῦ τε χρόνου σώζειν μεγάλην· *fieri enim nequit ut quis ingens robur servet in luctu ob liberorum funera, et in tanta ætate.* Πολλὸν χρόνον Brodæi rectum arbitratur Heathius, qui nescivit Codicum scripturam.]

1123. (1133.) Φέρω, φέρω. Quæ sequuntur usque ad ver. 1165. in prioribus editt. habebantur ΜΟΝΟΣΤΡΟΦΙΚΑ, et ita signabantur. Sed Scaliger, Heinsius, et Rutgersius acute perspexerunt hic esse duas strophas, et totidem antistrophas, vocibus Φέρω, φέρω, et Ἰὼ, ἰὼ bis, extra mensuram versus positis, ut sæpe fit. Hanc ordinationem in sua editione recte sequebatur Barnesius. monere omisit, titulum desiderari ante Βεβᾶσιν, οὐκ ἔτ' εἰσὶ &c. *[Quæ enim ibi sequuntur, non sunt antistrophica.] Supra notavi in Dramatis Personis, huic fabulæ præfixis, omissas esse ΠΑΙΣ (qui hic inducitur) et ΑΘΗΝΑ.

Ver. 1124. (1134.) ἐκ πυρὸς πατρὸς μέλη. Si per Codices licuisset, maluissem, ἐκ πυρᾶς, nam duo substantiva ὁμοιοτέλευτα, interdum quidem, sed non sæpe, concurrunt in Euripide, qui hunc sonum videtur cavisse.

Ver. 1125. (1135.) ἀλγέων ὕπερ. *Propter dolores*. usitatius ὑπὸ, ut ὑπὸ πένθους ver. 1117. ὑπ' ἄλγους Æschyl. Eumenid. 183. ἐπ' ἀλγέων eodem sensu Helen. 203. Sed ὑπὲρ παθέων, *ob mala*, Hippol. 159. ἔριδος ὕπερ, *ob discordiam*, Androm. 490. βραδυτῆτος ὕπερ, *propter tarditatem*, Sophocl. Antig. 944.

Ver. 1128. (1138.) Πᾶ δάκρυα φέρεις φίλα. Codd. A. B. φερεις δακρυα φιλα τη. C. πα φερεις δακρυα φιλαι τε ματρι. Vulgata convenit metro antistrophes. Δάκρυα, *lacrymas*, pro *caussam lacrymarum*, nempe, cinerem combustorum ducum. [y] *[Reiskius ita: "Παῖ (non Πᾶ) ο "*fili, affers matri amicas lacrimas, et molem aliquantulam cineris de-"functorum, loco ipsorum corporum.* unde patet comma post ματρὶ col-"locandum, post ὀλωλότων autem delendum esse."]

Ver. 1132. (1142.) Ἐγὼ δ' ἔρημος, &c. Hæc melius distingui possunt, ex Aldina,

y Musgravius olim conjecerat καί· δάκρυα φ. φ. probante Wartono ad Miltoni Lycidam 14.

Ἐγὼ δ' ἔρημος ἀθλίου πατρὸς τάλας,
Ἔρημον οἶκον ὀρφανεύσομαι λαβὼν, &c.

Notandum quoque, deesse hic quod respondeat istis Φέρω, φέρω, in strophe α'. Verum puto,

Ἰὼ, ἰώ.
Ἐγὼ δ' ἔρημος &c.

Sic paullo ante Ἰὼ ἰὼ, omittebatur in Cod. C. Ita quoque conjicit Heathius.

Ver. 1133. (1143.) Ἔρημον οἶκον ὀρφανεύσομαι λαβών. Constructio est λαβὼν ἔρημον οἶκον. Tragicis ἔρημος οἶκος dicitur, quando principalis aliqua persona ex familia moritur. sic amissa Phædra, Theseus dicit, Hippol. 860. Ἔρημος οἶκος, καὶ τέκν' ὀρφανεύεται. et hic, amisso patre, οἶκος vocatur ἔρημος. sæpius, quando quis moritur nullo hærede, proprie dicto. unde istud Menandri ap. Stob. Tit. LXXIII. p. 448.

Ὀδυνηρόν ἐστιν, εὐτυχοῦντα τῷ βίῳ,
Ἔχειν ἔρημον διαδόχου τὴν οἰκίαν.

vide Demosthenis Orat. adv. Macartatum, et πρὸς Λεωχάρην, p. m. 260. ed. Hervag. 8°. οἶκοι ἔρημοι vocantur quoque, in quibus nulli liberi nuptiis quæsiti, Iph. Aul. ver. 806.

Ver. 1137. (1147.) Τροφαί τε ματρός. Non male quis conjecerit[z], Τροφαί τε μαστῶν: ut Troas. 754. Ἐν σπαργάνοις σε μαστὸς ἐξέθρεψ' ὅδε· et Hecub. 424. Ὦ στέρνα, μαστοί θ', οἵ μ' ἐθρέψαθ' ἡδέως. nam ματρὸς jure suspectum hoc loco esse potest, licet alibi τροφαὶ ματρὸς proba sit locutio. τέλη, *ministeria* vertit Brodæus. vult poëta, Ubi sunt *vigiliæ* per totam noctem, infantibus insumtæ?

Versu antecedenti B. C. ita, πολυχευματων (ου, νυ superscr.).

Ver. 1139. (1149.) σοι μάτερ, τέκνα. Cod. A. μοι παιδες, τεκνα. B. μοι παιδες, πατερ. *(Nemo, opinor, potest dicere quænam sit vera lectio.)

Ver. 1141. (1151.) Πυρὸς τετακότας σποδῷ. Forte, Πυρᾶς σποδῷ, et τετακότα, sc. τέκνα, *resolutos in cinere rogali.* quamquam τετακότας ferri potest, quasi υἱοὺς præcessisset: vid. ad ver. 44. et statim sequitur Ποτανοί. Reiskius: "σποδῷ, si recte habet, idem est atque ἐν σποδῷ "vel εἰς σποδὸν, et πυρὸς est ὑπὸ πυρός. Conjeci tamen aliquando πόνῳ, "*labore, violentia ignis.*"

Ver. 1142. (1152.) ἤνυσαν τὸν Ἀΐδαν. Id est, ἤνυσαν[a] [ὁδὸν εἰς] τὸν Ἀΐδαν,

[z] Probat Musgravius.

[a] Exempla, quæ citat Marklandus, præter locum ex Sophocl. Ajace, nihil aut parum ad rem faciunt. Aptius

confecerunt iter ad Plutonem: ut bene vertitur. Ellipsis usitata. Pariter Sophocles Ajac. 614. ἀνύσειν τὸν ἀπότροπον Ἅδαν, i. e. ὁδὸν εἰς Ἅδαν, *migrare ad detestatum Plutonem*, seu *mori*. Eodem more ἐξανύειν πόλον ἄστρων, Noster Orest. 1685. Cum præpositione Sophocles Trachin. 669. πρινὴ Τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε· *priusquam Hanc ad urbem* [viam] *confecerit*. et Noster Hippol. 742. ἀνύσαιμι ἐπὶ ἀκτὰν: quod vertunt, *conficerem iter ad littus*. vide Schol. Aristoph. Plut. 607. Aristides Serm. Sacr. I. p. 278. ἐπορευόμεθά τε· καὶ ὡς ἠνύσαμεν, ἐπιστὰς &c. *et postquam eo pervenimus*, &c. ἀνύειν τὴν ὁδὸν, Xenophon. Cyrop. lib. II. ad fin. Homer. Odyss. O. 293. ὄφρα τάχιστα Νηῦς ἀνύσειε θέουσα θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Eadem ellipsis in aliis verbis *perficiendi:* ut κραίνειν Orest. 917. in χαρακτηρισμῷ probi civis Attici qui ruri plerumque degebat: Ὀλιγάκις ἄστυ κἀγορᾶς κραίνων κύκλον· *Raro conficiens* [viam ad] *urbem, et fori circulum:* id est, raro commeans ad urbem, et conciones publicas: ἐκκλησίαις (l. ἐκκλησίας) οὐ περιερχόμενος, οὐδὲ πλησιάζων, ut Scholiastes. vulgo legitur absurde [b] χραίνων, *polluens*. Sic τελεῖν est *perficere:* unde Matt. x. 23. τελεῖν τὰς πόλεις τοῦ Ἰσραὴλ, est τελεῖν [ὁδὸν εἰς] τὰς πόλεις, *perficere* [iter ad] *urbes Israëlis*, quod est, *obire urbes Israëlis*. Cum præpositione Lucianus in Toxar. T. II. p. 68. ed. Græv. ἐτέλεσεν ἐς Σκύθας, *iter confecit ad Scythas*. et Hermotim. T. I. p. 558. ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖν· sc. ὁδόν. ubi Menagius adducit istud Thucydidis, εἰς Φάρσαλον ἐτέλεσε, *Pharsalum* iter *perfecit*, id est, Pharsalum pervenit.

Ver. 1143. (1153.) Πάτερ, σὺ μὲν τῶν σῶν κλύεις τέκνων λόγους.
Ἆρ' ἀσπιδοῦχος——ἀντιτάσσομαι.

Pro λόγους omnes MSS γόους. Lego et distinguo:

Πάτερ, (σὺ γὰρ τῶν σῶν κλύεις τέκνων γόους)
Ἆρ' ἀσπιδοῦχος ἔτι ποτ' ἀντιτίσομαι
Σὸν φόνον;

Similis distinctio *(cum γὰρ) Bacch. 1328. Ὦ πάτερ, (ὁρᾷς γὰρ τἄμ' ὅσῳ μετεστράφη) Ἐκθηριωθεῖσ' &c. et Aristoph. Acharn. 449. Ὦ θύμ' (ὁρᾷς γὰρ σκευαρίων) νῦν &c. τέκνων pro τέκνου, ex more. Ἀντιτίσομαι est præ-

exemplum ministrat Sophocles Antig. 816. (805.) siquidem vulgatum retineas. *Porsonus*. Vide Brunck. ad Œ. C. 1562.

[b] Sed vide Porsonum loc. cit.

1142. Si hæc cum Tyrwhitto in Antistrophica distinguas, hic versus minus apte gemello suo respondet. Legendum igitur videtur, Ποτανοὶ δ' ἠνύσαντ' ᾄδαν, cui versus 1149. optime congruet, si modo legatur, Ἅλις δ' ἀλγέων πάρεστίν μοι. *Porsonus*.

clara Canteri emendatio, de qua dubitari non oportuit. ἀντιτίσασθαι φόνον, Æschyl. Agam. 1272. ἀντιτίσασθαι πόσιν τῶνδε κακῶν, *vicissim punire maritum ob hæc mala*, Med. 261. Lycophron ver. 1367. Τριπλᾶς τετραπλᾶς ἀντιτίσασθαι βλαβάς. Accuratam notionem verbi vide ap. L. Kusterum De Verb. Medio, Sect. II. 12. p. 61. ed. Lond. 1750. Ego sine hæsitatione in contextum admisi. Pro τῶν Ald. τῆς: et ante hunc versum ponit εὐά. seu notam Evadnes, ut et bis infra, ver. 1153. Ἔτ' εἰσορᾶν &c. et 1161. Ἔκλαυσα &c. Quomodo fieri potuit? cum Evadne jam pridem mortua esset.

Ver. 1145. (1155.) ΙΦ. εἰ γὰρ γένοιτο τέκνον·
Ὅταν Θεοῦ θέλοντος &c.

Distinguendum,

εἰ γὰρ γένοιτο, τέκνον,
Ὅταν, Θεοῦ θέλοντος, ἔλθοι μοι δίκα
Πατρῷος.

Pro Ἰφ. Codd. B. C. Αδρ. Idem est γένοιτο quod εἴη, et vocis χρόνος vel καιρὸς elegans est ellipsis: εἰ γὰρ εἴη [χρόνος] ὅταν ἔλθοι μοι δίκα: *utinam sit* tempus *quando mihi obveniat vindicta!* Sic Alcest. 1109. D. Lucas xiii. 35. Plene Homerus Iliad. Δ. 164. Ἔσσεται ἦμαρ ὅταν. Joan. iv. 23. Eadem ellipsi Latini. Plautus Menæch. V. 6: 25. *prope est, quando* &c. i. e. *tempus* quando. neque dubito quin ita scripserit Cicero De Orator. I. 1. *Ac fuit, cum mihi quoque initium requiescendi* &c. ubi nunc legitur, *Ac fuit tempus cum*, vel, *tempus illud cum*. Vide Cl. Pearcium ad locum: et Scholiast. Sophocl. Ajac. 1088. unde discas eandem esse rationem locutionis ἔσθ' ὅτε, *interdum*: nempe, ἔστι χρόνος ὅτε, Εἰ γὰρ, *utinam*, ut Sophocl. Œd. Tyran. 80. εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γε τῷ Σωτῆρι βαίνῃ, λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι. vulgo ibi legitur, τύχῃ γέ τῳ. [c] Τῷς est *sic*, cui respondet ὥσπερ, et ὡς, alibi in Sophocle et Æschylo. Pro ἔλθοι cod. B. ελθῃ. bene. Notabis Doricum δίκα in iambo, pro δίκη.

Ver. 1147. (1157.) Κακὸν τόδ' εὕδει ut εὕδων φόνος (vel φθόνος) Ἀγαμέμνονος, Electr. 41. Ὡς οὔποθ' εὕδει λυπρά σου κηρύγματα! Hecub. 662.

Ver. 1148. (1158.) γόων ἅλις τύχας, i. e. περὶ τύχας: *satis luctuum de*

[c] Vulgatum sine necessitate sollicitat vir doctus. Æschyl. Theb. 478. σὺν τύχῃ δέ τῳ. ut recte edidit Brunckius. Choëph. 136. σὺν τύχῃ τινί. τῷς tamen nuper edidit Brunckius. *Porsonus.*

1146. Pro ὅταν Musgravius ἔτ' ἄν, quod nisi fiat, legendum ex MS. ἔλθῃ. *Porsonus.*

fortuna: ut μέλος τύχης *cantilena* seu *querela de fortuna,* Iphig. Aul. 1279. neque opus esse puto alia distinctione. Reiskius ita: γόων ἅλις, στοναχᾶς ἅλις ἀλγέων τε πάρεστί μοι.

Ver. 1149. (1159.) Pro πάρεστί μοι Cod. A. B. μοι παρεστι. et ver. 1152. pro ἐκδικατὰν omnes tres εκδικασταν, quod in contextum ideo recepi (vide ver. 1215.) ut et παρακέλευσμα (ver. 1155.) ex A. B. et Ald. pro παρακέλευμα. vide Helen. 1618. Iphig. Taur. 320.

Pro τιθέντα (ver. 1154.) Cod. A. θεντα. quasi olim fuisset μοι θέντα. alioquin, putarem præstare, παρὰ γένυν τιθέντ' ἐμόν.

Ver. 1150. (1160.) [d] Στάσω. ποῦ με δέξεται γάνος &c. *[*Reiskius:* " Στάσω ποῦ (id est ὅπου)] με δέξεται—*stabo* (*collocabo me*) *aliquando ibi* " *ubi flos Græcorum ducum me conspiciet æneis in armis vindicem cæsi* " (vindicare cædem) *mei patris.*"

Ver. 1151. (1161.) Χαλκέοισιν ὅπλοις. Pronunciarem Χαλκ—γοῖσιν. vid. ad ver. 901. Pro στρατηλατῶν rectius putat στρατηλαταν Heathius.

Ver. 1156. (1166.) Δυοῖν δ' ἄχη, ματέρι τ' ἔλιπες,
Σέ τ' οὔποτ' ἄλγη πατρῷα λείψῃ.

*[Hæc non intelligo. Describam quod in ea notatum video. " Δυοῖν. " Utriusque nostrum. *Brodæus.*" Σέ τ'. " His verbis Sthenelus allo- " quitur Iphin, suæ matris patrem. *Barnesius.*" Mihi hæc videtur loqui non Sthenelus, (nam ejus mater Evadne jam mortua erat) sed alius Puer, filius alicujus ex ducibus defunctis, et cujus mater jam superstes erat: et pro Σέ τ' scribendum forte Μέ τ': ut dicat, reliquisti, o pater, luctum duobus, *matri* meæ, et *mihi.* ἄλγη πατρῷα, *dolores ob patrem,* ob te; ut δίκα πατρῷος, ver. 1146. et λείψει legendum putarem: quod confirmat Cod. A. Reiskius: " in Σε alloquitur " puer avum suum paternum." Σέ ad ipsum puerum qui loquitur, non ad Iphin, referendum censet Heathius. cetera mecum sentit.

Ver. 1164. (1174.) Pro φίλον Cod. B. φιλιας. C. φιλος. et pro σῆς ματρὸς A. σε μητρος. Paullo ante pro ὑποβάλω A. υποβαλλω. et pro ΙΦ. C. habet ΧΟ. Incerta est significatio vocis ἄγαλμα hoc versu. vertitur *effigiem.* Significare potest et *oblectamentum.* vide ad ver. 367.] *(Cum neque contextum intelligam, neque quo modo hæc, et quæ

[d] Felicissime emendat Tyrwhittus, Pueris tribuens, ἄρ' ἔσθ' ὅτ' Ἀσωποῦ με δέξεται γάνος. Ἔσθ' ὅτ', *aliquando,* ut Alc. 1109. Ἀσωποῦ γάνος, *Asopi liquor.* Sic κρηναῖον γάνος apud Æschyl. Pers. 483. et Lycophr. Alex. p. 49. ed. P. Steph. γάνος Ἠριδανοῖο Callimach. Strabonis IX. p. 397. Βηφύρου γάνος Lycophr. p. 53. Κυλιστάρνου γάνος id. p. 152. Ῥυνδάκου ποτῶν γάνος p. 199. Pro δέξεται malit Marklandus δέρξεται: sed vide Virgil. Æn. III. 96. VIII. 73. *Musgravius.*

sequuntur personis distinguenda sint, nihil dabo præter Var. Lectiones. Pro λείψῃ (1057.) A. habet λείψει. Pro ὑποβάλω (1160.) A. ὑποβάλλω. Pro ΙΦ. (1163.) C. habet ΧΟ. Pro φίλον (1164.) B. habet φιλίας, C. φιλός. Pro σῆς ματρὸς (1164.) A. σε μητρός.)

Ver. 1165. (1175.) Αργειων γενος A. non Ἀργεῖαι: ut Ἀργείων κόραι, 1073. et Ἀργείων χθόνα ver. 1176. 1195. Alterum æque probum: Æschyl. Ἱκετ. 282. Herodot. II. 114. VIII. 95. Sophocl. Acrisio ap. Stob. Tit. 72. p. 440.

Ver. 1170. (1180.) Pro ὁρῶντας A. ερωντες.

Ver. 1171. (1181.) Πᾶσίν θ' ὑπεῖπον τούσδε. Scribo, Παισὶν θ' ὑπεῖπον τοῖσδε τοὺς αὐτοὺς λόγους. ut paullo ante, παῖδας τούσδ': et ver. 1185. τοῖσδε παισίν. et ita Heathius, nisi quod retineat τούσδε. "Reiskius, "Παισὶν θ' ὑπειπεῖν (scil. χρὴ, a communi) *oportet vos liberis vestris "inculcare.*" Nihil mutarem in ὑπεῖπον, idem quod præsens, more solito Euripidis. sic Orest. 643. Οὐ χρήματ' εἶπον, *Non divitias dico.* et ita ver. 1606. Phœniss. 936. Medea 272. ᾐσθόμην, *sentio*, Alcest. 715. Ὑπεῖπον vero pro προεῖπον, Thom. Mag. V. Ὑπάγω.

Ver. 1178. (1188.) Χάριν τ' ἀγήρω γ' ἕξομεν. Codices A. B. C. αγηρων. quod ut Atticum admisi. *[Reiskius, " ἀγήρων ἕξομεν." Vide ad ver. 161. unde mallem, ἀγήρων γ' ἕξομεν.]

Ver. 1180. (1190.) Pro ὑμῖν B. ημιν.

Ver. 1181. (1191.) ἄξιος γὰρ σὺ καὶ πόλις σέθεν. Mallem χ' ἡ πόλις. sic enim solet post καὶ σὺ: neque male ita scriberetur ver. 1168. Ita Orest. 1715. ed. King. ὄναιο καὶ σὺ, χ' ὠ διδοὺς ἐγώ· i. e. καὶ ὁ. Alcest. 661. καὶ σὺ, χ' ἡ τεκοῦσ' ἠλλαξάτην. Troad. 894. Ἐγώ νιν οἶδα, καὶ σὺ, χ' οἱ πεπονθότες. Bacch. 1288. Σύ νιν κατέκτας, χ' αἱ κασίγνηται[d] σέθεν. vulgo ibi, καὶ κασιγνήτη, contra veritatem historiæ. Multo plura loca in Tragicis sunt, quæ eadem medicina indigent. Facile vero commutantur Χ et Κ, cùm ejusdem sint soni. unde nunc in Aristophanis Pace ver. 1176[e]. legitur βάμμα Κυζικηνικὸν, cum ipse opinor scripserit χεζικηνικὸν, a χέζω (honor sit auribus) *caco.* Quid vero sit βάμμα χεζι-

1168. (1178.) Lege χἠ πόλις cum Marklando infra 1181. vide supra 576. Sophocl. Œd. Tyr. 409. Eurip. Orest. 73. σύ τε, κασίγνητός θ' ὁ σός. Vulgo κασίγνητός τε σός. Markland. ad Eurip. Iph. Aul. 886. *Porsonus.*

[d] κασίγνηται quoque J. Barnesius. Eandem emendationem repetit J. Marklandus ad Iph. Taur. 1074. *Porsonus.*

[e] Hanc emendationem recepit Brunckius. Alteram Eccles. 169. repudiavit.

ξηνικὸν non opus est ut explicem, et statim agnoscent qui jocos Aristophanis norunt. *[Pariter in alio loco Ecclesiaz. 169. legitur καὶ σὺ καὶ, pro χ᾽ ἥσυχος, nisi fallor: Ἄπερρε, χ᾽ ἥσυχος κάθησ᾽ ἐντευθενί.]

Ver. 1183. (1193.) Ἄκουε, Θησεῦ, τούσδ᾽ Ἀθηναίας λόγους. "Ut verum "fatear, non hic videtur satis urgens causa ut Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς in"troducatur. nisi ut Poëtæ fixum erat, Athenas suas quoquo modo "ornare. *Barnesius.*" Mihi contra videtur, totum hujus dramatis propositum ab hac una circumstantia pendere. Admodum probabile est hanc fabulam scriptam fuisse Olympiad. XC. 3. sive anno Belli Peloponnesiaci XV. quo anno (ut ex Thucyd. lib. V. erudite monet idem Barnesius in Argumento) Argivi, pace cum Lacedæmoniis inita, in agrum Atticum incursionem fecerunt. Sive autem hæc fabula scripta fuit isto anno ante istam incursionem, sive post, idem erit ejus propositum, nempe, ut ostendat ingratum Argivorum animum erga benefactores suos, Athenienses; et simul, conatus eorum irritos, ex hac prædictione Minervæ: non enim dubitari potest, quin historiæ istorum temporum innixa fuerit hæc narratio de interventu Minervæ, et ceteræ περιστάσεις, de jurejurando Argivorum, de Tripode, qui Euripidis tempore Delphis proculdubio extabat, de gladio abdito &c. vanæ alioquin et nullius ponderis vel auctoritatis futuræ, imo et Argivis ridendæ, si hæc omnia merum Poëtæ figmentum fuissent.

Ver. 1184. (1194.) ὠφελεῖν τάδε. Reiskius conjicit πόλιν pro τάδε. [f]Cicero sæpe utitur voce HÆC eodem sensu pro Imperio Romano, seu *præsenti statu rei publicæ.* In Catilin. I. et IV. *qui* HÆC *delere conati sunt:* quod mox *delere imperium* vocat. et ita Clytæmnestra insultans Electræ post Orestis mortem auditam, apud Sophoclem Electr. 797. Οὐκοῦν Ὀρέστης καὶ σὺ παύσετον ΤΑΔΕ; quod vertitur, *Tune ergo et Orestes extinguere* HÆC *cogitatis?* id est, finem imponere regno et vitæ Ægisthi ac Mei? *[Hunc Euripidis Iambum ita vertit Heathius: *Quæ te oportet facere, facientique tibi, emolumento esse ista.*

Ver. 1188. (1198.) τόνδε δ᾽ ὀμνύναι χρεὼν Ἄδραστον. Dubium esse posset, utrum τόνδε ὅρκον, an τόνδε Ἄδραστον. Ultimum verius mihi videtur.

Ver. 1189. (1199.) οὗτος κύριος, τύραννος ὤν. Codices A. B. κυριος ως τυραννος ων.

[f] Non satisfacit Marklandi defensio. Forte verum fuerit ὠφελεῖν τὰ σά. *Musgravius.*

Ver. 1190. (1200.) ὁρκωμοτεῖ. MSS. omnes ορκωμοτων. qui consensus non est de nihilo: et unice verum puto ὁρκωμοτῶν. sed loquendi schema librariis ignotum, et hic, et multis aliis in locis mutationi ansam dedit. Ponitur nominativus pro genitivo absoluto; unde ἀνακόλουθον sequi videtur, prout a viris doctis sæpe observatum fuit. sic Iphig. Taur. 695. Σωθεὶς δὲ—Ὄνομά τ' ἐμοῦ γένοιτ' ἂν &c. id est, Σωθέντος δέ σου: nam Σωθεὶς nominativus nullum habet verbum subsequens. vide ibi Barnesium: et Æschylum Χοηφ. 1060. ubi προσθίγων pro προσθίγοντός σου. Aristoph. Acharn. 1163. et Schol. ibi, et Herodot. VIII. 83. ubi οἱ ποιησάμενοι pro τούτων ποιησαμένων. Edidi itaque ὁρκωμοτῶν: id est, τούτου κυρίου—ὁρκωμοτοῦντος, ὅρκος ἔσται (Cod. A. εστω) ὅδε. Reiskius, [g] ὁρκωμοτεῖν: et Heathius. De verbo vid. Pollucis I. 38. et Præf. p. 37, ubi pro ὁρκομοτεῖν, MS. α. habet ὁρκωμοτεῖν. Heathius vertit, *jurandi potestate gaudet*, et facit pendere a κύριος.

Ver. 1192. (1202.) ἐποίσειν—παντευχίαν. Ut ἐποίσειν δίκην Menander in Misogyno apud Priscianum p. 1192.

ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον
Ἦ μὴν ποιήσειν σοι δίκην κακώσεως·

scrib. puto ἐποίσειν vel μ' ἐποίσειν: *me intentaturam tibi litem malæ tractationis.* Uxor videtur alloqui maritum suum, τὸν Μισόγυνον. Sic ἐπιφέρειν τὴν ὀργὴν, Ad Roman. III. 5. αἰτίαν ἐπιφέρειν, Actor. xxv. 18. vide Budæi Comment. Gr. Ling. p. 7. et 410. De ἀποίσειν, eundem p. 39. ἐπιφέρων ἔγκλημα, Orest. 764. χεῖρας ἐποίσει, Homer. Odyss. Π. 439. et Iliad. Α. 89. Herodotus V. 81. τότε (f. τῶντε) Θηβαίων δεηθέντων, πόλεμον—ἐπέφερον: hoc est πολέμιον παντευχίαν ἐπέφερον. Vide commentat. ad istud Phædri I. 1. *jurgii caussam intulit.*

Ver. 1193. (1203.) ἐμποδὼν θήσειν δόρυ. Æschylus Ἑπτ. ἐπ. Θήβ. 1024. ἐμποδὼν ἔστη δορί. Utrovis modo, θήσειν aut στήσειν, recte. ἐμποδὼν γίνεσθαι Iph. Aul. 1396. Ἐμποδὼν γενήσομαι 'γὼ, θνητὸς οὖσα, τῇ Θεῷ; sic metrum postulat, non, ut editur, γενήσομ' ἐγώ.

Ver. 1194. (1204.) ὅρκον ἐκλιπόντες.. Sic Iphig. Taur. 750, Εἰ δ' ἐκλιπὼν τὸν ὅρκον ἀδικοίης ἐμέ; quod ἐκτὸς ἐλθεῖν (sc. τοῦ ὅρκου) vocat Hercules in Soph. Trachin. 1205. Ἐκλειπία τῆς πίστεως Suidas ex Josepho. μὴ ἐμμένειν ὅρκῳ, Medea 754. His opponitur eleganter composita vox ἐμπεδορκεῖν apud Xenophontem in Rep. Lacedæm. ad fin. et Herodotum ad fin. lib. IV.

[g] Ὀρκωμοτεῖν Grotius de Jure B. et P. II. 15. 3. probante J. Barbeyracio in notis Gallice scriptis. *Porsonus.*

Ver. 1195. (1205.) πρόστρεπ'. *Precare*, id est, *Adrastus precetur*. nam verba jurisjurandi Theseus præire, Adrastus vero in verba ejus jurare, debuit.

Ver. 1200. (1210.) Στῆσαί γ' ἐφεῖτο. Στῆσαί σ' ἐφεῖτο, Reiskius. "Forte "primitus fuit, Στῆσαι 'ξεφεῖτο, i. e. ἐξεφεῖτο, ut Iphig. Taur. 1468. ἐκ-"πέμπειν χθονὸς Ἑλληνίδας γυναῖκας ἐξεφίεμαι."

Ver. 1202. (1212.) τρίποδος—κύτει. Ut in Alcmanis Fragment. ap. Athen. X. 4. Καὶ πόκα τοι δώσω τρίποδος κύτος. sic λέβητος κύτος Cyclop. 398. θώρακος κύτος Aristoph. Pace 1223. τὸ τῆς κεφαλῆς κύτος, Plato in Timæo, p. m. 155.

Ver. 1204. (1214.) μαρτυρήμαθ' Ἑλλάδι. Barnesius hoc mutavit in μαρτύρημά θ' Ἑλλάδι, propter Μνημεῖά θ'. Reiskius: "aut μνημεῖον ὅρκων, "aut μαρτυρήματά θ' Ἑλλάδι."

Ver. 1205. (1215.) καὶ τρώσης φόνον. Canterus vertendo, *et eas* (hostias) *feriens peregeris cædem*, satis ostendebat se locum hunc bene intellexisse: neque de δρώσης vel [h] δράσης cogitari debuit. Τιτρώσκειν φόνον, *vulnerare cædem*, est, *vulnerando-facere cædem*, more solito Tragicorum: et modesta est et plana locutio præ multis quas in iisdem poëtis observare licet. Apud Sophoclem Ajace 55. κείρειν φόνον πολύκερων, ad verbum est, *tondere cædem multicornem*, si ita loqui licet: quod quis intellexerit? sed stylo tragico significat, *laniando-facere cædem multarum bestiarum cornutarum*. Noster Orest. 290. ἐκτείνειν λιτὰς τοῦ γενείου, *extendere supplicationes menti*, vel *barbæ*: i. e. *extendendo* manus *ad mentum, facere supplicationes*, vel *supplicare*: qui mos erat istorum temporum. Iterum Iphig. Aulid. 1480.

Ἑλίσσετ' ἀμφὶ ναὸν,
Ἀμφὶ βωμὸν, Ἄρτεμιν·

id est, ἑλίσσουσαι ἀμφὶ ναὸν, ἀμφὶ βωμὸν, ἀείδετε, ὑμνεῖτε, κλῄζετε Ἄρτεμιν· *saltantes circum templum, circum aram, Dianam celebrate*. Electra 180. de saltatura: ἑλικτὸν κρούσω [i] πόδ' ἐμὸν, *volubilem pulsabo pedem meum*: id est, κρούουσα [γῆν, vel ἐν γῇ Iph. Aul. 1042.] κινήσω πόδα ἐμὸν ἑλικτὸν, *pulsans* [terram] *movebo pedem meum volubilem*. Unum solummodo addam ex Heraclidis ver. 758. de prœliaturo: μέλλω κίνδυνον τεμεῖν σιδάρῳ· *secaturus sum periculum* (vel *prœlium*) *ferro*. Quidnam hoc ænig-

[h] δράσης φόνον Toup. in Suid. III. p. 21. contra quem recte defendit textum Musgravius ex Phœn. 1469. *Porsonus*.

[i] Πόδ' ἐμὸν emendatio est Canteri pro πόλεμον, quod defendit Musgravius. *Porsonus*.

matis? inquies. Vult, *secando-facere prœlium* (sive *periculum*) *ferro*: id est, *ense* quo *secantur* et cæduntur hostes *in prœlio, periclitaturus sum*: plane, *ferro acuto prœliaturus sum*. quamquam scio τεμεῖν aliter explicari posse. Hæc in nostris theatris risu et sibilis exciperentur: veteribus tamen isto tempore placuerunt. Neque quæri debet, "Quis "unquam vel fando audiverit de hac phrasi τιτρώσκειν φόνον?" Nam in sexcentis exemplis quæ facile proferri possent, verba ipsa, ita conjuncta, frustra forte alibi quæsiveris. sed tamen ista sexcenta exempla omnia erunt ejusdem formæ et rationis; non ideo repudianda quia alibi locutionibus iisdem deficimur, quæ nunquam forte alibi extiterunt. Sat nobis in plerisque jam esse potest (imo, forte debet) ratio similium, et MSS. consensus. *[Reiskius: "κ' ἀγχρώσῃς φόνον, *et cui "sanguinem adspergas, affrices*, id est, *quam inquines sanguine victima-"rum*. pro ἀναχρώσῃς."]

Ver. 1207. (1217.) εἴσω δόμων. Id est, εἰς, vel ἐν δόμοις. vid. Valckenær. ad Phœniss. 1571.

Ver. 1209. (1219.) καὶ κακὸν νόστον πάλιν. Ut Phœniss. 956. Πικρὸν δ' Ἀδράστῳ νόστον Ἀργείοισί τε Θήσει. Bacch. 1335. νόστον ἄθλιον πάλιν. sed præcipue Heraclid. 1042. Κακὸν γὰρ αὐτοῖς νόστον ἀντὶ τῶνδ' ἐγὼ Δώσω. Euripidis Supplices et Heraclidæ, utpote in pari fere argumento, plurima habent similia.

Ver. 1211. (1221.) ἵν' αὐτῶν σώμαθ' ἁγνισθῇ πυρί. Scribendum puto, ἵν'—ἡγνίσθη, *ubi purificata sunt*, (et ita Heathius) nam ἵν' ἁγνισθῇ significaret, *ut purificentur*. Vidit Scaliger τὸ ὕπουλον, et remedium attulit, ἵν'—ἂν ἁγισθῇ, vulgata quidem lectione longe melius, et Græcum magis, utcumque Barnesio non satisfecerit. sed unice verum erat quod dixi, ἵν' ἡγνίσθη. *purificare igne*, ἁγνίζειν πυρὶ, frequenter occurrit; ex persuasione veterum, res omnes igne purificari. unde Electra in Orest. 39. dicit, *Sextus hic est dies ex quo cæsa mater mea Clytæmnestra* (non *cremata* est, sed) πυρὶ καθήγνισται δέμας, *igni purificata est corpus*. ubi Scholiastes: πάντα γὰρ καθαίρει τὸ πῦρ. unde καθάρσιον πῦρ Helen. 875. et Iph. Aul. 1112. ubi legitur πῦρ καθάρειον. vide ibi notata, et adde Joseph. Antiq. Judaïc. XX. 7: sect. 5. Iphigenia Thoanti præcipit, Iph. Taur. 1216. Ἅγνισον πυρσῷ μέλαθρον· *Purifica domum face*, vel *igne*. inepte ibi nunc legitur χρυσῷ, *auro*. vide illic quoque notata, et Ion. 708. Locum istum Iphig. Aul. jam video mecum emendasse (ut alia plurima) eximium virum Joan. Piersonum Verisimil. I. 5. p. 65. Anthologia Reiskii, carm. 630. p. 101. de Sacerdote cujus cadaver

Athenis combustum erat, ἥγνισε δ' Ἀτθὶς Πυρκαΐη. ita erat in MS. non ἥγισε. Idem vir clarissimus hic legit ἁγισθῇ.

Ver. 1212, 13. (1222.) παρ' αὐτὴν τρίοδον Ἰσθμίας Θεοῦ. Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον. παισὶ δ' Ἀργείων λέγω. "Dianæ. Pindari in Olympiis Scholiastes, "Istriæ; Pausanias in Arcad. Hymniæ Dianæ mentionem facit. *Bro-"dæus.*" Pro Ἰσθμίας Barnesius conjicit Ἰμβρασίας ex Callimacho Hymn. in Dian. 288. Uterque Dianam intelligit. Ἄρτεμις quidem Προπύλαιος templum habuit Eleusine: sed istud quid ad hunc locum faciat non exputo. Vox τρίοδον forte induxit hos Viros Doctos ut de Diana cogitarent, scientes illam vel Hecaten appellatam esse Τριοδῖτις, et ad illius curam pertinere τὰς τριόδους. Lego et distinguo,

Μέθες παρ' αὐτὴν τρίοδον. Ἰσθμίου Θεοῦ
Παῖ, σοὶ τάδ' εἶπον. παισὶ δ' Ἀργείων λέγω, &c.
Relinque juxta ipsum trivium. O Isthmii Dei (Neptuni)
Fili, tibi hæc mando. filiis vero Argivorum narro, &c.

Suppone Παῖ a scribis omissum, et ceterarum interpolationum caussam facile videbis; nempe, μὲν intrusum ad iambum explendum; et pro Ἰσθμίου Θεοῦ, quod nihil erat sine παῖ, factum τρίοδον Ἰσθμίας Θεοῦ, quod æque nihil erat, sed altero isto speciosius. De more sepeliendi mortuos in triviis vel trifiniis, dixit aliquid Salmasius ad Consecrat. Templ. in agr. Herod. p. 59. De Neptuno, Deo Isthmio, vid. Apollon. Rhod. III. 1238. et Schol. Aristoph. Equitt. 606. Aristidis Isthmic. in Neptunum, et Pindar. Olymp. XIII. Frustra quæsiveris *(quidnam hic agat) Ἰσθμία Θεός. Theseum vero Neptuni filium habitum fuisse, notum est ex Nostri Hippol. 901. 1184. Plutarch. in Theseo p. 3. B. et Ciceron. De Offic. III. 25. Ceterum Ἰσθμίου Θεοῦ Παῖ, ut ὦ παῖ ποντίου Θεοῦ, Cyclop. 412. De locutione, Σοὶ μὲν τάδ' εἶπον, vide Valckenær. ad Phœniss. 785.

Corrige obiter in hac voce Clement. Alexandrinum Strom. VI. p. 753. ed. Oxon. ubi pro Ἰσθμίῳ Διί, scribendum Ἰκμαίῳ, ex Schol. Apollon. Rhodii II. 500. et ex ipso Apollonio II. 523. Reiskius hic legit Ἰσθμίου στενοῦ, sed non explicat quid sit τρίοδος Ἰσθμίου στενοῦ. Heathius, τρίοδον Ἰσθμίας ὁδοῦ.

Pro πορσύνεθ' (ver. 1214.) Cod. C. πορσύνατ'.

Ver. 1215. (1225.) ἐκδικάζοντες φόνον. Si scriptura mendo vacat, neque legendum ἐκδικήσοντες, videtur significare *ulciscentes cædem*, quemadmodum vertitur. Negat Vir summus ad Chariton. Aphrodisiensem p. 586. et alibi; ἐκδικεῖν hoc esse, non ἐκδικάζειν, statuens. An semper?

nam δικαστὴς videtur significare *ultor, vindex,* in Herc. Fur. 1149. ubi Hercules, post cædem liberorum suorum, ait,

Ἦ φάσγανον πρὸς ἧπαρ ἐξακοντίσας,
Τέκνοις δικαστὴς αἵματος γενήσομαι ;

Nonne hoc eodem sensu dicitur quo ἐξεδίκησε τὸ αἷμα, Apocalyps. xix. 2.? et ver. 1152. omnes codd. habent ἐκδικαστὰν, *vindicem,* non ἐκδικατάν. *(Electra 1094. φόνον δικάζων φόνος, *cædem ulciscens cædes.*) Quæro, non affirmo contra virum qui Græcam linguam intellexit decies melius quam scriptor harum notarum. vide ad ver. 154.

Ver. 1219. (1229.) Ἀλλ' οὐ φθονεῖν χρὴ συσκιάζοντας γένυν,
Καὶ χαλκοπληθῆ Δαναϊδῶν ὁρμᾶν στρατόν.

"Brodæus: φθονεῖν. Placet φθανεῖν. *priusquam barba genas vestiat.*" Veram lectionem, [c] φθάνειν, pæne vidit. Constructio est: Ἀλλὰ χρὴ ὑμᾶς, ΟΥ ΦΘΑΝΕΙΝ συσκιάζοντας γένυν, ΚΑΙ ὁρμᾶν στρατὸν &c. Sensus et versio: *Sed oportet vos,* SIMUL AC (non *priusquam*) *barba vestras genas vestiat,* CONTINUO *ducere exercitum armatum Argivorum contra Thebas.* Ad verbum: *Sed oportet vos,* NON PRÆVENIRE *vestientes genas* vestras, ET *ducere* &c. id est, simul ac vestiveritis barba genas, statim ducere &c. Locutio elegantissima illustrationem meretur. Lucianus Dialog. Menip. et Tantal. p. 300. ubi Tantalus dicit: ἢν δέ ποτε καὶ ἀρύσωμαι, καὶ προσενέγκω τῷ στόματι, ΟΥ ΦΘΑΝΩ βρέξας ἄκρον τὸ χεῖλος, ΚΑΙ διὰ τῶν δακτύλων διαῤῥυὲν, οὐκ οἶδ' ὅπως, αὖθις ἀπολείπει ξηρὰν τὴν χεῖρά μου· SIMUL AC *irrigavi summa labra,* CONTINUO *inter digitos* aqua *effluens,* &c. Xenophon De Re Equestri p. 939. lin. ult. Ἢν δὲ καὶ πάνυ διαπονήσηταί τις ταῦτα, ΟΥ ΦΘΑΝΕΙ ἐξαγόμενος ὁ ἵππος, ΚΑΙ εὐθὺς ὅμοιός ἐστι τοῖς ἀκαθάρτοις. Vertitur: *Quod si maxime laborem in his perpetuum aliquis impenderit, non tam cito liberatur ab eis equus, quin statim similis sit immundis.* Tu verte, SIMUL AC *educitur equus,* STATIM *similis fit immundis.* Plutarchus De Garrulitate, p. 507. D. ΟΥ ΦΘΑΝΕΙ τὸ θεραπαινίδιον ἀποχωρῆσαν αὐτῆς, ΚΑΙ (τινι) τῶν ὁμοδούλων εὐθὺς—ἐμβάλλει τὸν λόγον· SIMUL AC *ancilla ab ea digressa fuit,* CONTINUO *alteri conservæ narrationem injicit.* Si plura velis, vide eundem in Anton. p. 946. F. Mario p. 415. D. Galba p. 1055. A. Aristidem Orat. Sacr. III. p. 314. Panath. p. 157. Alciphron. lib. III. epist. 30. 72. Aristophanem Nub. 1387. ubi cum infinitivo, οὐκ ἔφθης ἂν φράσαι, καὶ ἐγὼ &c. et iterum male vertitur *priusquam* pro *simul ac.* Isocratem Epist. ad Philipp.

[c] De verbo φθάνειν confer omnino Vigerum p. 319. cum Hermanni adnott. p. 745. seqq.

p. m. 182. οὐ γὰρ ἔφθησαν &c. quem locum Wolfius bene vertit: ut et alium περὶ Εἰρήν. p. 354. Euagora p. 394. De Bigis p. 698. Trapezit. p. 716. Æginet. 766. Reiskius hic legit Ἀλλ' οὐκ ὀκνεῖν χρή.

Ver. 1221. (1231.) Ἑπτάστολον πύργωμα. Hoc in Phœniss. 294. est ἑπτάστομον. et ita hic scribendum monuit Valckenærius, et Heathius: quod et ego pridem conjeceram ex hac fab. ver. 401. et Bacch. 917. ad quem locum ille quoque remittit. Στόματα, *ora*, sunt *portæ*. Ἐπὶ πύργωμα favere potest iis qui Æschyli Tragœdiam inscribendam volunt Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας. ut in Lysiæ Epitaph. p. 31. Ἀδράστου δὲ καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων, &c. *contra Thebas.*

Ver. 1222. (1232.) ἐκτεθραμμένοι. Male B. εκτετραμμενοι. vide Aristoph. Nub. 793. Ion. 823. Herodotus IV. 9. ἐπεὰν γένωνται τρόφιες: quod ἀνδρωθέντας mox vocat. ἐς ὃ ἐπήβησαν οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, VI. 83. i. e. ἐφήβησαν. In edit. Gronov. legitur ἐπέβησαν, et vertitur *accesserunt.* alioquin mendum typothetæ haberi posset. ἐπιτρεφόμενον de eadem re idem lib. I. 123.

Ver. 1224. (1234.) ἔκγονοι δ' ἀν' Ἑλλάδα Κληθέντες. Barnesius Ἐπίγονοι· quod et postea invenit in exemplari Scaligeri: et ante monuerat Brodæus, et ita verterat Canterus. Apollodorus Biblioth. III. 7. Μετὰ δὲ ἔτη δέκα, οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες, κληθέντες Ἐπίγονοι, στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο, τὸν τῶν πατέρων θάνατον τιμωρήσασθαι βουλόμενοι. vide et Pindarum Pyth. VIII. et Strabon. lib. IX. p. 634. Ad hos Epigonos pertinet istud quod Diomedes loquitur in fragment. Oinei, p. 485. ed. Barn.

Ἐγὼ δὲ πατρὸς αἷμ' ἐτιμωρησάμην
Σὺν τοῖς ἐφηβήσασι τῶν ὀλωλότων.

Ver. 1225. (1235.) ᾠδὰς ὑστέροισι θήσετε, ut Troad. 1245. ἀοιδὰς δόντες ὑστέροις βροτῶν. *cantica,* id est, materiam *carminum* seu *poëmatum*: ut βίαν forte, *materiam violentiæ,* ver. 451. μομφὴν *caussam querelæ,* Coloss. iii. 13. et Sophocl. Ajac. 180.

Versu antecedenti, Κοὐκ ἐστὶν ἄλλως, est Aristophanis Οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα, Nub. 698. i. e. *ita, non aliter, fieri oportet.* pessime vertitur, *At præter hæc non sunt alia loca.* et ita Vesp. 1161. vid. et Εἰρήν. ver. 109.

Ver. 1228. (1238.) ἀνορθοῖς. Forte, ἀπορθοῖς, ut Sophocl. Antig. 646. Glossæ: Ἀπόρθωσις, *planacio.* nam ἀνορθοῦν est *lapsum* vel *lapsurum erigere,* Idem Œdip. Tyran. 46. 51. Noster Bacch. 364. Budæus G. L. p. 311. quod sensui hujus loci non convenit. Plato De Legg.

VI. Θεὸν καὶ ἀγαθὴν Τύχην—ἐπικαλουμένους, ἀποϱθοῦν αὐτοὺς τὸν κλῆϱον πϱὸς τὸ δικαιότατον. Qui ἀνοϱθοῦται, *jam* lapsus est, vel *peccavit:* qui ἀποϱθοῦται, prævenitur ne labatur, vel peccet.

Ver. 1229. (1239.) ἐν ὅϱκοις ζεύξομαι. Sic ὁϱκίοισι ζυγεὶς Med. 735. ὁϱκίοισι μεγάλοισι ἐνδεδέσθαι Herodot. III. 19. ἔνοϱκον θέσθαι, Sophocl. Philoct. 825.

Ver. 1231. (1241.) ἀσφαλῶς οἰκήσομεν. Demosthenes in Aristocrat. p. 293. ed. Taylor. ἐκ γὰϱ τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, ὑμῖν ὑπάϱξει, μεγίστοις οὖσιν, ἀσφαλῶς οἰκεῖν· *summam potentiam securi tenere potestis*, vertit Wolfius. Οἰκεῖν, est *administrare, regere*, quod et docent lexica. Absolute (ut hic, et in loco Demosthenis citato) Xenophon Hist. Græc. lib. IV. p. 536. A. Plenius οἰκίαν τε καλῶς οἰκεῖν καὶ πόλιν. Idem Ἀπομνημ. lib. IV. p. 790. C. et Isocrates Panegyr. p. m. 149. ἐκείνοις τοῖς ἔϱγοις ἐπιχειϱεῖν, ἐξ ὧν τάς τε πόλεις ἀσφαλέστεϱον οἰκήσομεν, καὶ &c.

Ver. 1232. (1242.) ὅϱκια δῶμεν Τῷδ' ἀνδϱί. Argivi hic dicuntur διδόναι ὅϱκια seu ὅϱκον *dare jusjurandum* i. e. *jurare* Theseo; et Theseus λαμϐάνειν vel δέχεσθαι *accipere* eorum ὅϱκον ver. 1188. et sic Aristoph. Ran. 597. Nonnunquam tamen Græci more prorsus contrario loquuntur; secundum quem Theseus dici potuit διδόναι ὅϱκον *Argivis*, i. e. facere *ut Argivi jurarent:* et tunc Argivi dicerentur λαμϐάνειν vel δέχεσθαι ὅϱκον, *to take an oath*. Demosthenes Paragraph. πϱὸς Ἀπατούϱιον p. m. 79. ἐνεστηκυίας δὲ τῆς δίκης, δίδωσιν ὁ Παϱμένων ὅϱκον τούτῳ (Ἀπατουϱίῳ) πεϱί τινων ἐγκλημάτων· καὶ οὗτος ἐδέξατο. ubi Parmeno *dedit* vel *obtulit* jusjurandum Apaturio, et Apaturius *accepit* conditionem, et *juravit*. vide quæ sequuntur. *(et Plutarch. Eumen. p. 585. E.) In nostro Idiomate hæc duplex significatio locutionis *to give an oath*, adhuc servatur. nam *I give my oath*, est, *ego juro*. sed, *I gave him the oath*, est, *ego feci ut ille juraret*. *[Plura hujusce generis notavi ad Iphig. Aul. ver. 460. quæ ab iis qui Græcam linguam intelligere cupiunt, summopere sunt observanda.]

Post versum ultimum in nonnullis editionibus ponuntur asterisci, signum defectus. Sensui fabulæ nihil mihi videtur deesse, neque defectum aliquem innuit Aldina. Si quid absit, forte fuerit solennis iste epilogus, Ὦ μέγα σεμνὰ Νίκα &c. vel iste alter, Πολλαὶ μοϱφαὶ τῶν δαιμονίων &c. Alterum horum, ut ad fabulam non spectantium, fieri

potest ut omiserint librarii. Epigraphe ista, Εὐριπίδου Ἱκέτιδες, invenitur in vetustis editionibus, et opinor in MSS.

Hesychius: Ἀναδρομαί· αὐξήσεις, βλαστήσεις. Εὐριπίδης Ἱκέτισιν, Ὑψιπύλῃ. Hæc vox non nunc invenitur in hoc dramate. *(Forte excidit post v. 262. Nam istud v. 1000. ΠροσέΒΑΝ ΔΡΟΜΑΣ ἐξ ἐμῶν &c. non video quomodo huc detorqueri possit.)

DE
GRÆCORUM
QUINTA DECLINATIONE IMPARISYLLABICA,
ET INDE FORMATA
LATINORUM
TERTIA:
QUÆSTIO GRAMMATICA.

ADJICIUNTUR LOCA ALIQUOT

EX AUCTORIBUS GRÆCIS ET LATINIS

EXPLICATA.

Utinam essem bonus Grammaticus! sufficit enim ei qui auctores omnes probe vult intelligere, esse bonum Grammaticum. Porro, quicumque Doctos Viros, Grammaticos—*vocant, sunt ipsi indoctissimi; idque semper observabis. Non aliunde dissidia in religione dependent, quam ab ignoratione Grammaticæ.* Scaligerana, *p. 86. ed. Tan. Fabri.*

AMICISSIMO VIRO

W. H. ARMIGERO.

NON ut Patrono Cliens, sed ut Amico Amicus, quæ multo optabilior est necessitudo, tibi hoc mitto, duabus de caussis; nam et Tu hujusmodi quæstiones, ad antiquitatem spectantes, libenter soles legere; et nemo est cujus benevolentiæ Ego plura debeo. Utroque igitur nomine, tam materiæ quam mittentis, hoc tibi gratum fore optat

J. M.

LECTORI S.

QUÆRENTI visum est verum, Omnia vocabula Quintæ 217
Declinationis Græcorum imparisyllabicæ, primitus desiisse in Σ in Nominativo. et quia necesse erat ut hæc Declinatio, utpote imparisyllabica, in Genitivo una syllaba augeretur, hoc augmentum semper factum fuisse per Vocalem *o*, insertam ante Σ, ut μάρτυρς *testis*, *Gen.* μάρτυρος, παὶδς *puer*, *Gen.* παιδὸς, δαὶτς *convivium*, *Gen.* δαιτὸς. Vulgo, μάρτυρ, παῖς, δαίς.

Eodem modo processum esse in Tertia Latinorum, quæ ex hac Quinta Græcorum formaoatur. eam visum est semper olim exiisse in *S*, et Genitivum auctum fuisse Vocali *I*, inserta ante *S*, ut *lapids lapidIs*, *parents parentIs*, *consuls consulIs*. Vulgo, *lapis*, *parens*, *consul*.

Sed non diu in hac certa forma persiterunt harum Declinationum Nominativi. nam aures hominum cito fastidiebant hunc Consonantium quasi cumulum, quibus fere onerabatur horum Nominativorum extremitas: et idcirco ex plerisque ejecerunt *unam*, *duas*, interdum *tres* Consonantes, Genitivis interim in priori et vera forma manentibus. quæ res difficultatem his Declinationibus maximam intulit. quomodo enim nosci potuit, vocem μάρτυρ debere facere μάρτυρος, vel παῖς et δαὶς, παιδὸς et δαιτὸς, in Genitivo? Si prisci Nominativi relicti fuissent, μάρτυρς, παὶδς, δαὶτς, et *lapids*, *parents*, *consuls*, nemo falli potuit, aut ambigere de Genitivis, cum solum negotium fuisset immittere *o* ante Σ in Græcis, et *I* ante *S* in Latinis vocabulis. Sed aliter tunc visum est iis qui hæc primum mutarunt, et postea, summis Græciæ et Latii scriptoribus, suavitati et pulchritudini Linguarum suarum consulentibus, de regulari terminatione Nominativi (in his saltem Declinationibus) non omnino sollicitis, sed quoquo modo et eventu

Consonantes ejicientibus, aut vocales inserentibus. Et quis hoc tempore adeo demens est, ut damnare audeat quod illis
218 placuit in suis ipsorum Linguis? Nihil tamen vetat quo minus quærere modeste possimus de discrimine inter *Auctoritatem* (quam tamen semper, nisi stultissimi simus, in *scribendo* sequemur) et istud quod ratione quærentibus nobis *Verum*, licet jam non obtinendum, videri possit: præcipue, cum hoc non fecerint, quantum scio, ipsi Antiqui Auctores, neque eorum enarratores, Veteres Grammatici, qui Regulas suas exigebant ad id quod invenerant in istis Auctoribus, neque ultra quærebant. quod si fecissent, invenissent utique, nullum fuisse discrimen primitus in his declinationibus inter Nominativos et Genitivos, nisi *o* ante Σ in Genitivo Græco, et *I* ante *S* in Genitivo Latino, ne quidem, quod scio, una cum exceptione. Plato itaque, Cicero, et ceteri Veteres, hanc caussam afficere possunt eatenus, ut si Græce vel Latine scriberes, ex eorum auctoritate semper uti velles vocibus παῖς, *lapis*, et ceteris, quibus Illi, pro Nominativis: sed, si his rebus cogitationem aliquam impendisti, eorum auctoritas nunquam potest efficere, ut credas, παῖς, et *lapis*, fuisse *veros* et primos Nominativos Genitivorum παιδὸς, et *lapidis*, in hac Quinta Græcorum, et Tertia Latinorum Declinatione: quamquam opinor hæc diu ante Illorum tempus, vel ullius Scriptoris qui nunc exstat, fuisse mutata.

DE

GRÆCORUM

QUINTA DECLINATIONE IMPARISYLLABICA.

REGULA Grammaticorum Græcorum de quinta declinatione nominum simplicium, hæc est: 219

Quinta declinatio imparisyllabica novem *habet terminationes, tres vocales, α, ι, υ, neutrius; ω fœminini; et* quinque *consonantes, ν, ξ, ρ, σ, ψ, generum omnium.*

Mirum videtur, unde hæc declinatio, in qua multo plura sunt vocabula quam in qualibet alia, et consequenter, quæ regulam inflexionis saltem æque certam ac quælibet cæterarum poscit, ab hac certitudine adeo dissideret, ut genitivi ejus, casui potius, quam ulli fixæ et constanti regulæ formationis, relicti videantur. In ceteris omnibus declinationibus Græcorum et Latinorum (excepta horum tertia) si quis tibi casum nominativum suggesserit, potes illi statim dicere qui sit genitivus. Sed in hac non potes: nam σῶμα facit σώμαΤΟΣ in genitivo, sed γάλα, γάλαΚΤΟΣ: γυνὴ, γυνΑΙΚΟΣ: μέλι facit μέλιΤΟΣ: εὔελπις *bonæ spei*, εὐέλπιΔΟΣ: δύσορνις *mali auspicii*, δυσόρνιΘΟΣ: γέλως et ἔρως, γέλωΤΟΣ et ἔρωΤΟΣ: sed ἥρως, ἥρωΟΣ: λάταξ *strepitus* quidam, λάταΓΟΣ: θώραξ, θώραΚΟΣ, sed ἄναξ ἄναΚΤΟΣ. atque ita in multis aliis, omnibus eadem incertitudine genitivorum laborantibus; velut, ὀδοὺς *dens*, ὀδόΝΤΟΣ: ποῦς *pes*, ποΔΟΣ: οὖς *auris*, ΩΤΟΣ: πλακόεις *placenta*, πλακόεΝΤΟΣ; Ξενοφῶν, *Xenophon*, ΞενοφῶνΤΟΣ, sed Σίμων, ΣίμωνΟΣ: ἄρς *agnus*, ἀρΝΟΣ: ἱμὰς *lorum*, ἱμάΝΤΟΣ, sed ἰκμὰς *vapor*, ἰκμάΔΟΣ.

Notabile erat, omnes hujus declinationis genitivos singularis nu- 220
meri desinere in ΟΣ. unde mihi primum nascebatur suspicio et quæstio, an non litera Σ in formatione hujus declinationis olim fuerit cha-

racteristica nominativi, et O characteristica genitivi: hoc est, an non *omnes* nominativi hujus declinationis primitus desierint in Σ (multo major pars etiam nunc ita facit) et *omnes* genitivi assumserint O ante Σ, quæ vocalis O una syllaba augeret nominativum, quemadmodum necesse erat fieri in declinatione imparisyllabica, qualis hæc est. nam terminationes istas, *ι, υ, ω, σίνηπι, ἄστυ,* et *λεχὼ*, ablegandas esse ad proprias contractorum declinationes, non dubitari potuit. licet enim ex hac quinta simplicium forte essent ortæ, utpote crescentes in genitivo, non tamen ideo erant hujus declinationis; sicut filia potest esse matri similis, diversa tamen persona est a matre. Hujus rei experimento facto, et re probabili, ut mihi videbatur, per innumera exempla comperta, sequebatur, hanc declinationem, pro difficillima, olim fuisse simplicissimam; adeo ut quivis, audito vero et vetere nominativo, statim posset dicere genitivum; aut vice versa, audito genitivo, verum nominativum statim diceret: et pro *novem* terminationibus, *unam* tantum fuisse, nempe, literam Σ, post consonantes fere omnes, et plerasque vocales: quæ litera nominativum constitueret, et O ante eam immissa, Genitivum. nam si ΟΣ characteristica esset genitivi, obvium erat, vocem *εὔελπις* debere facere *εὐέλπισος* in isto casu, *σῶμα, σώμαος, γάλα, γάλαος, γέλως* et *ἔρως, γέλωσος* et *ἔρωσος, ἥρως, ἥρωσος, λάταξ, λάταξος*: et ita in ceteris. Hoc argumentum, quod probat vocalem O *solam*, fuisse characteristicam genitivi, probat etiam, omnes nominativos hujus declinationis primitus desiisse in Σ. si enim omnes genitivi exeunt in ΟΣ, et O tantum sit characteristica genitivi, sequitur, non aliunde quam ex nominativo venisse alteram literam Σ. Transferendum est hoc argumentum ad tertiam Latinorum declinationem, et insitionem vocalis I ante S in genitivo. quod Priscianus si considerasset, non statuisset *Septuaginta octo* esse terminationes tertiæ declinationis Latinæ, cum *una* tantum videatur, nempe litera S (ejecta, ubicumque fieri poterat, si sequebatur consonantem) et I ante eam in genitivo.

221 Unde igitur, inquis, tanta facta est mutatio in nominativis Græcis? Hoc jam explicare conabor. Sciendum est, in istis rudibus et barbaris seculis quando linguæ primum formabantur, vocabula innumera in duabus vel pluribus consonantibus desiisse, quæ loquelam duram admodum, et confragosam, tum loquentibus tum audientibus reddebant. Hanc differentiam ex linguis quæ nunc in usu sunt, quivis potest deprehendere, si conferat ejusdem gentis priscam linguam cum hodierna. inveniet enim istam incomtam, horridam, et consonantibus abundan-

tem, præ hac quam nunc loquuntur homines. Hæ Græcæ consonantes, quando aures hominum cœperunt esse eruditiores, paulatim abjiciebantur ex nominativis, interdum *una*, interdum *duæ*, nonnunquam *tres* (ut infra ostendam), ita ut simul cum iis sæpissime abjiceretur quoque characteristica nominativi, relictis interea casibus obliquis, genitivo et dativo, in veteri et vera eorum forma, quia illis nulla erat objectio, neque eadem caussa mutationis. Hinc nata est hujus declinationis difficultas. hinc enim factum est, ut σώματος (ponam enim exempla superius citata sic ut ad manum venerunt) esset genitivus vocis σῶμα, a qua talis genitivus nunquam formari potuit secundum methodum observatam in declinationibus, quæ non permittit ut vox augeatur in secundo casu singulari *duabus* consonantibus quæ non erant in primo. Unde non dubium fuit quin literæ istæ τς essent primitus radicales in nominativo, qui erat (antequam ω a Simonide invecta esset) σόματς, et additione characteristicæ genitivi O, σόματος. asperitas autem syllabæ finalis ματς, in duas consonantes desinentis, sentiebatur ab auribus hominum simulac delicatiores factæ sunt; et amota statim erat caussa offensionis, sed una cum ea nominativi characteristica Σ, et pro σόματς factum est σόμα vel σῶμα, gen. σώματος. Ita genitivus verus manebat; sed caussa terminationis genitivi, et mutationis, ablata erat, et inflexio perdebatur. Idem processus locum, opinor, habuit in aliis nominibus ejusdem formæ, ποίημα, πρᾶγμα, φίλημα, νόημα, τρύφημα, &c. quæ plurima sunt, et quæ omnia faciunt ματος in genitivo, quia ipsa olim desinebant in ματς, ποίηματς, πράγματς, φίληματς, &c. Vox enim ποίημα, vel πρᾶγμα, nullis inflexionis machinis cogi potest ut faciat ποι- 222
ήματος, vel πράγματος in genitivo: sed ποίηματς, vel πράγματς in declinatione imparisyllabica non potuit aliud facere quam ποιήματος, vel πράγματος, postquam o ante Σ constituta esset characteristica genitivi. In aliis vero quæ finiebantur in τς, moderatiores erant correctores veteres: nam ex γήρατς γήρατος, *senectus*, πέρατς πέρατος, *finis*, τέρατς τέρατος, *prodigium*, abjiciebant τ solum, et relinquebant γῆρας γήρατος (et γήραος, quod regulare erat), πέρας πέρατος, τέρας τέρατος. quæ, licet in inflexione peccarent, non tamen adeo enormia videntur atque ista altera modo memorata. Hæc terminatio barbara, τς, in primordiis Græcæ linguæ, de quibus agimus, atque etiam Latinæ, magno in usu erat. sed insequenti tempore, quidvis, etiam dispendium characteristicæ, potius quam eam terminationem, patiebantur homines. unde pro ἤματς ἤματος, *dies*, ἥπατς ἥπατος, *jecur*, οὖθατς οὔθατος, *uber*, δάμαρτς δάμαρτος,

uxor, malebant scribere ἧμαρ, ἧπαρ, οὖθαρ, δάμαρ, in nominativo. Ita repudiarunt γέρατς γέρατος *munus*, et κέρατς κέρατος *cornu*, præferentes γέρας γέρατος, et κέρας κέρατος: et πᾶς παντὸς potius quam πὰντς παντός. rejectum σκὰτς σκατὸς *sordes*, ὕδατς ὕδατος *aqua*: et admissum potius σκὼρ gen. σκατὸς, ὕδωρ gen. ὕδατος. pro γόνατς γόνατος *genu*, θέμιστς θέμιστος *jus*, (aliud est Θέμιδς Θέμιδος, Dea *Themis*) prætulerunt γόνυ γόνατος, θέμις θέμιστος: ne dicam de participiis τύπτων, τύψας, τυφθεὶς, &c. pro τύπτοντς, τύψαντς, τυφθὲντς, &c. aut Σιμόεις *Simoïs* fluvius, pro Σιμόεντς, et aliis innumeris: adeo ut τς finalem vix jam inveneris.

Proximum vocabulum cujus mentionem feci est γάλα, *lac*, in genitivo γάλακτος· quod non adeo mirum videbitur illi qui sciverit, tres consonantes κτς recisas fuisse ex prisco nominativo, qui erat γάλακτς. unde mirari soleo non additam fuisse literam ξ, γάλαξ, quæ pro tribus istis satisfecisset, ut νὺξ pro νύκτς, ἄναξ pro ἄνακτς. Ab hujus ultima syllaba λακτς, sumta est Latina vox *lacts lactis*, mutata postea in *lac* et *lacte*, gen. *lactis*, ob eandem rationem, nempe consonantium concursum; quem, pariter ut in Græco, vitare potuissent scribendo *lax*, hoc est, *lacts*, ut *nox* pro *nocts*.

223 Sequitur ἡ γυνὴ, *mulier*. Quis non putaret genitivum ejus fore τῆς γυνῆς, secundæ declinationis, ut τῆς τιμῆς? et tamen est quintæ, et imparisyllabicæ, τῆς γυναικός. unde patet nominativum ejus primitivum fuisse γυναὶκς vel γυναὶξ, gen. γυναικός. quæ vox adhuc apparet in composito καλλιγύναιξ, *pulchras-mulieres-habens*.

Deinde μέλι *mel*, facit μέλιΤΟΣ in genitivo: quod facere non potuisset nisi nominativus fuisset μέλιτς. Εὔελπις, *bonæ spei*, gen. εὐέλπιΔΟΣ, a nominativo εὐέλπιδς. nisi vero δ fuisset in nominativo, frustra eam in isto loco genitivi quæsivisses. Δύσορνις, *mali auspicii*, gen. δυσόρνιΘΟΣ: quia antiquus nominativus erat δύσορνιθς, gen. δυσόρνιθος, postquam aspirata θ fuisset invecta loco τ: ante erat δύσορνιτς, gen. δυσόρνιτος. Sic et ἕλμινς, *tinea*, nunc declinatur in genitivo, ἕλμινθος. certe debuit esse ἕλμινος, regulariter. Antiquissimorum vero erat ἕλμιντς ἕλμιντος: posterorum, ἕλμινθς ἕλμινθος: sed irregulare est ἕλμινς ἕλμινθος. oportuit enim esse vel ἕλμινς ἕλμινος, vel ἕλμινθς ἕλμινθος. Ita κόρυς, *galea*, rite faceret κόρυος. sed facit κόρυθος. unde patet verum nominativum esse κόρυθς, gen. κόρυθος. Ex his liquet, quam licenter grassati fuerint in nominativis veteres linguæ correctores, cum tamen genitivos intactos reliquerint. In Latinis pariter factum videbis.

Τὶς, gen. τινὸς, primitus erat τινς, τινὸς, ut ἲς, ἰνὸς, *fibra*, primo erat ἶνς

ἶνὸς, ut et ἀκτὶνς, ἀκτῖνος, *radius Solis.* ex qua voce nonnulli abjiciebant ν, et scribebant ἀκτὶς, alii amoverunt ς, et malebant ἀκτίν. quæ διττογραφία, falsa utraque, in multis aliis vocibus Græcis obtinuit in hac declinatione. sic δελφὶς et δελφὶν, *delphinus.* utraque faciebat δελφῖνος in genitivo; quarum neutra, sed sola δελφὶνς hoc recte facere potuit. nam δελφὶς in hac declinatione rite faceret δελφίος: sed nescio quis foret genitivus vocis δελφίν. Si quæratur, quomodo dignosci potuit in inflexione, δελφὶς *delphinus,* a Δελφὶς *Delphica mulier,* vel *res Delphica* quælibet: responderi potest, neutram vocem antiquissimis cognitam videri. nam *delphinus* erat δελφὶνς, gen. δελφῖνος: sed *Delphica mulier* vel *res* erat Δελφὶδς, gen. Δελφίδος. Eadem duplex scriptura locum habet in μάρτυς et μάρτυρ, *testis;* cum sola vera videatur μάρτυρς, gen. μάρτυρος. 224
nam μάρτυς faceret μάρτυος: quid μάρτυρ faceret ignoro. si dicas, μάρτυρος, ut πῦρ πυρὸς: atqui πῦρ non potuisset, opinor, facere πυρὸς, nisi verus ejus nominativus fuisset πύρς. Characteristica enim genitivi in hac declinatione non est ΟΣ, sed Ο solum. si dicas ΟΣ esse characteristicam genitivi, ostendas mihi velim, quare θαῦμα facit θαύμαΤΟΣ in genitivo, non θαύμαΟΣ, vel θαύμαΡΟΣ, vel θαύμαΓΟΣ, vel θαύμαΔΟΣ: et dicam tibi, non potuisse facere aliud quam θαύμαΤΟΣ, quia, cum hæc declinatio formabatur, nominativus ejus erat θαύμαΤΣ: unde inserta Ο, characteristica genitivi, θαύμαΤΟΣ.

Talis διττογραφία qualis est in μάρτυρ et μάρτυς, cum verus nominativus fuerit μάρτυρς, obtinet apud Latinos in vocibus *honor* et *honos, labor* et *labos, arbor* et *arbos,* et multis aliis: quorum veri nominativi olim erant, opinor, *honors honoris, labors laboris, arbors arboris,* alii vero in scriptura omittebant *r,* alii *s:* utrisque, ut arbitror, caventibus ne vox duabus consonantibus scilicet exiret. quæ cautio hanc declinationem pæne perdidit, omissa toties litera Σ vel S, nominativi characteristica. Sed pergo.

Γέλως facit γέλωτος, et ἔρως ἔρωτος, quia nominativi erant γέλωτς et ἔρωτς: sed ἥρως erat regularis, et idcirco fecit ἥρωος.

Duplex consonans ξ exprimebat literas γς, κς, χς, et κτς. unde λάταξ *strepitus* quidam, gen. λάταΓΟΣ, quia olim erat λάταγς gen. λάταγος. θώραξ gen. θώραΚΟΣ, quia nominativus erat θώρακς. Πτὺξ *plica,* πτυΧΟΣ. olim πτὺχς πτυχός. sed ἄναξ *rex,* ἄναΚΤΟΣ, utpote ab ἄναΚΤΣ, ἄνακτος.

Porro: ὀδοὺς *dens* facit ὀδόντος in genitivo, qui clare sumebatur ab antiquo ὀδόντς gen. ὀδόντος: unde in dativo plurali pro ὀδόντσι, quemad-

modum scribi regulariter oportuit, posteriores ponebant ὀδοῦσι, ut ex λέοντσι fecerunt λέουσι, *leonibus*, ad vitandum concursum consonantium, et ob molliorem sonum. Ab ultima syllaba vocis ὀδόντς, venit Latinorum *dents, dentis,* postea *dens, dentis,* ejecta *t,* ob eandem rationem, ut in *gents, gentis : ments, mentis : monts, montis,* &c. Ποῦς, *pes,* gen. ποδὸς, primo erat πὸδς, gen. ποδὸς : unde Latini habuerunt suum *peds, pedis,* mutatum postea in *pes, pedis.* caussa mutationis, tam in Græca
225 quam in Latina voce, eadem erat quam sæpe dixi. Οὖς *auris,* gen. ὠτός. Verus nominativus debuit esse vel ὦτς ὠτὸς, vel οὖτς, οὐτός. sed terminatio τς ferri non potuit: ob quam rationem mutabantur multa substantiva nunc desinentia in της, sed olim in τητς, ἁγιότης, φιλότης, βραδυτὴς, αἰσχρότης, &c. quondam ἁγιότητς ἁγιότητος, φιλότητς φιλότητος, βραδυτὴτς βραδυτῆτος, αἰσχρότητς αἰσχρότητος, et similia. Ex qua terminatione, της pro τητς, formata est Latinorum in tertia declinatione *tas* pro *tats,* ut *bonitas, probitas, pravitas, obscœnitas,* &c. pro *bonitats,* gen. *bonitatis ; probitats,* gen. *probitatis,* &c. quæ omnia, ut in Græcis, designant *qualitates.* Sed ad hos revertor.

Πλακόεις *placenta,* gen. πλακόεντος, primitus erat πλακόεντς πλακόεντος, ut χαρίεις *gratiosus* erat χαρίεντς χαρίεντος : et pleraque in εις nunc desinentia olim erant ενς vel εντς, ut εἷς *unus,* olim opinor erat ἕνς, quintæ hujus declinationis: unde ἑνὸς in genitivo. ex πλακόεντς factum πλακοῦντς πλακοῦντος. sed posteris hoc non satisfecit ob numerum consonantium, et finalem τς. unde pro πλακοῦντς substitutum πλακοῦς πλακοῦντος, ejectis consonantibus ντ.

Vox Ξενοφῶν facit Ξενοφῶντος in genitivo: et ita Ἀριστοφῶν, Ἀντιφῶν, Χαιρεφῶν, &c. quæro, quamobrem? nam Πλάτων, Σίμων, Φίλων, &c. non faciunt ΠλάτωνΤος, ΣίμωνΤος, ΦίλωνΤος, sed Πλάτωνος, Σίμωνος, Φίλωνος. Si dicas istud fieri ideo quia Ξενοφῶν, Ἀντιφῶν, &c. accentum habent in ultima, respondeo, Λαοκόων facere τος in genitivo, Λαοκόωντος, ut et Κρέων Κρέοντος, et tamen accentum habere in penultima. Quærendum igitur, an non hoc inde factum, quia nomen Ξενοφῶν olim erat Ξενοφῶντς : unde in hac declinatione necesse erat ut in genitivo assumeret o, Ξενοφῶντος: et ita ceteri, Ἀντιφῶντς Ἀντιφῶντος, Χαιρεφῶντς Χαιρεφῶντος. Sed Πλάτων, Σίμων, et ceteri, qui non habebant Τ ante Σ in nominativo, desinebant in Σ solo, Πλάτωνς Πλάτωνος, Σίμωνς Σίμωνος. Aliter, nulla ratio, ut mihi videtur, reddi potest, quare Ξενοφῶν non faceret Ξενοφῶνος in genitivo; aut quare Πλάτων, Σίμων, Φίλων, non æque bene facerent Πλάτωντος, Σίμωντος, Φίλωντος. Quod si nulla sit in his rebus certa et

constans regula, Πλάτων et Σίμων facere possunt in genitivo Πλατωνάδος, et Σιμωνάδος, vel quodcumque velis; eodem jure quo *supellex* in 226 tertia Latinorum declinatione nunc facit in genitivo *supellectilis* pro *supellicis*, et *præceps præcipitis*, pro *præcipis*.

Ἀρς *agnus*, in genitivo facit ἀρνός. Quæri potest, forte, quare non ἀρσὸς, vel ἀρτὸς, vel ἀργὸς? Respondetur, Non posse aliud esse quam ἀρνὸς, quia nominativus erat ἄρνς: sed vox monosyllaba concurrentibus tribus consonantibus onerata, levabatur abjectione unius, ν: unde ἄρς ἀρνὸς, quod alioquin fuisset ἄρς ἀρὸς, regulariter. Est et alia via perveniendi ad genitivum ἀρνὸς, nempe ab ἄρην *agnus*: quæ vox, antequam longa vocalis η in Græcam linguam illata fuerat, in quinta declinatione imparisyllabica scriberetur ἄρενς, gen. ἄρενος, et per syncopen ἀρνὸς, quemadmodum πατὲρς (πατὴρ) gen. πατέρος, per sync. πατρὸς: μέτερς (μήτηρ) gen. μετέρος, per sync. μετρὸς: γαστὲρς (γαστὴρ) *venter*, gen. γαστέρος, sync. γαστρός. Ipsa vox *venter* eodem modo afficitur: nom. *venters*, gen. *venteris*, et per sync. *ventris*. Ni ita faciat, assumendo *s*, et crescendo in genitivo, quis potest dicere quare *venter* non sit secundæ declinationis, et inflectatur, nom. *venter*, gen. *ventri*, dat. *ventro*, sicut *magister, magistri, magistro?*

Denique, ἱμὰς *lorum*, facit ἱμάντος in genitivo, quia antiquus nominativus erat ἱμὰντς: et ἰκμὰς *vapor*, ἰκμάδος, a nominativo ἰκμὰδς. nisi enim ν et τ fuissent in nominativo, ἱμὰς non potuisset facere ἱμάντος in genitivo, magis quam γίγας *gigas*, γίγαντος, sine nominativo γίγαντς, aut ἐλέφας *elephas*, ἐλέφαντος, nisi nominativus fuisset ἐλέφαντς.

Dixi supra p. 220. *Literam Σ, post Consonantes fere omnes, et plerasque Vocales,* fuisse terminationem nominativi in hac declinatione. Ne hoc temere dixisse videar, subjeci omnes alphabeti literas, et exemplis instruxi eas quæ post se admittunt Σ: ante quam si immittas vocalem o, habebis genitivos omnium vocum quæ ita desinunt.

Α ante Σ: γῆρας gen. γήραος, *senectus*. Si characteristica genitivi fuisset ος, γῆρας in genitivo fecisset γήρατος. et ita in ceteris.

Β ante Σ: φλέβς (φλὲψ) gen. φλεβὸς, *vena*.

Γ ante Σ: φλὸγς (φλὸξ) gen. φλογὸς, *flamma*. 227

Δ ante Σ: genitivus φροντίδος monstrat nominativum olim fuisse φροντὶδς, *cura*: ut νεβρὶδς νεβρίδος, *hinnuli pellis*: κηλὶδς κηλῖδος, *macula*: βολὶδς βολίδος, *jaculum*: et talia innumera.

Ε ante Σ: τὸ ἀληθὲς gen. τοῦ ἀληθέος, *verum.*

Ζ ante Σ: non potest inveniri, quia ζ nonnunquam est σδ.

Η ante Σ: Ἡρακλῆς gen. Ἡρακλῆος, *Hercules.* Eurip. Heraclid. 542.

Θ ante Σ: ὄρνιθος in gen. indicat nom. fuisse ὄρνιθς *avis:* nunc ὄρνις.

Ι ante Σ: πόλις, gen. πόλιος, *civitas.*

Κ ante Σ: πρὸκς (πρὸξ) gen. προκὸς, *hinnulus.*

Λ ante Σ: ἅλς, gen. ἁλὸς, *mare.*

Μ ante Σ: exemplum non occurrit, opinor, in Græca lingua: *unum* solummodo in Latina, *hiems hiemis.*

Ν ante Σ: neque hujus, ut vocabula nunc scribuntur, exemplum inveni. nam ἕλμινς, πείρινς, et Τίρυνς huc non pertinere opinor, utpote facientes ἕλμινθος, πείρινθος et Τίρυνθος in genitivo, a nom. ἕλμινθς *tinea,* πείρινθς *crater,* et Τίρυνθς *Tirynths* urbs. et Καρχηδὼνς vel Καρχηδὸνς Καρχηδόνος, *Carthago,* Ἀπόλλωνς Ἀπόλλωνος, *Apollo,* quæ certa exempla puto, non tamen admittentur, quia nunc amiserunt Σ, et aliter scribuntur, Καρχηδὼν et Ἀπόλλων.

Ξ est ΚΣ, ΓΣ, ΧΣ, et ΚΤΣ. Exempla ejus ubique occurrunt.

Ο ante Σ non puto inveniri in nominativo hujus declinationis, cum sit characteristica genitivi. ut neque I ante S in tertia Latinorum, ob eandem caussam.

Π ante Σ: Κύκλωπς (Κύκλωψ) gen. Κύκλωπος, *Cyclops.*

Ρ ante Σ: μάκαρς, gen. μάκαρος, *felix.*

Τ ante Σ: olim frequentissima terminatio, ut supra dixi. nunc vix invenitur.

Υ ante Σ: μῦς, gen. μυὸς, *mus.*

Φ ante Σ: κατήλιφος, genitivus vocis κατήλιψ, ut nunc scribitur, probat nominativum fuisse κατήλιφς, *tabulatum.*

Χ ante Σ: πτὺχς (πτὺξ) πτυχὸς, *plica.*

228 Ψ est βΣ, πΣ, vel φΣ: quorum exempla dedi in superioribus. Omnia vocabula quæ nunc desinunt in Ξ et Ψ, olim desinebant in Σ.

Ω ante Σ: ἥρως gen. ἥρωος, *heros.*

Hoc volo: methodum cognoscendi veros nominativos Græcorum in hac declinatione (et Latinorum in tertia) petendam fuisse ex

genitivis vocum, non ex libris Grammaticorum, qui eas enarrabant quales tunc inveniebant in probatis auctoribus; non considerantes, nominativos mutatos fuisse (in priori forma genitivis relictis) diu ante istorum auctorum tempora, et ad hanc formam in qua nunc stant, et semper stabunt, paulatim perductos ex barbaris terminationibus, et pronunciatione absona. Cogitanti vero de his rebus, nunquam credibile videbitur, declinationem, in qua multo plura vocabula sunt quam in qualibet ceterarum, adeo incertitudini derelictam fuisse, ut *novem* in ea essent terminationes, quæ genitivos tam vagos et exceptionibus obnoxios redderent. neque centum Grammatici, veteres vel nuperi, cuiquam prudenti persuadebunt, genitivos *σώματος, γάλακτος,* et *γυναικὸς,* a nominativis *σῶμα, γάλα,* et *γυνὴ,* posse formari; sed a priscis *σώματς, γάλακτς,* et *γυναὶκς* vel *γύναιξ,* quamquam hæ voces dudum forte in usu esse desierint, propter asperitatem rejectæ, ut mollioribus locum facerent. Multo minus credet Prisciano, *Septuaginta octo, vel paulo plus,* fuisse terminationes in tertia Latinorum: in qua probabile est *unam* tantum primitus fuisse, literam S, et genitivum crevisse inserendo I ante S, ut *conjugs conjugIs, exuls, exulIs, Cicerons CiceronIs.* De qua deinceps dicam.

DE

TERTIA DECLINATIONE LATINORUM

FORMATA EX

QUINTA IMPARISYLLABICA GRÆCORUM.

229 PRIMA res quæ observandam sese offert in hac declinatione, est, si ita loqui licet, *non-declinatio*, seu defectus declinationis. Nominativus semper appellatur casus *rectus:* ceteri qui ab eo divergunt et discedunt, hoc est, *declinant*, vocantur *obliqui:* quod in aliis omnibus declinationibus, tam Græcis quam Latinis, fit; adeo ut sine variatione et differentia nominativi et genitivi, nulla possit esse *Declinatio*, non magis quam *motus* ubi nihil movetur; Siquidem *Casus est variatio compositionis in declinatione nominis, per immutationem novissimæ syllabæ*, ut definitur in Diomede lib. i. p. 277. Jam vero in hac Latinorum declinatione, multa sunt nomina quorum genitivi hoc tempore idem plane sunt quod nominativus, ut *ignis*, gen. *ignis: funis*, gen. *funis: restis*, gen. *restis: crinis*, gen. *crinis: omnis*, gen. *omnis:* et alia multa. Hæc *ταυτότης* suspicioni adeo obnoxia est, ut vix possit credi *hujus musæ*, et *huic musæ*, in prima declinatione, ab antiquissimis declinationum formatoribus ita relicta fuisse; præsertim cum Poëtæ dicant *aulaï, pictaï, nepaï*, (pro *nepæ*, i. e. *scorpii*) *terraï, militiaï, Triviaï, Iphianassaï*, pro genitivis *aulæ, pictæ, terræ*, &c. quasi primitus fuisset, hæc *aula*, gen. hujus *aulai*, dat. huic *aulæ*, &c.

230 Alii scribunt genitivum hujus primæ declinationis desiisse in *as*, dativum in *ai*, ut hæc *aula*, hujus *aulas*, huic *aulai*. Nam in quarta declinatione olim fuisse nom. *manus*, gen. *manuis*, &c. dubitari non potest: et Josephus Scaliger dicit Jul. Cæsarem primum induxisse genitivum *manus*. neque suspicione vacat in quinta, gen. hujus *meridiei*, dat. huic *meridiei*, &c. pro quo veteres proferebant, gen. hujus *meridie*, dat. huic *meridiei*, genitivum et ablativum eundem facientes. *quidam tamen antiquissimorum etiam similem nominativo genitivum protulerunt*, ut ait Priscianus, lib. VII. p. 781. hoc est, nom. *meridies*, gen. *meridies*. Utcumque hoc fuerit, certum est, nullam esse *declinationem* in nom. *ignis*, gen. *ignis:* nom. *funis*, gen. *funis*, &c. et proinde

suspicari licet in primis istis temporibus, quando declinationes formabantur, et quando consonantibus vocabula abundabant, omnes istos nominativos in hac declinatione, qui nunc dissyllabi sunt, et formant genitivos dissyllabos, ipsos fuisse monosyllabos, ut *igns*, gen. *ignis*: *funs*, gen. *funis*: *rests*, gen. *restis*: *crins*, gen. *crinis*: *omns*, gen. *omnis*; ita ut nominativus semper desineret in S, et genitivus una syllaba semper longior fieret nominativo, nempe sumendo characteristicam I ante S, plane ut in quinta Græcorum declinatione imparisyllabica fit, quæ exit in Σ, et format genitivum una syllaba nominativo longiorem, inserendo O ante Σ. Hic consonantium concursus in nominativis, *igns*, *funs*, *rests*, *&c.* convenit ruditati istorum temporum, et formatio genitivi, talis est qualem necesse erat fieri in declinatione imparisyllabica. Scimus vero in multis quæ adhuc restant, hanc rationem non probabilem solum, sed et veram esse. nam *trabs* regulariter facit *trabis* in genitivo. Sed monosyllabon, in duabus consonantibus exiens, displicuit sequentium auribus delicatis: et inde factus novus nominativus *trabes* gen. *trabis*. Eodem modo *plebs*, *plebis*. sed ad terminationem nominativi molliendam postea formabatur nom. *plebes*, gen. *plebis*, vel *plebei*. Ita *scrobs*, *scrobis*: postea, nom. *scrobis*, gen. *scrobis*. et dubito an non idem factum sit in omnibus nominibus tertiæ hujus declinationis quæ nunc eundem numerum syllabarum habent in nominativo et genitivo. quemadmodum, olim *nubs*, *nubis* (Auson. Idyll. XII. et Probus in Catholico p. 2462.) postea *nubes*, *nubis*. unde verisimile est, *pubes*, *pubis*, primitus fuisse 231
pubs, *pubis*. *Seps* (postea *sepes*) gen. *sepis*. *vulps* (postea *vulpes*, et *vulpis*, Phædr. IV. 19.) gen. *vulpis*. *orbs*, *orbis*, ut *urbs*, *urbis*: postea *orbis*, gen. *orbis*: sed *urbs* suam terminationem retinuit; quod mirum est: ut et *stirps*. *Corbs*, gen. *corbis*: postea nom. *corbis*, gen. *corbis*. *Æds*, *ædis*, ut *præds*, *prædis*: istud postea mutatum est in *ædes*, *ædis*: hoc, in *præs*, *prædis*. *Vats*, *vatis*: postea *vates*, gen. *vatis*. *vads*, *vadis*, ἐγγυητὴς: postea *vas*, *vadis*, et nom. *vadis*, gen. *vadis*. *Ovs*, (ab ὄϊς) gen. *ovis*; unde nom. *ovis*, gen. *ovis*. *Jovs* (a Græco Ζεὺς) gen. *Jovis*: unde nom. *Jovis*, gen. *Jovis*, Hygin. Fab. 145. et Priscian. lib. VI. p. 695. *Bovs* (a Βοῦς) gen. *Bovis*: vulgo, *Bos*, gen. *Bovis*: nisi quis malit recurrere ad Æolicum digamma, ut fuerit regulariter *bos*, gen. *bois*, et inserto inter vocales digammate *boFis*. *Navs* (a ναῦς) gen. *navis*: unde nom. *navis*, gen. *navis*. *avs*, gen. *avis*: unde nom. *avis*, gen. *avis*. Adjectivum *suavs*, gen. *suavis*: unde hic et hæc *suavis*

et hoc *suave,* gen. *suavis.* *Dulcs,* gen. *dulcis:* unde hic et hæc *dulcis,* et hoc *dulce,* gen. *dulcis.* Sic *equesters* gen. *equesteris, pedesters* gen. *pedesteris, palusters* gen. *palusteris,* et alia adjectiva in *er,* quæ olim desinebant in *ers,* et crescebant in genitivo: postea mutata in *equestris* gen. *equestris: pedestris* gen. *pedestris,* &c. cujus mutationis ratio obvia est. *(Sic adjectivum *acers,* δριμὺς, vel δεινὸς, gen. *aceris* et contracte *acris.* unde novus nominativus hic et hæc *acris* et hoc *acre,* gen. *acris:* per quem nominativum distinguitur quoque adjectivum ab *arbore* quæ est *acers,* gen. *aceris*: ex qua tabulæ scriptoriæ conficiebantur. Ejusdem declinationis sunt adjectiva *lævs, levs, brevs, tenvs, gravs, trists, insigns, infams, imbels,* et talia innumera: quæ postea assumserunt literam *i* ex genitivo in nominativum, et fiebant *lævis, levis, brevis, tenuis,* et postea per dialysin *tenuis, gravis, tristis, insignis, infamis, imbelis,* vel *imbellis.*) Nullius esset finis, si singula persequerer hujusce generis. Ex citatis vero omnibus constat, nominativum in hac tertia declinatione finitum fuisse litera S, et genitivum itidem eadem litera exiisse, assumta vocali I ante S, quæ genitivum una syllaba nominativo longiorem reddebat, pariter ac in quinta Græcorum declinatione imparisyllabica; ex qua remove O, characteristicam genitivi, et habebis verum nominativum, eodem plane modo quo in hac tertia Latinorum, si abjicias I, characteristicam genitivi, restabit nominativus. unde, ut mihi videtur, nullus nominativus in hac declinatione primitus *potuit* desinere in *is* (nam I erat S erat characteristica genitivi) nisi simul genitivus terminaretur in *iis;* cujusmodi terminationis exemplum in genitivo nondum inveni, neque extare
232 puto. Multi quidem nominativi *nunc* exeunt in *is* (nonnullos eorum supra recensui, *ignis, funis, restis,* &c.) qui genitivum eundem faciunt; sed omnes a posteris invecti, et methodo paullo ante memorata redarguendi; nempe, si abjicias I in ultima syllaba genitivi, quod restat, erit nominativus. quo pacto omnes alii hujus declinationis nominativi inveniendi sunt, ut *cassis cassidIs, cuspis cuspidIs, Naïs NaïdIs:* excepto, *nix nivIs.* non enim dubito quin nom. *vis,* gen. *vis,* olim erat regularis, nom. *virs,* gen. *viris,* dat. *viri,* &c. quod pluralis videtur monstrare, *vires, virium, viribus,* &c. mutatum forte, quia *viris* et *viri* incidebant in dativum pluralem et genitivum singularem vocis frequentissimi usus, *vir, viri,* &c. Illud in his omnibus exemplis licet cernere, vel abjectam esse consonantem a reformatoribus ex vocabulo primitivo, vel emollitam esse terminationem inse-

rendo vocalem inter consonantes. Huic enim *soli* rei videntur studuisse; utrum genitivus responderet nominativo ita reformato, necne, parum solliciti. Ubicunque vero poterant, consonantem, si duæ erant vel tres conjunctæ in nominativo, ejiciebant: et tamen declinatio et genitivus procedebant veluti si nihil innovatum fuerat. Sic postquam ex *ærs* exclusissent literam *r*, et fecissent *æs*, nihilominus *æris* manebat in genitivo, æque ac si nominativus adhuc fuisset *ærs*. Pariter in vocibus *frons*, *τὸ μέτωπον*, et *frons* *κλάδος φυλλώδης*, prior olim erat *fronts*, gen. *frontis*; altera *fronds*, gen. *frondis*. homonymiam tamen malebant, *frons* et *frons*, quam voces in tribus consonantibus exeuntes, *fronts* et *fronds*. quarum vocum absonas terminationes nemo mirabitur, qui ruditatem istorum temporum reputat in quibus eæ formatæ erant. Quando autem non poterant ejicere consonantes, tunc inter eas vocalem inserebant, ut in iis modo memoratis, *ignis*, *funis*, &c.

Priscianus, lib. VII. p. 745. ait, *Tertia declinatio terminationes habet nominativi septuaginta octo, vel paulo plus.* Dicit *paulo plus*, quia in *προτάσει* recenset *septuaginta novem*, quarum quatuor ultimæ (p. 746.) sunt, *in ab, in ec, in ut, in ud.* Sed in *ἀποδόσει* p. 753, post longum caput, nulla est in *ab*, sed pro *ab* ponit *ac*: *in ac unum neutrum, hoc lac, hujus lactis.* unde pro *ab* in loco superiori, scribendum *ac*[a]. De- 233
inde pergit: *in ec, unum neutrum, hoc alec, hujus alecis. in ut, unum neutrum, hoc caput, hujus capitis*[b]. atque ita desinit, oblitus (nisi scribæ sit culpa) prioris *ud*: cujus proculdubio exemplum erat *Bogud*, *Bogudis*, rex Mauritaniæ. illius, ob eandem caussam, meminerat lib. V. p. 643, ex Livii libro CXIII. Sed lib. VI. p. 686, ex Livii libro CXII. Ceterum ex his *Septuaginta octo* Prisciani terminationibus (quæ omnes faciunt IS in genitivo) *quadraginta* circiter exeunt in S, vel, quod idem est, in X: nam X, ut supra notavi, est CS, ut *pacs* (*pax*) *pacis*, *vocs* (*vox*) *vocis*: vel GS, ut *regs* (*rex*) *regis*, *legs* (*lex*) *legis*: vel CTS, ut *nocts* (*nox*) *noctis*, a Græco *νύκτς* (*νὺξ*) *νυκτός*: et libenter hac litera X utebantur antiquitatis correctores, quia duæ vel tres consonantes, quarum ultima erat *s*, et quarum concursum maxime vitabant, hoc uno compendio repræsentarentur. Festus V. *Supellectilis*:—*omnia vocabula x litera finita, per declinationes obli-*

[a] *Ac* Editt. Ald. Flor.

[b] Hoc modo exhibet Prisciani ed. Aldina p. 79: *In, ut, unum neutrum, hoc caput, hujus capitis. In, ud, bogud, bogudis. Quod hic in fine legitur in ud, Bogud, Bogudis, in vetustis codicibus non est.* Ed. Junt. habet, *in ud, Bogud, Bogudis.*

quorum casuum syllabam accipiunt. Recte: quia omnia desinebant in S, et omnia erant tertiæ declinationis. pro *quia* ibi scrib. *qua.* errores Festi in ista voce, alii partim viderunt. In his igitur quæ in S terminantur, minus videtur esse difficultatis. quis enim dubitare potest quin *Arcads* (non *Arcas*) recte faciat genitivum *Arcadis: Pallads* (non *Pallas*) *Palladis: Cerads* (non *Ceras*) *Ceradis,* nomen loci: *Atlants* (non *Atlas*) *Atlantis: Mæcenats* (non *Mæcenas*) *Mæcenatis: civitats* (non *civitas*) *civitatis: vass* (non *vas*) *vasis,* de quo infra: *Capenats* (non *Capenas*) *Capenatis: Coclets* (non *Cocles*) *Cocletis,* et *Coclitis: segets* (non *seges*) *segetis: milets* (non *miles*) *miletis* et *militis: terets* (non *teres*) *teretis: hebets* (non *hebes*) *hebetis: sospets* (non *sospes*) *sospetis,* et *sospitis: Chremets* (non *Chremes*) *Chremetis: Verrs* (non *Verres*) vel potius *Vers* (nullam enim literam in medio vocis geminabant antiquissimi Latini) gen. *Veris:* postea *Verres,* gen. *Verris,* forte ut distingueretur *a vers veris,* τὸ ἔαρ, *the Spring: cæds* (non *cædes*) *cædis: hæreds* (non *hæres*) *hæredis.* Hos duos articulos in AS et ES, exscripsi ex Prisciano, p. 748, 749. ut inde videas, quantas mutationes
234 subierat lingua Latina inter tempus formationis istorum nominativorum, et tempus Ciceronis: in quo medio tempore, abjectione consonantium præcipue, et literarum mutatione, ut vocabulorum sonus suavior et mollior ad aures accederet, prisci nominativi fere interierant, utcumque eorum genitivi ordinem suum retinerent. Nam ne unus quidem est, ut mihi videtur, nominativus ex iis omnibus quos Priscianus supra posuit, et quos ex eo descripsi, qui potest *recte* facere genitivum quem ei ille assignavit. et tamen omnes istos nominativos et genitivos (excepto *Mæcenas,* et forte *Ceras*) invenire potuit in Cicerone; sub quo, vel paulo ante, linguam Latinam attigisse suam ἀκμὴν creditur. Sed nulla auctoritas, quantumvis magna, efficere potest ut *Palladis* sit regulariter genitivus nominativi *Pallas,* aut *Atlantis* genitivus nominativi *Atlas:* et tamen ut *Pallas* vel *Atlas* recipiantur *pro veris* nominativis *Pallads* et *Atlants,* auctoritas et usus possunt efficere. Hoc intelligatur dictum de centum aliis vocabulis quorum nulla mentio hic facta sit. nam et *comitis* potest esse genitivus vocis *comes;* et *comis* genitivus esse potest nominativi *comis,* etiam in declinatione imparisyllabica, *si volet usus.* sed ratio et grammatica reclamabunt, et istos nominativos respuent, flagitantes *comets,* gen. *cometis,* vel, usitata mutatione, *comitis:* et *coms,* gen. *comis,* forte a Græco ΚΟΜΨός. sed tamen ratio et grammatica parum valebunt, nec jus suum tueri poterunt contra usum et auctoritatem: quibus ego

minime repugno, et vellem, si possem, cum Cicerone semper scribere. hoc tamen non obstat, quo minus quilibet laudabiliter scire velit, et quærat, quibus in rebus, et, cur Cicero ab antiquissimis discesserit.

Vidimus literam S characteristicam esse hujus declinationis in nominativo, et I ante S characteristicam esse genitivi crescentis; et huic propositioni consentire omnia exempla nominativorum quæ apud Priscianum desinunt in S (et omnia in X, excepto *nix, nivis*, et *conjunx, conjugis;* sed hujus ultimi vera scriptura est *conjux*, i. e. *conjugs, conjugis*) si ad priscam et veram eorum formam redigantur. Nunc ceteras ejus terminationes breviter videamus: ex quibus tres sunt vocales, *a*, *o*, et *e*, ceteræ consonantes.

In *a*, ut *poëma, poëmatis.* de qua Græca voce dixi prius in quinta 235
declinatione Græcorum, veram ejus terminationem in nominativo videri ποίηματς: et Latina prisca, eadem probabiliter fuit, *poëmats*, gen. *poëmatis.* nam si integer nominativus fuit ποίημα vel *poëma*, quænam ratio reddi potest, quare in genitivo faceret ποιήματος potius quam ποιήμανος vel ποιήμαγος, &c. et ita in Latino?

Eandem quæstionem proponerem de terminatione in O, *Cicero, Ciceronis; leo, leonis; virgo, virginis; homo, hominis.* nisi enim primitus nominativi essent *Cicerons, leons, virgons, virgonis, homons, homonis*, divinaculus foret qui sciret eas voces inflecti debere per *nis* in genitivo, potius quam per *tis*, vel aliam quamvis consonam ante *is*. Et de *homons, homonis*, certiores sumus ex Ennio, citato a Prisciano lib. VI. p. 683. et Charisio p. 120.

Vulturis in sylvis miserum mandebat homonem.

Probabile est eodem more olim inflexas fuisse ceteras quæ nunc in O desinunt, quemadmodum adhuc facit *harpago harpagonis.* ita ut *Apollons Apollonis*, Ἀπόλλωνς Ἀπόλλωνος, *Carthagons, Carthagonis*, Καρχηδὼνς Καρχηδόνος, mutarentur postea in *Apollo Apollinis, Carthago Carthaginis.* nam *caro carnis* prorsus irregularis est, et nominativus ejus priscus esse debuit vel *carons caronis*, et per contractionem *carnis;* vel, quod magis probabile mihi videtur, *carns carnis.* reformatores autem linguæ non facile paterentur absonum istud *carns* in nominativo. Inveniebantur veteres quoque qui genitivo similem nominativum protulerunt, *hæc carnis*, gen. hujus *carnis.* adeo dissidebant, amisso semel vero nominativo; quem puto fuisse *carns*, gen. *carnis:* ut *jurs juris, thurs thuris, murs muris*, &c.

Proxima terminatio est E, ut *monile* gen. *monilis.* Hoc primitus

fuisse opinor *monils,* gen. *monilis:* qualiter desinebant multa apud Latinos vocabula, *vigils,* gen. *vigilis: facils,* gen. *facilis: docils,* gen. *docilis: strigils,* gen. *strigilis: supelectils,* gen. *supelectilis,* nunc *supellex, supellectilis,* cum *tribus* syllabis in nominativo, et *quinque* in genitivo, et duplicata litera *l,* contra morem antiquissimorum, in
236 medio vocabuli saltem. Ex hoc nominativo, clarius videre licet quid fuerit *supellex,* vel *supelectils:* nempe, a *super, pelis,* (postea *pellis*) et *lectum;* ut *supelectils* proprie esset, *pelles* quæ *super lectos* sternerentur ad discumbendum; significatione vocis postea prolata ad omnia quæ sunt in usu domestico.

Sub terminatione E venit et *mare,* quæ vox irregularis æque est, et eodem modo, ac *monile.* nihil enim nisi *mars* potest facere *maris* in genitivo. nam Deus belli præses erat *Marts* gen. *Martis:* et quam nunc absurde flectimus *mas,* gen. *maris,* ὁ ἄῤῥην, olim erat (nec aliud esse potuit) *(*mass*) gen. *masis.* unde *Maso,* cognomen *Papisiorum,* ut tunc scribebatur, non *Papiriorum.* vide Cicer. Fam. IX. 21. quæ vox (*Maso*) postea mutata in *Maro,* dedit cognomen P. Virgilio. sic *Valesii et Fusii in Valerios Furiosque venerunt: ita arbos, labos, vapos, etiam et clamos et lases* (pro *lares*) *ætatis fuerunt,* Quinctil. Inst. Orat. I. 4. Postquam autem *Marts* litera *t* mulctatus fuerat, et redactus in *Mars, Martis,* ratio aliqua videbatur quare *mars,* ἡ θάλασσα, mutaretur in aliud quid, discriminis caussa. unde, opinor, *mare* factum. *mars* vero *maris,* ut *pars* (adjectivum *par*) *paris.* nam quod nos dicimus *pars,* μέρος, erat *parts partis:* et *Paris,* proprium nomen, erat *Parids,* gen. *Paridis.* Sic *mos,* ἔθος, erat *mors,* gen. *moris.* sed θάνατος erat *morts,* gen. *mortis,* ut *sorts* (non *sors*) gen. *sortis, arts* (non *ars*) gen. *artis.* Sic *flos* et *ros,* in genitivo vulgo habent *floris* et *roris.* quare igitur non *cos coris, dos doris?* Quia nominativi horum erant *cots* et *dots,* gen. *cotis, dotis;* ut illorum, *flors* et *rors.* Sed *Tros, Troïs:* quia nominativus non desinebat in duabus consonantibus, neque opus erat ut aliquid abjiceretur. Quod si *is* (non *i* solum) fuisset characteristica genitivi, *Tros* debuerat fecisse *Trosis* non *Troïs:* et ita in ceteris omnibus, *flos flosis, ros rosis, Mars Marsis, jus jusis, mus musis.* &c. Non possum quin exscribam locum Charisii, lib. I. p. 71. *Quæri solet, quare* nepos nepotis (scribo *lepos leporis:* rationem mutationis in voce proxime sequenti, et mox, videbis) sacerdos, tis; custos, dis *facit. Omnia* os *syllaba terminata, genitivum faciunt per* tis, *ut* nepos, tis; sacerdos, tis; dos, dotis; cos, cotis, *et cetera similia.* Excipiuntur
237 *autem hæc, quæ genitivum faciunt per* ris, *ut* ros roris, os oris, lepos

leporis, flos floris, (*omisit* glos gloris, mos moris) arbos arboris. ITEM *per* sis, *ut* os *quod* ossis *facit.* ITEM *per* dis, *ut* custos, dis. *quod cum ratione profertur, quoniam ex Verbo deducitur quod est* custodio, *et ideo* custodis, *facit.* Eandem cantilenam canunt omnes veteres Grammatici. Et vides quot *exceptionibus* prematur hæc regula, cum tamen ne uni quidem exceptioni locus sit, quia ne unum quidem verum nominativum, ut mihi videtur, Charisius protulit; neque puto ullam vocem, mere Latinam, in tertia declinatione, si alibi, primitus desiisse in *os.* nam *compos* erat *compots, compotis;* de *os ossis,* pro ὀστέον, dicam mox: *Tros* et *heros,* Græca sunt, et regulares in quinta declinatione Græcorum, Τρὼς, Τρωὸς, ἥρως, ἥρωος, et inde in tertia Latinorum, *Tros, TroIs, heros, heroIs.* quam translationem a Græca declinatione in Latinam, et mutationem ultimæ O in I, memorat Priscianus, lib. VI. p. 720. *a genitivo enim Græco mutant* O *in* I, *et faciunt genitivum Latinum, ut ὁ* Οἰδίπους Οἰδίποδος, *Œdipus Œdipodis.* Rem narrat Grammaticus, rationem rei, pro more, omittit. Quis enim, audito Græco nomine Οἰδίπους, posset suspicari, genitivum ejus fore Οἰδίποδος? aut Latino *Œdipus, Œdipodis?* a nemine hoc conjici potuit, nisi qui prius scivisset, Græcam vocem ποῦς antiquitus fuisse, ut prius dixi, πὸδς, gen. ποδός· unde Οἰδίποδς in quinta eorum declinatione crescente per O in ultima syllaba genitivi, debebat facere, et fecit, Οἰδίποδος: et *Œdipods* (non *Œdipus*) in Latinorum tertia, *ŒdipodIs.* sed terminationes Οἰδίποδς et *Œdipods* non diu placuerunt: atque ideo mutatæ sunt in Οἰδίπους, et *Œdipus.* nam *ds* in sono forte habuit aliquid mali ominis, et simile sono literæ ζ, quam *idcirco Appius Claudius detestatur, quod dentes mortui* (l. *morituri*) *dum exprimitur, imitatur,* ut refert Martian. Capella, lib. III. p. 58. ed. Grotii. Ceterum dixi, ne unum quidem verum nominativum, ut mihi videbatur, Charisium protulisse: qui nominativi, ut opinor, hi olim fuerunt: *nepots, sacerdots, dots, cots, rors, ors, lepors, flors, arbors, oss, custods;* quorum pleraque alibi in hoc scripto memorata invenies. *nepos* enim, *sacerdos, dos, cos,* &c. nulla regula possunt facere in genitivo *nepotis, sacerdotis, dotis, cotis:* et in tertia Latinorum declinatione debebant 238
facere *nepöIs, sacerdöIs, döIs, cöIs,* inserta I litera ante ultimam S. Usus quidem et auctoritas, contra rationem et regulas, in his vocibus invaluit. Sed non ideo hi *veri* nominativi erunt. et quamquam semper scriberem *nepotis* et *sacerdotis* pro genitivis vocum *nepos* et *sacerdos,* &c. simul tamen scire vellem, non *ratione,* et ex eo quod *vera* est.

sed *usu* et *auctoritate* hanc scripturam obtinuisse pro *nepots* et *sacerdots*. Initio autem loci Charisii supra citati, conjeci *lepos leporis*, pro *nepos nepotis*, quia hæc ultima vox non est ad rem, et nihil agit nisi quod actum est a sequenti, *sacerdos, tis*. nam propositum Charisio fuit, respondere quæstioni, quamobrem nominativi in *os* faciunt tot genitivos adeo diversos, in *ris, tis, sis,* et *dis*. Et terminationis *tis* duo quidem sunt exempla, *nepotis* et *sacerdotis*, cum unum sufficeret: nullum vero terminationis *ris*; quod tamen fieri oportuit. quamobrem pro *nepos nepotis*, scriberem, *lepos leporis*. Istud in *sis*, quod inter *exceptiones* ponitur, et cujus exemplum est *os ossis*, a librario probabile est incuria omissum fuisse in prima parte, seu quæstione quam proponit Charisius; forte post *sacerdos, tis*. ut totum fuerit, *quare lepos leporis; sacerdos, tis; os, sis; custos, dis* facit. Sensus loci, et ordo exceptionum, hoc videntur poscere. Sed redeo ad reliquas Prisciani terminationes hujus declinationis, quæ in consonantibus exeunt, in *al, el, il, ol, ul*, ut *Annibal, mel, pugil, sol, consul*; quibus, ut brevis sim, et ceteris omnibus, si addas literam S (*Annibals, mels, pugils, sols, consuls*) ejectam dudum ne in duabus consonantibus vox exiret, habebis, ut mihi videtur, veram et priscam terminationem hujus declinationis in nominativo; et addendo I ante S, *Annibalis, melis*, (postea *mellis*) *pugilis, solis, consulis*, priscum et simul Ciceronianum genitivum. adeo ut pro *septuaginta octo* terminationibus hujus declinationis, *una* tantum videatur, litera S. Examinavi omnia Prisciani exempla, quæ *ducenta* circiter sunt; et omnia huic opinioni conveniunt, præter *nix, nivis*; et ea tamen desinit in S, et adsciscit I ante S in genitivo.

Dixi, *melis postea mellis*. Festus enim in V. *Aulas* et alibi plus
239 semel testatur, antiquissimos Latinos non geminasse literam, neque dixisse *ab illis* (vel antique *ollis*) sed *ab oloes*, i. e. *olois*; et *aulas* protulisse, non *ollas*, neque *annus*, sed *anus*. Et huic consentit vetustissimum Latii monumentum, *Columna Duiliana* seu *Rostrata*, posita circa ann. U. C. 492. in qua legitur *artisumad* pro *artissima*, *Macelam* pro *Macellam*, *ceset* pro *gessit*, *sumas* pro *summas*, *clase* pro *classe*, &c. Sed opinor Festum intelligendum esse de geminatione literæ *in medio vocabuli*; et hoc testantur exempla omnia ex *Columna Rostrata*: si enim in *fine* quoque vocabuli monosyllabici geminatio excludebatur, non video quomodo *declinatio* procedere rite potuerit. nam *jus*, *ζωμὸς* (*broth* vel *sauce*) nunc facit *juris* in genitivo. sed unde habere potuit

literam *r* in genitivo, quam non habebat in nominativo? vox *juris*, τῆς δίκης, non poterat istud fuisse, nisi a nominativo *jurs*, postea mutato in *jus*. alioquin debuisset facere in tertia declinatione *jus* gen. *juis*, ut *sus* gen. *suis*, *grus* gen. *gruis*. Sic *mas* ὁ ἄῤῥην debuisset facere *maïs*, non *maris*. *as* non *assis*, sed *aïs*: *clas claïs*, non *classis*: *os*, ὀστέον, *oïs*, non *ossis*. nam *oris*, τοῦ στόματος, nominativus olim fuit non *os*, sed *ors*, ut *crurs* (*crus*) *cruris*, *thurs* (*thus*) *thuris*, *murs* (*mus*) *muris*. Ex *viginti* nominativis in hac declinatione, vix *unum* inveneris qui priscam formam retinet; cum tamen genitivi plerique nunc recte habent, excepto in his quæ sequuntur. nam *jus*, ζωμὸς, olim, opinor, scribebatur *juss* (unde *jussulentus*, Apuleio) gen. *jusis*, ut *Papirius* prius erat *Papisius*, *Furius* olim *Fusius*, *Lares* quondam *Lases*, &c. hoc pacto omnia recte procedent, secundum morem istius temporis, et usitatæ formationis: nominativus enim desinet in S, et genitivus formabitur inserendo I ante S; quod nullo alio modo obtineri, opinor, potest. Sic cum nulla declinatio sit in nom. *classis*, gen. *classis*; nom. *mensis*, gen. *mensis*; nom. *tussis*, gen. *tussis*; nom. *ensis*, gen. *ensis*; nom. *axis*, gen. *axis*; nom. *unguis*, gen. *unguis*; suspicor hæc ita declinata primitus fuisse, nom. *class*, gen. *clasis*: nom. *menss*, gen. *mensis*; nom. *tuss*, gen. *tusis*; (unde forte etymologia ejus patebit, nempe a *tundo*, in supino *tusum*, in participio pass. *tusus*) nom. *enss*, gen. *ensis*; nom. *axs*, gen. *axis*; nom. *ungs* (a Græco ὄνυχς) gen. *ungis*, inserta postea *u*. ut in *sanguis*, *inguen*, *unguentum*, &c. 240
Ita *vass*, gen. *vasis*, ἀγγεῖον· *mass*, gen. *masis*, ὁ ἄῤῥην· unde cognomen *Maso*, ut prius notavi; *ass*, gen. *asis*; *oss*, ὀστέον, gen. *osis*. Hæc duo ultima prorsus perverse mutata postea fuerunt, *as* gen. *assis*; *os* gen. *ossis*. nam revera, quamquam pronomen *is* declinetur, tamen *as* et *os* videntur esse terminationes vocum, magis quam voces; neque ulla forte ratio, præter libitum eorum qui mutarunt, reddi potest, quare *as* faceret *assis*, vel *os ossis*. Si quidquam facere possent in genitivo tertiæ declinationis, potius videretur *aïs* et *oïs*, ut supra notavi. Una enim est regula, quæ in hac declinatione rarissime fallit, nempe, si amoveas I, characteristicam genitivi ante S, quod restat erit nominativus priscus; et simul videbis, quid, et quare, mutaverint οἱ μεταγενέστεροι. sic in genitivo *custodis*, remove *i*, et restabit *custods*: in *sacerdotis* idem fac, et manebit *sacerdots*: in *lapidis*, *lapids*: in *cordis* abjice *i*, et habebis *cords* pro nominativo. Sed non poterant ferre ut vox in tribus consonantibus exiret, *cords*: ita abjecerunt *ds*, securi de geni-

tivo, quem nemo scire potuit futurum esse *cordis* potius quam *cortis*, aut *corbis*, aut *coris*. modestiores erant in compositis hujus vocis, *excors*, *vecors*, *discors*, &c. ex quibus *d* tantum excluserunt. et tamen nonnulli antiqui ne hoc quidem ferebant, et ideo ponebant *discordis* in nominativo, Priscian. p. 726. Jam vero periculum fac hujus methodi in genitivis vocum *as* et *os* : ex *assis* abjice *i*, et restabit *asss* : ex *ossis*, et remanebit *osss*. Contra, ex *asis*, veteri more formata, amove *i*, et restat *ass* : ex *osis*, *oss* : ea ipsa quæ proposui. Dixi de hac regula, *rarissime fallit*, præcipue propter *nix*[c], gen. *nivis* : quæ vox potest esse crux Grammaticorum. opinor enim deam ipsam grammaticen non posse rationem reddere hujus genitivi, non magis quam si velles declinare *nox*, gen. *novis*. Regulariter *nivis* in genitivo debuit esse a nominativo *nivs*, ut *bovs*, *navs*, *suavs*, &c. *bovis*, *navis*, *suavis* : vel *nix* in nominativo, debuit facere *nicis*, *nigis*, vel *nictis*, in genitivo. Sed
241 *nix*, *nivis*, non, opinor, explicari potest. *nix*, *nigis* potuit, ut *grex* (*gregs*) *gregis*. Vetus nominativus forte fuit *nivs* : unde verbum *nivo* in Pacuvio, citato a Nonio Marcello. Martian. Capella, et iisdem verbis Cassiodorus De Grammatica, p. 2325. *Supellex, et senex, et nix, privilegio quodam contra rationem declinantur.* De *supellex* dixi supra. in *senex* (*senecs*) nulla est difficultas : ea enim facit *senicis*, et contracte *senis* : nam *e* in nominativi ultima syllaba fere mutabatur in *i* in penultima genitivi crescentis, ut *comes comitis*, *hospes hospitis*, *superstes superstitis*, *præceps præcipis*, *præcipes præcipitis* : hoc est, *comets*, *hospets*, *superstets*, *præcipets*. hi enim erant veri nominativi.

Obj. His quæ dixi forte objici potest, si S characteristica sit nominativi, et I ante S characteristica genitivi crescentis, quomodo dignosci potuit tertia a quarta declinatione ? nam in tertia, *sus* faciebat gen. *suis*, dat. *sui* ; *grus*, gen. *gruis*, dat. *grui*, quemadmodum olim in quarta, *manus*, gen. *manuis*, dat. *manui* : *domus*, gen. *domuis*, dat. *domui* ; *anus*, gen. *anuis*, dat. *anui*.

Resp. Nulla esse substantiva (saltem, nulla adhuc inveni) tertiæ

[c] *nix*, gen. *nivis* :] Ab antiquo nominativo Græco νὶφς, νιφὸς, (cujus Accusativus νίφα adhuc servatur in Hesiodo Ἔργ. καὶ Ἡμέρ. ver. 535.) venit Latina vox *nifs*, *nifis*, vel, quod idem est, *nivs*, *nivis*, postea mutata in *nix*, *nivis* : cujus mutationis, ut innumerarum in *Linguis*, nulla ratio jam reddi potest. Hujus rei et loci Hesiodei notitiam debeo viro doctissimo *W. H.* M. D. *Grævii* νὶψ (νὶπς) faceret νιπὸς, non νιφὸς, in genitivo, et νίπα non νίφα in accusativo. * (Imo vero, Grævii νὶψ faceret νιφὸς in genitivo : nam, ut ait auctor p. 290. ψ est βΣ, πΣ, vel φΣ.)

declinationis quæ *nunc*[a] desinunt in *us* præter hæc duo, *sus* et *grus*, quæ sunt monosyllaba : sed nulla monosyllaba possunt esse in quarta declinatione, quia accusativi eorum terminarentur in *um*, atque adeo *sus* faceret *sum* in accusativo, *grus grum*. quod naturæ repugnat tertiæ declinationis, cujus accusativus desinit in *em* vel *im*, et una syllaba semper longior est nominativo, ut *suem*, *gruem*.

Alia vero nunc esse in *us* desinentia tertiæ declinationis substantiva præter hæc duo *sus* et *grus*, nondum comperi, ut dixi. Quænam autem ratio reddi potest, quare *hoc pectus*, *hoc corpus*, *hoc tempus*, non facerent *hujus pecti*, *hujus corpi*, *hujus tempi*, ut *hoc vulgus*, et *hoc pelagus*, *hujus vulgi* et *pelagi;* nisi quod veri nominativi eorum essent, *pectors pectoris*, *corpors corporis*, (unde in composito *tricorpor* (i. e. *tricorpors*) *tricorporis*, Priscian. p. 720.) *tempors temporis?* et ita, puto, factum invenies in ceteris omnibus quæ in hac declinatione exeunt in *us*, cujuscumque generis, ut *Veners* (*Venus*) *Veneris*, *veter*, *veteris*, Priscian. 242
lib. vi. p. 716. hoc est, *veters* (*vetus*) *veteris*, *vulners* (*vulnus*) *vulneris*, *geners* (*genus*) *generis*, *pecors* (*pecus*) *pecoris*, *pecuds* (*pecus*) *pecudis*, *virtuts* (*virtus*) *virtutis*, *juventuts* (*juventus*) *juventutis*. quæ, et cetera omnia, mutata videntur ob sonum, et ut ejicerentur consonantes, nulla habita ratione genitivorum et inflexionis.

Post hæc quæ dixi, facile erit respondere, ex majore parte, quæstioni quam proponit Sosipater Charisius, lib. i. p. 50. ed. Putsch. *Solet venire in quæstionem quare Æneas ÆneÆ, Mæcenas MæcenaTIS, Thoas ThoaNTIS.* Ratio primæ terminationis est, quia nomina propria hominum, primæ Græcorum declinationis, quæ desinebant in ΑΣ, declinabantur quasi essent primæ Latinorum quoque, nom. *Æneas*, gen. *ÆneÆ*, dat. *Æneæ*, &c. Secundæ, quia nominativus verus erat *Mæcenats*, qui in genitivo non potuit aliud facere quam *Mæcena*TIS : tertiæ, quia *Thoa*NTIS in genitivo, ex necessitate fuit *Thoa*NTS in nominativo.

Addam solummodo. Caussa erroris in Prisciano cum *septuaginta octo* terminationes nominativorum huic declinationi assignat, videtur fuisse hæc : Diu ante tempus auctorum istorum ex quibus regulas suas confecit Priscianus, litera S, ne duæ consonantes concurrerent, exclusa fuerat ex fine omnium fere vocum (ex quibus commode ex-

[a] Dico *nunc*, quia non dubito quin *lues luis*, et *strues struis*, primitus fuerint *lus luis*, *strus struis*, ut *sus suis*, *grus gruis*.

cludi poterat) quæ desinebant in consonante ante S, quales sunt *sal, mel, pugil, Pæan, flamen, delphin, calcar, uxor, augur,* et similes. Omnes has consonantes, quæ olim præcedebant literam S, ille cepit pro totidem terminationibus nominativi, donec *septuaginta octo, vel paulo plus,* numeraverat. Ex majori quidem vocum parte non potuit S excludi, quales sunt *Arcas, seges, utilis, virtus, trabs, hiems, cœlebs, lucs* seu *lux,* &c. in harum tamen plerisque, ab eadem caussa, aliquid mutatum: nam ex *Arcas* ejecerunt *d;* ex *seges, t;* in *utilis* inseruerunt *i,* ne foret *utils,* quemadmodum erat prius; ex *virtus* excluserunt *t;* voci *trabs* addiderunt *e, trabes,* ne in duabus consonantibus exiret.
243 reliquerunt *hiems* gen. *hiemis,* et *cœlebs* gen. *cœlibis,* sicut erant, regulares. et sæpe miratus sum, eos non dispescuisse consonantes literas *ms,* et *bs,* inserendo *e,* ut esset, nom. *hiemes,* gen. *hiemis,* nom. *cœlebes,* gen. *cœlebis:* quod in aliis innumeris vocibus fecerunt. in *lucs, lucis,* nihil omittere poterant: sed tamen, ne nihil agerent, *cs* mutabatur in *x,* ut *una* solum consonans videretur. Neque damno hæc, sine quibus lingua Latina ad hunc nitorem nunquam pervenire potuisset. miror solum, ea Priscianum et ceteros veteres Grammaticos vel latuisse, vel illos de iis monere neglexisse.

EXPLICATIONES

VETERUM ALIQUOT

AUCTORUM,

GRÆCORUM ET LATINORUM.

UT ARGUMENTUM præcedens, inamœnum per se, lætiore aliqua ma- 244
teria distinguatur, admittente simul vel poscente talem additionem libelli mole, visum est explicanda sumere et adjicere pauca Veterum Auctorum loca: et primum hunc Philemonis, Poetæ Comici.

Clemens Alexandrinus Pædag. lib. III. cap. xi. p. 296. ed. Oxon. (p. 252. ed. Paris 1629.) loquitur de moribus ancillarum pedissequarum, sive servarum quæ dominas suas sequuntur quando eæ foras exeunt: *Ἐγὼ μὲν οὐδὲ τὰς θεραπαίνας ἀξιῶ ταῖς ἀρίσταις γυναιξὶ τὰς ἑπομένας αὐταῖς, αἰσχρολογεῖν, ἢ αἰσχροεργεῖν· σωφρονίζεσθαι δὲ αὐτὰς πρὸς τῶν δεσποινῶν. σφόδρα γοῦν ἐπιτιμητικώτατα ὁ κωμικὸς Φιλήμων φησίν· Ἐξὸν γυναικὸς ἐξόπισθ' ἐλευθέρας, βλεπομένην θεράπαιναν κατόπιν ἀκολουθεῖν, καλήν· ἐκ τοῦ Πλαταιϊκοῦ τε παρακολουθοῦντά τινα ταύτῃ κατιλλώπτειν.* Distingui potest post *γυναιξὶ*, ut *θεραπαίνας γυναιξὶ* idem sit quod *γυναικῶν*. Si malis distinguere post *ἑπομένας*, pro *αὐταῖς* legendum videretur *αὐτὰς*: quæ vox bene etiam abesse posset, nisi quod alibi ita scribat Clemens. Ceterum hæc
ita vertuntur: *Ego quidem censeo ne ancillas quidem, quæ probas se-* 245
quuntur fœminas, oportere turpia dicere, aut facere: sed ipsas debere castigari a dominis. Valde itaque acriter dicit comicus Philemon: Cum liceat post mulierem liberam, quæ aspicitur, ancillam retro sequi pulchram, et ex Platæico consequentem quempiam, eam limis intueri. Hunc Philemonis locum ita edidit Vir Clarissimus Joannes Clericus, in Fragment. Menand. et Philemonis:

Ἐξὸν γυναικὸς ἐξόπισθ' ἐλευθέρας
Κατόπιν βλέπειν θεράπαιναν ἀκολουθεῖν καλὴν,
Ἐκ τοῦ Πλαταιϊκοῦ τ' ἀκολουθοῦντάς τινα

Ταύτῃ κατιλλώττειν;
Licetne a tergo mulieris liberæ
Adspicere ancillam pulchram sequi,
Et ex Platæico usque prosequentibus quædam
Cum ea garrire?

Ad quæ notat doctissimus Bentleius in Emendat. in Menand. et Philem. Reliquias, p. m. 156. "Hæc ex Clemente Vir Cl. et felicius "quidem solito in versus digessit; sententiam tamen et verba pro "more corrupit. Cur enim κατιλλώπτειν (sic lege) vertit *garrire?* "credideram esse *nictare, nutare, limis et amatoriis oculis adspicere.* "Sed coactus est *garrire* interpretari, quia τινα neutro plurali *quædam* "hic acceperat. Ita ex uno errato aliud progignitur. Apud Cle- "mentem est παρακολουθοῦντα, non ἀκολουθοῦντας: unde certissima "emendatione sic locum repono:

" Ἐξὸν γυναικὸς ἐξόπισθ' ἐλευθέρας
" Βλέπειν θεράπαιναν κατόπιν ἀκολουθεῖν καλὴν
" Ἐκ τοῦ Πλαταϊκοῦ, παρακολουθοῦντά τε τινὰ
" Ταύτῃ κατιλλώπτειν.
" *Cum videre liceat pone fœminam ingenuam*
" *Formosam ancillam incedere ex Platæico,*
" *Et quendam comitantem huic oculis nictare.*

"In versu secundo servavimus verborum seriem, uti extant apud Cle- "mentem, quæ nullo commodo inverterat Vir Clar. qui insuper, cum "*interrogationis signum addidit,* etiam sententiæ injuriam fecit."

246 Hæc vir sagacissimus; qui si vel minimum cogitationis et temporis huic loco impendisset, sententiamque et verba considerasset, vel Clementem sedulo inspexisset, non sibi satisfecisset in inepto isto ἐξὸν, neque in scribendo βλέπειν pro βλεπομένην, sed vidisset narrationem esse alicujus (servi, puta, vel alius cujuspiam) sic legendam,

ἐξιὼν
Γυναικὸς ἐξόπισθ' ἐλευθέρας βλέπω
Μόνην θεράπαιναν κατόπιν ἀκολουθεῖν, καλήν·
[a] Ἐκ τοῦ Πλαταϊκοῦ τε παρακολουθοῦντάς τινας

[a] Vitiosi aliquid hic latere arguunt observata ad Suppl. 901. Si reliqua sana sunt, legere potes, metro saltim non renuente, Κἀκ τοῦ Πλαταϊκοῦ παρακολουθοῦντάς τινας. Toupius Em. T. I. p. 264. cum Bentleio scribit παρακολουθοῦντά τε τ. in cæteris cum Marklando concordans.

Ταύτῃ κατιλλώπτειν.

postquam egressus eram,
Mulierem pone ingenuam video
Unam ancillam subsequi, pulchram ;
Et ex vico *Plataïco quosdam juxta incedentes*
Huic oculis nictare.

Postquam restitutum esset *βλέπω μόνην* pro *βλεπομένην*, obvium erat *ἐξιὼν* pro *ἐξὸν* : obvia quoque mutatio positionis verborum in metro, quod turbaverat omissio vocis *μόνην*. In superioribus verbis Clementis, *σφόδρα γοῦν ἐπιτιμητικώτατα*, dicitur, ut *πάνυ γοῦν ἐμφανέστατα*, lib. ii. p. 224. adverbium cum superlativo. usitatius, *σφόδρα γοῦν ἐπιτιμητικῶς* (si ea vox extet) vel *ἐπιτιμητικὰ*, adverbialiter. Sic *μάλιστα ἐλευθεριώτατον*, p. 288. Pro Πλαταιϊκοῦ scribo Πλαταϊκοῦ, ut in oratione Isocratis quæ inscribitur Πλαταϊκός. vide et Lucam Holstenium ad Steph. Byzant. voce Πλαταιαί.

Quod hic est *κατιλλώπτειν*, scribitur *ἐνιλλώττειν* in Clemente p. 294. et explicatur verbis sequentibus *ὃ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν βλεφαρίζειν ἐστὶν* : quæ Glossematis mihi suspecta sunt ; qualia multa exstant in isto eruditissimo scriptore. De verbo *ἰλλώπτειν* egit, nisi fallor, summus Hemsterhusius ad Lucianum[b]. vide Pollucem II. 4. p. 178. Metrum poscit *παρακολουθοῦντάς τινας.*

Sequitur in Clemente : *ἀναστρέφει γὰρ ἐπὶ τὴν δέσποιναν ἡ τῆς θεραπαίνης ἀκολασία, ἐπιβαθραίνειν ἐνδιδοῦσα τοῖς πειρῶσι τὰ ἥττονα, τὸ μὴ εὐλαβεῖσθαι τὰ μείζονα, διὰ τοῦ συγγινώσκειν τοῖς αἰσχροῖς, τὸ μὴ καταγινώσκειν ἐμφαινούσης τῆς δεσποίνης. in dominam enim reflectitur ancillæ lascivia, quæ gradum dat* 247
iis qui minora aggrediuntur, non vereri ad majora conscendere ; cum ignoscendo turpibus, domina ostendat se ea non damnare. Quæ sunt pulcherrima : nisi quod pro *ἐπιβαθραίνειν*, voce nihili, legendum *ἐπιβάθραν*. Non opus videtur *Sylburgii τῷ μὴ εὐλαβεῖσθαι.* Hæc vero reprehensio, non tam acris aut certa omnibus forte videbitur, quam Clementi visa fuit. dubitari enim potest, utrum Philemon in animo habuerit *omnino* (nedum *σφόδρα ἐπιτιμητικώτατα*) *reprehendere* Dominam vel Ancillam hoc loco. non imperite tamen hanc rem proposito suo accommodavit Clemens.

Liceat alium locum incerti alicujus auctoris addere, ex Pædag. lib. II. cap. iv. p. 181, 182. de intemperantibus : *μακαριστὸν ἡγοῦνται βίον τὴν*

[b] Ad Hesychium Alberti T. II. p. 41.

ἀκρασίαν τὴν περὶ τὰ συμπόσια. ὧν ἐστι τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλο ἢ κῶμος, κραιπάλη, βαλανεῖα, ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία, πότος. *intemperantiam in conviviis, vitam esse beatam existimant. quorum vita nihil aliud est quam comessatio, crapula, balnea, temetum, matulæ, ignavia, potatio.* Mirum est neminem invenisse in his ultimis disjecti membra Poëtæ; quæ ita restitueris:

Ὧν ἐστι τὸ ζῆν οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ κραιπάλη,
Κῶμος, βαλανεῖ᾽, ἄκρατος, ἀμίδες, ἀργία,
Πότος.

Ipse Clemens init. hujus libri; οἷς οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ γαστήρ ἐστιν ὁ βίος. sic tempore Juvenalis (Sat. I.) vita nobilium Romanorum nihil erat nisi

Sportula, deinde Forum, jurisque peritus Apollo,
Atque Triumphales.

Secundam vero in ἄκρατος longam esse, notum est vel ex Euripidis Cyclope ver. 573. Ὡς ἐξένευσα μόγις! ἄκρᾱτος ἡ χάρις· vel Sophocl. Electr. 787.

τοὐμὸν ἐκπίνουσ᾽ ἀεὶ
Ψυχῆς ἄκρᾱτον αἷμα.

In hujus Œdipo Coloneo ver. 340. absurditas videtur cui vix parem
248 repereris. Exulibus et errantibus Œdipo et Antigonæ supervenit altera Œdipi filia, Ismene: cujus adventu lætatus senex, sic eam alloquitur, et illa respondet,

ΟΙΔ. Πρόσψαυσον, ὦ παῖ. ΙΣΜ. θιγγάνω δυοῖν ὁμοῦ.
ΟΙΔ. Ἦ τῆσδε κἀμοῦ; ΙΣΜ. δυσμόρου δ᾽ ἐμοῦ τρίτης.

Versionem vulgatam addo, eorum caussa qui mira amant:

ŒD. *Attinge me, o filia.* ISM. *ambos simul amplector.*
ŒD. *Hanc ne* (amplecteris) *et me?* ISM. *et me* (amplector) *infelicem tertiam.*

Sed quomodo potuit dici Ismene *seipsam amplecti?* Hoc docebit Vetus Scholiastes, qui rei satis ridiculæ, magis adhuc ridiculam explicationem reddere voluit: Οἱ γὰρ περιλαμβάνοντές τινα, &c. *Qui enim aliquem amplectuntur, seipsos quoque quodammodo amplectuntur.* Εὖ, νὴ τὸν Ἑρμῆν! ἅ, τι λέγεις δ᾽ οὐ μανθάνω. Prava mutatio unius literæ has absurditates olim (nam vetustum est hoc mendum) peperit. Advenienti Ismenæ statim incipit Œdipus queri de misera sorte sua et Antigonæ, Ὦ τῆσδε κἀμοῦ—Ismene vero præsentiens quid dicturus esset, verba ejus intercipit, et se comitem miseriæ eorum adjungit, Iambum supplens,

[c] ΟΙΔ. Ὦ τῆσδε κἀμοῦ—ΙΣΜ. δυσμόρου δ' (vel τ') ἐμοῦ τρίτης!

ŒD. *O hancce et me*—ISM. *me quoque tertiam* adde *infelicem !*

In ejusdem altero Œdipo ver. 721. suspicatur Œdipus, Creontem, fratrem uxoris suæ Jocastæ, subornasse Tiresiam vatem, ut diceret se (Œdipum) occisorem fuisse patris sui, Laii. Dum de hac re altercantur Œdipus et Creon, intervenit Jocasta, audita verborum contentione; et ab Œdipo quærit caussam tantæ iræ. ille respondet, *Creontem dicere se* (Œdipum) *parricidam esse, et interfectorem patris sui, Laii. Num* inquit illa, *Creon dicit hoc quasi ex sua cognitione, an ab alio auditum ? Non ex sua cognitione,* respondet Œdipus, *sed*

> Μάντιν μὲν οὖν κακοῦργον εἰσπέμψας· ἐπεὶ
> Τό γ' εἰς ἑαυτὸν, πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα.
> *Vatem quidem maleficum subornando; nam*
> *Quantum potest, omnium ille laxat ora.*

Quid sit ἐλευθεροῦν πᾶν στόμα, nescio: non tamen dubius quin Sopho- 249
cles scripserit—ἐπεὶ, Τό γ' εἰς ἑαυτὸν, πᾶν (vel πάντ') ἐλευθεροστομῇ[d]. *nam, Quod ad seipsum attinet, libere dicat quicquid velit* Creon: hoc non moleste feram, utpote a *fratre tuo.* sed dolet hæc audire ab isto malefico, cæco, et avaro impostore, Tiresia. Ἐλευθεροστομῇ ut in Euripidis Andromach. ver. 153. Mallem πάντ' quam πᾶν, quia Tragici libenter vetant concursum literæ ν et vocalis, præcipue ε.

In Ajace ver. 1375. dum de Ajacis sepultura contendunt Agamemnon et Teucer, commode intervenit, quasi arbiter, Ulisses; cui cum post alia dixisset Agamemnon, *Obedire virum bonum decet magistratibus,* κλύειν τῶν ἐν τέλει, Ulisses respondet, Παῦσαι· κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος· *Desine: victus ab amicis, victor es.* Quod *contra decorum* mihi videtur. non enim debuit Ulisses imperatorem suum, et regum regem Agamemnona, in ordinem cogere, et eo modo alloqui, Παῦσαι, *Desine.* neque ita fecit. nam, nisi fallor, Sophocles scripsit,

> [e] Πάσαις κρατεῖς τοι τῶν φίλων νικώμενος·
> *Omnibus* suffragiis *vincis, quando ab amicis vinceris.*

id est, Nunquam magis victor es, quam cum ab amicis vinceris: pulcherrima sententia, et ad priora Agamemnonis apposita. Locutio ele-

[c] Sic edidit Brunckius.

[d] Hujus emendationis mentionem nullam facit Brunckius; sed in ed. tertia monet " *στόμα sermonem* signifi- " cat. πᾶν ἐλευθεροῖ στόμα idem est ac " κατὰ πάντα ἐλευθεροστομεῖ."

[e] Hanc conjecturam intactam præterit Brunckius, quæ Musgravio contra non inelegans videtur.

gans πάσαις (sc. ψήφοις) κρατεῖν, Horatii *Omne punctum ferre,* videtur ignota fuisse transcriptoribus. Lucianus in Bis Accusato tom. ii. ed. Græv. p. 226. πάσαις ἡ Ἀκαδημία κρατεῖ. et ita p. 235. 237. et tom. i. p. 413. ἁπάσαις κρατεῖς. Exprimitur nonnunquam ψήφοις, ut in Platone De Legg. lib. vii. νικᾷ γὰρ πάσαις ταῖς ψήφοις οὗτος ὁ νόμος.

Euripides in Dramate Ἱκέτιδες, seu *Supplices mulieres,* plurima habet admiranda. Inter quæ, non ultimum locum obtinerent hi sex versus de Humanitate erga mortuos, si integri essent. eos effert Theseus, directos ad præconem Thebanum, seu potius ad omnes Thebanos, qui cadavera Ducum interfectorum insepulta detinebant. ver. 531.

Ἐάσατ᾽ ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς·
Ὅθεν δ᾽ ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ᾽ ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ᾽ ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ᾽ εἰς γῆν· οὔτι γὰρ κεκτήμεθα
Ἡμέτερον αὐτὸ, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον·
Κᾆπειτα τὴν θρέψασαν αὐτὸ, δεῖ λαβεῖν.

Sæpe citatos legimus hoc pulchros Iambos. num et intellectos? nam τὸ πνεῦμα quidem *venire* εἰς τὸ σῶμα, satis perspicue dicitur: sed quomode potest τὸ σῶμα *venire* εἰς τὸ σῶμα? Præterea, πνεῦμα et σῶμα, quæ *Hominem* constituunt, sunt ἑκάτερον, quod de *duabus* rebus recte dicitur, non ἕκαστον, quod *plurium* est. Stobæus Serm. cxxii. citat ἀπελθεῖν scil. ἐάσατε, non male, quod ad istam partem: sed Codices, quantum scio, non variant. Manus Euripidis forte hæc fuerit, mutatione unius literæ, alius transpositione,

Ὅθεν δ᾽ ἕκαστος εἰς τὸ σῶμ᾽ ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ᾽ ἀπέλθῃ· πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ᾽ εἰς γῆν.
Unde autem unusquisque eorum *in corpus venit,*
Illuc abeat: spiritus quidem ejus *ad æthera,*
Corpus vero ad terram.

Si quis malit εἰς τὰ ζῶντ᾽ ἀφίκετο (i. e. *ad homines venit*) pro εἰς τὸ σῶμ᾽, videat Helen. 919.

Ibidem, ver. 469. Præco Thebanus, a Creonte ad Theseum missus, post multas ambages tandem profert quid in mandatis habuerit a Creonte, nempe, inter alia: *Ne Adrastum omnino admittat Theseus in hanc terram,* scil. Atticam: *Si vero est,* inquit, *in hac* terra, *ut, ante occasum solis, eum inde expellat,* &c.

Ἄδραστον εἰς γῆν τήνδε μὴ παριέναι·
Εἰ δ᾽ ἔστιν ἐν τῇ, πρὶν &c.

Ἐν τῇ accipitur, opinor, pro ἐν τῇδε vel ταύτῃ. Brodæus explicat, *in hac provincia*. Priscianus lib. xvii. p. 1045. "apud Græcos Articuli inve- "niuntur loco Pronominum positi. ut apud Homerum, ὁ γὰρ ἦλθε "θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, pro οὗτος γάρ." et alia exempla ex Homero addit. Dixisse potuit, et apud Atticos, non Græcos solum (nam sæpe in hac re distinguendum est) inveniri ὁ et ὃς pro ὅδε et οὗτος, per omnes 251
casus et numeros. Et tamen, quod mirum videtur, in Tragicorum Iambis, fœminina τῇ pro τῇδε, vel ταῖς pro ταῖσδε (licet, quod magis mirere, τῷ pro τῷδε, et τοῖς pro τοῖσδε, sæpe occurrant) non puto inveniri, nisi in distributionibus, τῷ μὲν, τῇ δὲ, i. e. τούτῳ μὲν, ταύτῃ δέ. vide Alcest. ver. 163. Androm. 675. vel τῇ μὲν, τῇ δὲ, Orest. 356. Pariter fit in τοῦ et τῷ, pro τίνος et τίνι Interrogativis; et του et τῳ pro τινὸς et τινὶ Indefinitis: [f] quorum fœminina frustra quæsiveris. Pauca exempla hujusce generis addam. Πατέρος, *patris*, in Choris frequenter occurrit; nunquam in Iambo, quantum scio (sed semper πατρὸς) nisi semel Æschyl. Χοηφ. ver. 238. ed. Steph.

Πατέρος τε καὶ τὸ μητρὸς εἰς σέ μοι ῥέπει
Στέργηθρον.

unde probabile fit, ibi quoque scribendum esse Πατρός. et tamen μητέρος et μητρὸς, μητέρι et μητρὶ, passim in Iambis sine discrimine ponuntur. Qui anapæstos ex paribus Iamborum locis excludunt, conjecturam in Euripidis Iphig. Aulid. 508. speciosam forte putaverint,

Ταραχή γ᾽ ἀδελφῶν τις δι᾽ ἔρωτα γίγνεται
Πλεονεξίαν τε δωμάτων,

si pro δι᾽ ἔρωτα, anapæsto in quarta sede, legatur δι᾽ ἔριδα. Ostendant tamen, si possint, unum locum in quo Euripides, vel quilibet Tragicus, scribit ἔριδα in accusativo, non ἔριν. Vera forte lectio ibi est, δι᾽ ἔρον ἐγίγνετο. Iterum: σέθεν pro σοῦ in Iambis, et ubique; et ἐμέθεν pro μοῦ apud omnes ceteros Poëtas, et in Choris Tragicorum. nihilominus nunquam, opinor, invenies ἐμέθεν [g] pro ἐμοῦ in Iambo, non ma-

[f] Ipsum Marklandum ab errore in iis quæ Supplicibus Euripidis subjecit p. 251. retraxissent adnotata loca Sophocl. Aj. 290. Euripid. Hec. 369. Androm. 567. Aristoph. Thesm. 437. prout illum recte emendavit St. Berglerus. *Valckenær.* in præf. ad Phalaridem Lennepii p. xix.

[g] Vide Koënium ad Gregor. de Dial. p. 92.

gis quam Με initio Iambi Tragici, licet Σε frequenter, et Ἐμὲ nonnunquam inveneris: etiam Με initio Iambi Comici apud Aristophanem Βατραχ. 301. In Iphigenia Aulidensi ver. 1412. legitur, Εἰς σὴν φύσιν βλέψαντα. Ita edidit Barnesius, pro priore τὴν φύσιν: et notat "Si quis "gemini σῖγμα collisionem velit (velis) vitare, lege, εἰς τεὴν φύσιν· τεὴν "pro σὴν, monosyllabῶς." Atqui (ne dicam de contractione τὴν pro τεὴν vel σὴν, sine exemplo, quod nusquam opinor inveniri) Vir clarissi-
252 mus non animum advertebat, adjectivum τεὸς, τεὴ, τεὸν, licet in Hexametris, Elegiacis, et Choricis, frequenter occurrat, nunquam tamen, ut puto, inveniri in Iambis. Quia poëticum est, forte dicet aliquis. Sed hoc non satis videtur: nam nonnullas voces quæ poëticæ habentur, in Tragicorum Iambis invenias. Verius forte dici potest, has fuisse veterum delicias, quarum ipsi fortasse non semper rationem poterant reddere; nos certe jam non possumus. Nonnulla hujusce generis in Latinis vide apud summum virum Frid. Gronovium, Observat. iii. 13. p. 549. Si hæc observatio de τῇ nunquam inventa pro τῇδε, (quæ non confutari potest sine exemplo) vera sit, pro ἐν τῇ hic scribendum est ἐν γῇ, *in* hac *terra*, ἐν γῇ τῇδε Hippolyt. 1176. Sic Orest. 53. Ἥκει γὰρ εἰς γῆν pro εἰς τήνδε γῆν· et γᾶς βασιλεῦσι, *regibus* hujus *terræ*, ver. 816. ed. King. et centies ita invenias. Apposite apud Aristoph. Ranar. ver. 1187, istud quod prius Æschylus dixerat (ver. 1184.) Ἥκω εἰς γῆν τήνδε, Euripides repetens exprimit, Ἥκω εἰς γῆν· non Ἥκω εἰς τήν. quod et hic faciendum censeo, Εἰ δ' ἔστιν ἐν γῇ, non ἐν τῇ. His parvis ignoratis, necesse erit ut errent viri etiam maximi.

Conjecturam in locum Aristotelis De Poëtica, quæ in priore editione hic sequebatur, ideo omisi, quia de ea subdubitabam. Hunc defectum ad finem opusculi forte pensabo. Sed pergo.

Literæ unius mutatio videtur esse majoris momenti in Epist. ad Romanos, vi. 19. quia forte Apostolum sibi reddit, legendo νῦν παρεστήσατε pro παραστήσατε. aliter, non probatio erit sed exhortatio. ἀνθρώπινον λέγω—ὑμῶν, in parenthesi poni debet: et tunc propositio probanda est ἐδουλώθητε τῇ Δικαιοσύνῃ· quam hoc modo probat, ὥσπερ ΓΑΡ παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Ἀκαθαρσίᾳ,—οὕτω νῦν παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Δικαιοσύνῃ, &c.[h] Si aliter legatur vel su-

[h] Cujus sententiæ argumentatio hæc est: Νῦν ΓΑΡ οὕτω παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Δικαιοσύνῃ, ὥσπερ (ποτε) παρεστήσατε τὰ μέλη ὑμῶν δοῦλα τῇ Ἀκαθαρσίᾳ, &c. Literis initialibus majusculis signavi voces Δικαιοσύνη et Ἀκαθαρ-

matur, *hortabitur* eos Paulus, versu 19. ut *faciant* id quod versu 18 253
dixerat eos *jam fecisse*. Nulla est argumentatio in *παραστήσατε*.

Ex Græcis unum addam locum Luciani, quia in nupera præclara Editione, quam consulto dudum inspexi, nihil in eo, si recte memini, tentatum vidi. Locus est in Apolog. pro mercede conductis p. 487. ed. Græv. de *simia* (*πιθήκῳ*) reginæ Cleopatræ, quam simiam saltare docuerant: *ἐκεῖνον γὰρ (φασὶ) διδαχθέντα, τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως καὶ ἐμμελῶς, καὶ ἐπιπολὺ θαυμάζεσθαι μένοντα ἐν τῷ σχήματι, καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα, καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκείμενον ὑμέναιον. ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον*, &c. Ista, *συγκείμενον ὑμέναιον*, non possunt intelligi, neque in Græcis, neque in Latinis, *hymenæum respondisset*. Cod. MS. Bourdelotii pro *συγκείμενον* habuit *συγκινούμενον*. Recte. Lego et distinguo: *καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκινούμενον. οὐ μενοῦν ἐπειδὴ εἶδεν ἰσχάδας*, &c. *et ad sonum cantûs et tibiarum, motus suos accommodantem. veruntamen ubi vidit caricas, opinor, vel amygdalam procul jacentem*, &c. *οὔμενουν* scribitur in Hermot. p. 537. in edit. quæ vocatur Grævii, et vertitur, *nihil equidem*. male tamen, opinor. Diversi videntur esse significatus, ut *οὔκουν* et *οὐκοῦν*, quæ vox, quamquam speciem habet negativam, significatione tamen affirmativa usurpatur, ut *οὐ γὰρ ἀλλὰ etenim, οὐ μὴν ἀλλὰ veruntamen*, vel *quin et*, Philoni Judæo tom. I. p. 44. *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συγγενής ἐστι ταῖς τῶν ὀργανικῶν ζώων* (l. *σωμάτων*) *κινήσεσιν·* de numero *Senario*. Apud quem auctorem obiter moneo, p. 116. tom. i. pro *ἔτι αὐτοῖς χρησόμενοι* legendum esse *ἐμετικοῖς* (vel *ἐμέτοις*) *χρησάμενοι*: et p. 245. pro *διαχεομένης*, scribendum *διὰ χοάνης, per infundibulum*, loco elegantissimo. Vix ullus finis est hujusmodi capitalium depravationum in isto scriptore eloquentissimo: licet multas sustulerit doctissimi Mangeii diligentia et solertia.

Transeo ad Latinos; et in primis ad delicias tuas (et cujus non, cui mens sana est?) Horatium. in ejus Epodo II. ver. 27. legimus,

FONTES*que lymphis obstrepunt manantibus*
Somnos quod invitet leves.

σία, quia Paulus eas *προσωποποιεῖ*, et de iis velut de *Dominabus* loquitur. *Nunc* ENIM *ita exhibuistis membra vestra serva Justitiæ, sicut* (olim) *exhibuistis membra vestra serva Impuritati* &c. Simile aliquatenus istud D. Petri, 1 Epist. ii. 25. *Ἦτε γὰρ (ποτὲ) ὡς πρόβατα πλανώμενα· ἀλλ' ἐπιστράφητε νῦν ἐπὶ τὸν ποιμένα* &c. *Eratis enim* (olim) *sicut oves errantes: sed conversi estis nunc ad pastorem* &c. non *convertimini*, in Imperativo, *ἐπιστράφητε*: sed *ἐπιστράφητε*. (Marklandi ipsius nota.)

Sed quemnam locum possunt hic habere *fontes*, cum supra, versu ab-
254 hinc altero dixerat, *Labuntur altis interim ripis* AQUÆ ? Horatius, opinor, non scripsit FONTES*que*, sed FRONDES*que lymphis obstrepunt manantibus.* rem ipsam expressit Propertius IV. 4: 4. *Multaque nativis obstrepit arbor aquis.* Sibilus *foliorum*, junctus murmuri labentis fluvii, somnos invitat.

I Carm. xxxv. 5. in nobili illa Ode ad Fortunam:

Te pauper ambit sollicita prece
Ruris colonus; te dominam æquoris,
Quicumque Bithyna lacessit
Carpathium pelagus carina.

Colonus ruris est quasi diceres *nauta maris.* Ponenda est distinctio post *prece*, et post *Ruris;* ante quam vocem repetenda est *dominam*, hac constructione: pauper colonus sollicita prece ambit te, *dominam Ruris;* nauta (seu, *quicumque lacessit pelagus carina*) ambit te, *dominam æquoris.* Tali distinctionis defectu laborat forte locus iste qui est in ore omnium, Art. Poët. ver. 440.

melius te posse negares
Bis terque expertum; frustra: *delere jubebat,*
Et male ter natos, &c.

Frustra est *nihil ageres:* vox seu judicium Poëtæ, rem narrantis, non alterius, se excusantis: ille enim nondum scivit utrum esset *frustra*, necne. Servius ad Æneïd. IV. 415. *Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat:* "*frustra* ex judicio Poëtæ est." Ergo distingui, opinor, melius potuit, *Ne quid inexpertum (frustra!) moritura relinquat.* Et initio hujus Epistolæ ad Pisones, ver. 5. male posita videtur distinctio, forte sic restituenda,

Spectatum admissi risum teneatis? amici,
Credite, Pisones, &c.

amici Pisones, ut *amice Valgi*, et *amice Mæcenas* alibi. non *teneatis, amici?* quia non ad Amicos in genere, sed ad Pisones, hæc Epistola scribitur. Vide Cl. Bentleium ad III Carm. ii. 1.

In nota illa historia Vulteii Menæ I Epist. vii. 80.

255 *Dum septem donat sestertia, mutua septem*
Promittit; persuadet uti mercetur agellum.
Mercatur. *ne te longis,* &c.

Horatius Linguam suam melius intellexit, quam ut diceret *mercatur*, postquam dixisset, *persuadet* uti mercetur. Si scripsisset, *suadet* uti

mercetur, recte subjecisse potuit, *mercatur.* sed *persuadet* satis significavit hominibus Romanis Vulteium *jam* mercatum fuisse, et sine necessitate addi *mercatur.* Lego et distinguo :

persuadet, uti mercetur agellum.
Mercatus (*ne te longis ambagibus ultra*
Quam satis est morer) *ex nitido fit rusticus,* &c.

hoc est, *postquam mercatus fuisset.* Mox, ver. 92.

Pol me MISERUM, *patrone, vocares,*
Si velles, inquit, verum mihi ponere nomen ;

expressa sunt ex Euripidis Iphig. in Tauris, ver. 499. ubi Iphigenia ab Oreste quærit nomen ejus :

ΙΦΙ. *Σοὶ δ' ὄνομα ποῖον ἔθεθ' ὁ γεννήσας πατήρ ;*
Tibi vero quod nomen imposuit qui te *genuit pater ?*

Cui ille respondet :

Τὸ *μὲν δίκαιον,* ΔΥΣΤΥΧΕΙΣ *καλοίμεθ' ἄν.*
Vero quidem nomine possem vocari MISER.

I Epist. i. 55. videtur excidisse Conjunctio *et :*

hæc recinunt juvenes dictata, senesque, ET
Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto.

i. e. *juvenes, senes,* ET *pueri,* ut I Serm. vi. 74. nam ridiculi forent *senes,* Lævo suspensi loculos, &c. id est, *δὶς παῖδες οἱ γέροντες. et,* ut II Carm. xvi. 37.

mihi parva rura, ET 256
Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ, &c.

atque ita forte II Serm. ii. 100.

ego vectigalia magna, ET
Divitias habeo tribus amplas regibus.

vulgo deest *et.*

III Carm. iii. 53.

Quicumque mundo terminus obstitit
Hunc tangat armis ; VISERE *gestiens*
Qua parte debacchentur ignes,
Qua nebulæ pluviique rores.

Hoc non satis videtur. nam cujuslibet *otiosi* erat *visere,* neque ulla in ea re laus : sed Romanorum erat VINCERE : et eo tendunt *tangat armis,* et *bellicosis Quiritibus.* Per *qua parte debacchentur* (mallem *debacchantur*) *ignes,* intelligitur *zona torrida,* seu *fervidi pars inclusa caloribus mundi :* ubi male legitur *fervidis,* III Carm. xxiv. 36. 37 : per, *qua nebulæ pluviique rores,* intelligitur *zona frigida.*

Art. Poët. 431.

Ut qui conducti *plorant in funere.*

Lego, *Ut* quæ conductæ *plorant, &c.* Hoc enim *præficarum* erat; et locus sumptus est ex Lucilii lib. xxii. citante Nonio Marcello V. *Præficæ:*

mercede quæ
Conductæ *flent alieno in funere præficæ*
Multo et capillos scindunt et clamant magis:

sic enim facetus iste locus distinguendus est. vide et Fest. Pompeium V. *præficæ.*

III Carm. ii. 14.

Mors et fugacem *consequitur virum.*

257 Ἀσύστατον videtur *fugacem* VIRUM, æque ac si diceres *timidum* VIRUM. Tu verum vidisti, opinor,

Mors efficacem [h] *consequitur virum,*
Nec parcit imbellis *juventæ*
Poplitibus, &c.

et probasti apposite ex Epod. III. *efficacis Herculis.* Vir *efficax* est *gnavus, impiger,* in quacumque re, vel quocumque statu, sive in pace, sive in armis, ut hic: unde opponitur *imbellis.* Isidorus Origin. lib. X. Efficax *dictus quia* (vel *qui*) *nullam difficultatem habet in qualibet re facienda. hinc et efficiens, a faciendo dictus.* Glossæ: Δράκτης (l. Δράστης) *efficax.* Hesychius: Δράστης· πράττειν δυνάμενος. Cœlius Ciceroni Familiar. VIII. 10. *Nosti Marcellum, quam tardus et parum* efficax *sit: itemque Servium, quam cunctator.* qui locus adducitur a Fabro in Thesauro. [i]Literæ Latinæ C et G cognatæ sunt, ut observat Plutarchus in Quæstion. Roman. p. 277. D. unde sæpe commutantur; velut hic, *et fugacem* pro *efficacem.* Sic *pelaGus* nunc legi puto pro *Leucas*, Propert. iv. 6: 17.

Actia Iülea Leucas *monumenta carinæ.*

[h] consequitur] Ut aliquid aliquem *consequatur*, non opus est ut ille fugiat. Virgilius Æneid. XII. 374.

Dum trahitur, pendetque jugis, hunc lata retectum
Lancea consequitur, *rumpitque* &c.

Phegeus, de quo sermo est, non *fugiebat*, sed *cominus pugnabat*, quando Turni lancea illum *consequuta est. Consequi* est Homericum κιχάνειν, *invenire, occupare, corripere:* Iliad. X. 303. νῦν δ' αὖτέ με μοῖρα κιχάνει, quod verti potest, *nunc vero me mors consequitur.* (*Markland.*)

[i] Hæc conjectura non satisfaciebat summo viro, L. C. Valckenærio ad Euripid. Hippol. 1442. Si retineo, ita faciam quia erat amici qui jam mortuus est. *Nota MS. Marklandi, Exemplari ejus penes Cl. Burneium adscripta.*

et *Ægyptus* pro *Ē Coptus*, vel [k] *Est Coptus*, Juvenal. XV. 45. *horrida sane Ē Coptus:* unde factum *Egyptus* vel *Ægyptus*, ut opinor.

Art. Poët. ver. 244.

Silvis deducti *caveant, me judice, Fauni.*

Deducti *quo?* Scribo, litera abjecta, *Silvis* educti *caveant*, &c. i. e. *educati:* ut in isto Terentii Andr. V. 4. *homines adolescentulos Imperitos rerum*, eductos *libere, in fraudem illicis?*

Contra, I Serm. i. 19. additione literæ, et mutatione puncti, longe 258
concinnior, ut mihi videtur, sensus exsurgit,

Quid statis? nolint. At quis *licet esse beatis,*
Quid caussæ est, merito quin illis, &c.

vulgo, *atqui licet esse beatis.*
Quid caussæ est, &c.

Quis pro *quibus*, ut II Serm. viii. 18. et passim.

III Carm. xxix. 5. Ita hunc locum legebat et distinguebat, ut pridem forte nosti, amicus noster, capitalis ingenii vir, Nicolaüs Hardinge, ὁ μακαρίτης,

eripe te moræ,
Ut *semper-udum Tibur, et Æsulæ*
Declive contempleris arvum, &c.

Quo nihil verius puto. ad Tibur enim invitat Mæcenatem Horatius. Vulgo, *eripe te moræ:* Ne *semper udum Tibur*, &c.

Epod. III. 20.

Jocose *Mæcenas, precor,*
Manum puella savio opponat tuo, &c.

Epitheton parum hoc loco convenire *Mæcenati* videtur. Transfer ad *puellam:*

Jocosa, *Mæcenas, precor,*
Manum puella savio, &c.

ut in Poëta nescio quo, *Puella nec jocosa.* Puella *jocosa* Horatii, est *ludibunda.*

Epod. XVI. 51.

Nec vespertinus *circumgemit ursus ovile.*

In promtu est magis poëticum, et melius sonans:

Nec vespertinum *circumgemit ursus ovile.*

ut I Serm. vi. 113. *vespertinum*que pererro Sæpe *forum.* In versu 259

[k] Rupertus, Marklandi oblitus, hanc emendationem Schradero tribuit.

proxime sequenti (ver. 52.) putarem *alma humus* potiorem quam *alta humus: Nec intumescit alma viperis humus.* Sensus est, *neque alma humus viperas habet intumescentes.* Quis hic supponeret *alta?* cum ad rem parum videatur, sive viperæ sint in *alta,* sive in *summa* humo.

IV Carm. x. 2.

Insperata tuæ cum veniet PLUMA *superbiæ,*

Doctiss. Bentleius conjicit BRUMA. de qua correctione minus dubitarem, si invenire possem exemplum vocis *bruma* metaphorice usurpatæ; id est, si quemadmodum Ovidius dixit *amoris* HIEMS, ita aliquis probatus scriptor dixisset *amoris* BRUMA, vel aliquid ejusmodi. cum vero sequentia, *comæ* et *color,* in propria, non metaphorica, notione ponantur, cogitavi de RUGA, quia noveram *rugas* et *calvitiem* sæpe conjungi: et memineram istius Propert. III. 23, 32.

Et veniat *formæ* RUGA *sinistra tuæ.*

Sed utrique conjecturæ tuam præpono, scribentis,

Insperata tuæ cum veniet PŒNA *superbiæ,*

quoniam a vulgata scriptura non tam longe abit quam *ruga;* et quia sine metaphora rem agit, sic ut *comæ* et *color.* *Veniet pœna,* ut Ovid. Fast. V. 648.

Et tandem Caco debita pœna venit.

Constructio est, *cum pœna, insperata tuæ superbiæ* (*i. e.* tibi superbo) *veniet:* pœna de qua nunquam cogitasti, et quam tu superbus *nunquam metuisti:* id enim vult *insperata.* Alia quoque est verborum constructio; sed non tam proba.

'Ασυστασία mihi videtur in I Epist. xii. 22. ut nunc distinguitur:

Utere Pompeio Grospho, et, si quid petet, ultro
Defer.

Quomodo potest aliquis *dare* seu *deferre ultro* (i. e. *sponte sua,* vel
260 *prior*) istud quod prius ab eo *petitum fuit?* Si Flaccus dixisset, *et, si qua re indiget Grosphus, ultro istam ei defer,* intellexissem: sed *petitio* necesse est ut tempore *antecedat,* et excludat *ultroneam* oblationem. mutata distinctione, evanescet absurdum,

et, si quid petet ultro,
Defer.

ultro petere frequentissima est locutio. Noster II Serm. i. 39, licet sensu diverso, *sed hic stilus haud* petet ultro *Quemquam animantem.* Livius XLII. 12. *Seleuci filiam duxisse eum; non petentem, sed* petitum ultro. XLV. 27. petita ultro *societate Romana. petiere ultro,* Gra-

tius Cyneget. ver. 162. Sueton. Calig. 14. *amicitiam ejus* ultro petiit. Martialis V. 6. Ultro *purpureum* petet *libellum.*

I Epist. XIV. 19.

> NAM *quæ deserta et inhospita tesqua*
> *Credis, amœna vocat mecum qui sentit,* &c.

Constat sensus. sed, ut mihi videtur, admodum friget, præ hoc,

> *Non eadem miramur: eo disconvenit inter*
> *Meque et te.* TU *quæ deserta et inhospita tesqua*
> *Credis, amœna vocat* MECUM *qui sentit; et odit*
> *Quæ* TU *pulchra putas.*

præcedens *te* forte expulit *tu,* quod videtur postulare oppositio. Sic Epist. X. 6.

> TU *nidum servas;* EGO *laudo ruris amœni*
> *Rivos,* &c.

In eadem Epistola X. 14. pro *rure* BEATO, valde suspicor Horatium scripsisse *rure* SABINO; non dubitans, ex sensu et adjunctis, quin adjectivum locale lateat sub isto *beato;* et conjiciens hoc fuisse *Sabino* ex multis ipsius Poëtæ locis, et ex Suetonio in vita ejus: *vixit plurimum in secessu* ruris *sui* SABINI, *aut Tiburtini.* Totum sic distinguerem et legerem:

> *Vivere naturæ si convenienter oportet,*
> (*Ponendæque domo quærenda est area primum*)
> *Novistine locum potiorem rure Sabino?*
> *Est ubi plus tepeant hiemes?*

Id est, Estne *rus ullum* in quo hiemes tepidiores sunt, quam in *Sabino* 261
rure? Nisi hæc intelligas de *particulari* aliquo *rure,* comparando cum aliis ruribus, inepta erit quæstio, *Est ubi plus tepeant hiemes?* cum omnibus notum sit, hiemes tepidiores esse in *urbibus* quam in *rure.* Parenthesis ista, est gnome universalis.

Hactenus ex Horatio (nam τῇ χειρὶ σπείρειν δεῖ:)[1] in quo auctore, post omnia quæ in eum scripta vidi, innumera sunt quæ non intelligo. In toto opere vix una est Ode, Sermo, vel Epistola, in quibus hoc non sentio, dum lego. Neque adeo miror; cum hæc obscuritas, (*quo vitio* ille *minime tenebatur,* teste Suetonio in vita ejus) a posteris invecta fuerit. Horatius enim, Virgilius, Ciceronis nonnulla, Cæsar, Livii quædam, Juvenalis, &c. in scholis prælegebantur pueris, et in singulis

[1] Vide Schraderi Emend. p. 68.

fere monasteriis lectitabantur. inde tot spurii et inepti versus in Horatii et Juvenalis hexametris, tot explicationes et immutationes elegantiarum linguæ Latinæ in contextu Cæsaris, Ciceronis, et Livii, ut si isti auctores reviviscerent, in multis sua scripta non agnoscerent. nam hemistichia, et debilia fulcra ista et supplementa sensus in Virgilii Æneïde, a seipso pleraque profecta sunt; *quippe qui, dum scriberet, ne quid impetum moraretur, quædam imperfecta reliquit; alia levissimis versibus veluti fulsit: quos per jocum pro tigillis vel tibicinibus interponi a se dicebat, ad sustinendum opus, donec solidæ columnæ advenirent:* ut de eo refert Donatus in vita ejus. Heu quod *columnæ* istæ, morte Virgilii interveniente, nunquam ADVENERUNT!

Pergenti ad Cæsarem moram injicit (non enim ad formulam adstringimur) locus Lactantii, forte conspectus, de viribus religionis, lib. III. cap. xxv. *Da mihi virum qui sit iracundus, maledicus, effrenatus: paucissimis Dei verbis tam placidum, quam ovem reddam. Da cupidum, avarum, tenacem; jam tibi eum liberalem dabo, et pecuniam plenis manibus largientem. Da timidum doloris, ac mortis; jam cruces et ignes, taurum contemnet.* In marg. edit. Cantabrig. 1685. legitur, *et ignes,* PERICULUM *omne et taurum contemnet.* Sed in Codicibus Sublacensi, et Coll. Emmanuel. est, *et ignes et* PERICULA, *et taurum contemnet.* Lego: *jam cruces et ignes et* PERILAI *taurum contemnet. Periläus* est is quem Poëtæ *Perillum* appellant. Propertius II. 19: 52.

262 *Et gemere in* tauro, *sæve* Perille, *tuo:*

Periläum appellant Phalaris in Epist. 66. 122. et Lucianus in Phalaride I. p. 737. ed. Græv. Grotius [m] ad Rom. iii. 24. citat, *jam crucem et ignes et* Phalaridis *taurum contemnet.* Sed cum nota sit historia, et *Perilaï* extra dubium, nolo plura addere.

In Cæsaris Comment. De Bell. Gall. lib. V. cap. 42. mendum est admodum vetustum. Galli hiberna Q. Ciceronis obsidebant, et vallo pedum xi, fossa pedum xv, ea cingebant. *Sed nulla ferramentorum copia quæ sunt ad hunc usum idonea, gladiis cespitem circumcidere, manibus* SAGULIS*que terram exhaurire, cogebantur.* Ita hunc locum initio V. seculi legebat Paulus Orosius lib. vi. 10. a doctissimo Oudendorpio adductus: *gladiis concidendo terram, et* SAGULIS *exportando.* ubi notabis astutiam Orosii, qui pro *exhaurire,* quod ibi non intelligi potuit, substi-

[m] Quemadmodum ex MS. Gothano edidit Cellarius.

tuit *exportare*, quod alia omnino res est. Legendum erat, *manibus* TRAGULIS*que terram exhaurire, cogebantur.* Gallis in usu fuisse *tragulas*, (teli genus est, Gellius X. 25.) patet ex cap. 35, 48. et lib. i. 26. *Exhaurire terram tragulis*, id est, *effodere*, ut *exhaurire terram ligonibus*, Horatio Epod. V. ver. 30. Lucanus IV. 294. de Afranii militibus undam quærentibus et siti pressis:

Nec solum rastris durisque ligonibus arva,
Sed gladiis fodere *suis.*

Adhæsit ultima litera vocis præcedentis, *manibus stragulisque.* inde istud *sagulisque.* Sed " *Sagulis terram exhaurire*, ut mira res, ita sin-" gularis est locutio," prout notat ad locum sospitator Cæsaris Oudendorpius.

Adduxi hunc locum præcipue propter mendi antiquitatem, quæ æque insignis est in isto Horatii Art. Poët. 65.

sterilisve palus prius, aptaque remis,
Vicinas urbes alit, et grave sentit aratrum.

Ita edidit, ex conjectura, Cl. Bentleius: ante erat,

sterilisque diu palus, aptaque remis,

De qua lectione vide Grammaticos veteres in nota Bentleii. Legendum 263
erat,

sterilisve palus pulsataque remis, &c.

ut *pulsu remorum*, Cæsar. Bell. Gall. III. 13. IV Propertius II. 8.

Remorum *auditos per vada* pulsa *sonos.*

Exempla ubique occurrunt. Errore scriptum primo videtur *sterilisve palus palus aptaque remis*, pro *palus pulsataque remis.* deinde omissum *palus* alterum, et, metri scilicet caussa, interpolatum, *sterilisve* DIU *palus, aptaque remis:* quod Grammaticos veteres in errorem induxit de quantitate ultimæ syllabæ vocis *palus.* Recte autem opponuntur, quæ *sterilis* erat palus, ea nunc *urbes alit;* et quæ olim *pulsata remis* erat, jam *sentit aratrum;* nec *aratrum* solum, sed et *grave* aratrum: quæ vox soliditatem et firmitatem soli indicat. Certissimam puto hanc restitutionem; sed jam intelligo, quod tunc nesciebam, me in ea non primum fuisse. PRIUS autem (pace viri summi) non admitti debuit in contextum, magis quam HÆC, ex N. Heinsii conjectura, *doti* HÆC *deprensa*, I Serm. II. 131. qui locus ita legendus, et distinguendus est, ut mihi quidem videtur,

miseram se conscia clamet;
Cruribus hæc metuat, doti deprensa, egomet mi,

Ne nummi pereant, aut fama, aut denique puga,

vel *pyga ;* ejecto isto monachali versu, *Discincta tunica fugiendum est, ac pede nudo. Conscia* est *ancilla, la Confidante.* illa non *deprensa* erat ; sed sola *adultera,* et forte *adulter,* quibus proprium est verbum *deprendi.* Crescit autem, opinor, oratio in ultimo versu ; et istiusmodi heroës, de quibus hic agit Horatius, non tam solliciti solent esse de *fama,* quam de *pyga.* de hac vero, quia *quosdam mœchos et mugilis intrat.* Vulgo, *aut puga, aut denique fama.*

Sed ad Cæsarem revertor : in quo, sequor præstantissimam editionem Oudendorpii, cui viro scriptor ille æternum debebit. In his autem explicationibus seu conjecturis, quas ex pluribus excerpsi, continebo me intra tres libros *De Bello Civili.*

264 Cæsar De Bell. Civ. lib. I.

Cap. III. *omnes,* qui *sunt ejus ordinis, a Pompeio evocantur*] *Ejus ordinis* sine dubio est *senatorii ordinis ;* ut apud Ciceronem Catilin. II. *princeps ejus ordinis.* Sed incredibile est, immo falsum, *totum* Senatum a Pompeio evocatum esse, et Cæsarem nullos ibi amicos habuisse. Lego : *omnes* sui, qui *sunt ejus ordinis,* &c. Vox *sui* (i. e. *partium ejus, fautores, amici*) amissa videtur in sequente *qui.* Sallustius Bell. Catilin. p. m. 35. *Sulla* omnes suos *divitiis explevit.* et ita sæpissime in his libris.

Sequitur : *laudat* Pompeius, *atque in posterum confirmat ;* segniores *castigat, atque incitat.* Ita omnes MSS. interpolantur in voce *Pompeius :* quæ vox scripta super *laudat,* hoc modo, Pompeius, *laudat* et postea in contextum deducta, genuinam, uti videtur, Cæsaris scripturam expulit. pro ea viri docti substituunt *acres* vel *promptos,* ut opponatur τὸ *segniores.* Aliud a Cæsare fuisse suspicor : *laudat* ALTEROS, *atque in posterum confirmat;* segniores *castigat, atque incitat.* quod exquisitius erat et elegantius quam ut vulgo intelligeretur : atque adeo omissum, et postea ejus loco inepte substitutum *Pompeius.* Noster Bell. Gall. V. 13. *hujus lateris* ALTER *angulus, qui est ad Cantium,—ad orientem solem ;* inferior, *ad meridiem spectat.* Supra, c. 3. ejusd. libri : *In ea civitate duo de principatu inter se contendebant, Indutiomarus et Cingetorix : ex quibus* ALTER*—ad eum venit : at* Indutiomarus *equitatum peditatumque cogere.* Horatius I Serm. VIII. 30. Lanea *et effigies erat :* ALTERA *cerea.* Livius XXIX. 33. *duæ turmæ hæsere ;* ALTERA,

metu dedita hosti: pertinacior *in repugnando, telis obruta et confixa est.* Græci frequenter ita scribunt.

Cap. VII. Dona *etiam, quæ ante habuerit, ademisse.*] *Dona* sunt *privilegia,* seu *prærogativæ,* tribunitiæ potestati concessæ, inquit Cl. Davisius. Velles exemplum unum dedisset istius significationis. Lego et distinguo: *Sullam, nudata omnibus rebus tribunitia potestate, tamen intercessionem liberam reliquisse: Pompeium, qui amissa restituisse videatur,* OMNIA, *etiam quæ ante habuerit, ademisse.* Caussa hujus erroris, et innumerorum in his libris, videtur fuisse compendium scriptionis, *oīa* pro *omnia.* unde fecerunt *dona:* pro quo alii conjiciunt *bona.*

Cap. XIII. *Hunc ex* primo ordine *pauci Cæsaris consecuti milites.*] 265
Scriptum opinor *ex prim. ordin.* pro *ex primis ordinibus:* sic enim legendum puto. Livius IX. 39. *omissis equis, ad* primos ordines *per arma, per corpora evaserint.* ita ex codicibus legit Gronovius, et notat, *ordines* hoc significatu non esse nisi *peditum.* recte: et inde est quod hoc loco Cæsar addit *milites.* vide ibi plura. Bell. Gall. VII. 62. *quum* primi ordines *hostium transfixi pilis concidissent.* Aliam hujus locutionis significationem vide B. G. VI. 7. et notis ibi. Paullo ante (post,) pro *L. Pupius* libri optimi habent SL' *Pupius.* volunt, opinor, SP. (i. e. *Spurius*) *Pupius.*

Cap. XXIV. *quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit, atque ad* se *Brundisium sit venturus, interesse Reipublicæ et communis salutis, se cum Pompeio conloqui: neque vero idem perfici longo,* &c.] Hoc est Cæsaris ad Pompeium mandatum, per Cn. Magium: cujus mandati neque Latinitatem neque argumentationem intelligo. Reciprocorum doctrinam satis luculenter tradidit Cl. Clarkius ad Bell. Gall. VIII. 50. sed quomodo *ad se* possit significare *ad Pompeium,* sive Magius hæc loquatur ad eum, sive Cæsar scribat, nescio. Deinde: *duæ* reddi videntur rationes, quare *intersit rei publicæ et communis salutis,* ut Cæsar cum Pompeio conloquatur: Prima est, *quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit;* Secunda, quoniam *ad Pompeium Cæsar Brundisium sit venturus.* Hæ rationes per se sufficerent ad evincendam hujus loci infirmitatem. Lego et distinguo (Magius narrat Pompeio) *Quoniam ad id tempus facultas conloquendi non fuerit, atque* (i. e. statim) *ad* te *Brundisium sit venturus.* (dicit) *interesse reipublicæ, et communis salutis, se* (Cæsarem) *cum Pompeio conloqui: neque vero idem perfici,* &c. Difficultas hujus loci ortum videtur habuisse ex prava interpunctione, ex *se* pro *te,* et ex voce *atque,* quam ceperunt pro

conjunctione cum esset adverbium, *statim, continuo,* ut in noto isto Virgilii Georg. I. 202. *Si brachia forte remisit,* Atque *illum in præceps prono rapit alveus amni.* ubi Servius: *Atque, id est, statim.* et ita sumi potest in Horat. I Serm. VI. 101. Atque *salutandi plures:* et sæpe in scriptoribus optimis. Livius XXXIV. 25. *hortatusque conjuratos qui aderant, ut potius quam extorti morerentur, arma secum cape-*
266 *rent;* ATQUE *ita cum paucis in forum ire pergit,* &c. Plura vide exempla in Fabr. Thesauro. In Cæsare, hæc vocis significatio non percepta, multis erroribus et interpolationibus ansam dedit, quarum nonnullas, prout occasio fert, infra memorabo. Pro *sit venturus* optime scribere potuisset *se venturum.* retineri tamen potest *sit venturus,* ex mandato ejusdem generis III. 10. *quantum in bello Fortuna possit, jam* ipsi *incommodis suis satis* essent *documento:* non *ipsos esse.* vide Oudendorp. ad B. G. II. 10. Paullo ante, quem *Cn. Magium* vocat Cæsar, Plutarchus in Pompeio p. 652. F. appellat Νουμέριον. non recte, opinor. *Numerius* enim erat Prænomen solum, sic ut *Quintus* vel *Caius;* et Fabiæ genti peculiare.

Cap. XXV. *extremis Italiæ partibus regionibusque Græciæ*] Quæro, cujusnam casus hæc verba, *extremis partibus regionibusque* sint, et quare. Nonne deest *opportunum?*

Cap. XXXV. *publice* iis *concesserit.*] Hæc sunt verba Massiliensium, non Cæsaris in sua persona. unde igitur *iis,* cum Massilienses de *se* loquuntur? Lego: *quorum alter agros Volcarum Arecomicorum et Helviorum publice* $\frac{i}{s}$ (i. e. *sibi*) *concesserit; alter,* &c. *sibi* in Codicibus nonnunquam scribitur $\frac{i}{s}$, vel *si.* unde in Ciceronis Divinat. in Q. Cæcilium c. 15. pro *sibi primas* Cod. Francii habet *si primas.* sic *ti* pro *tibi* invenit Livineius in Eumenii Gratiar. Act. c. xi. p. 285. Delapsa et transposita litera fit *is,* et inde *iis;* quod pro *sibi,* non est, ut mihi videtur, ævi Cæsariani. Vide Spartian. Severo, c. 4. ubi *se* pro *eum.*

Cap. LIV. *pontem* institutum *biduo perficit.*] Tres optimi Codices habent *instituit;* reliqui servant *institutum.* Forte: *atque ex utraque parte pontem* instituit: institutum *biduo perficit.* Supra c. 28. *duasque naves—scaphis lintribusque* deprehendunt: deprehensas *excipiunt.* vide et II. 11. et Bell. Afric. c. 86. Cicero Divinat. in Cæcil. c. 17. *hoc* institui, *atque adeo* institutum *referri, ac renovari, moleste ferunt.*

Cap. LXVI. iis—*correptis fit ab his certior* &c.] Cæsar non ita scri-

psisset: sed dixisset potius, *quibusdam correptis* (non *iis*) *qui adaquandi caussa processerant;* et numerum eorum forte addidisset. quod et hic fecit, opinor. nam in bonis aliquot exemplaribus scribitur, *ii correpti.* Lego: *Media circiter nocte,* II (i. e. *duo*) *qui adaquandi caussa longius a castris processerant, correpti. Fit ab his certior* 267
Cæsar, &c. Si malis, *iis correptis,* significabitur *duobus correptis,* absolute, cum minima distinctione post *correptis,* ut nunc editur. Neque obstat istud Frontini *Strateg.* I. 8. *C. Cæsar per exceptum quemdam aquatorem cum comperisset,* &c. nam licet *duo* capti fuerint, ex *uno* tamen præcipue rem cognoscere potuit. cujus generis exempla aliquot sunt in Sacris Literis. Hæ notæ numerales passim per hoc opus in vocabula transierunt. unde ex V*icenariæ* (sexcenariæ) factum *mercenariæ,* B. C. III. 4. et ex IIII (quatuor) fecerunt *illi,* ibid. c. 7. (ut hic *ii* pro *duo*) quæ pulcherrimæ restitutiones sunt ab Oudendorpio et Vossio. Sic Bell. Gall. V. 25. *L. Plancum* cum *legione.* in Cod. Oxon. legitur *culti legione;* id vult, opinor, *cum* I *legione,* seu, *una* legione: ut VI. 7. *Labienum cum una legione.* nam Plancus (c. 24.) legioni *uni* præfectus erat. distincte igitur et signanter *cum una legione.* In eodem cap. 7. Lib. III. Bell. Civ. pro numerali CX. Codex Vossii habuit *ex:* unde vox proxime sequens, *Corcyræ,* mutanda fuit in *Corcyra,* propter *ex.* Ita error errorem parit.

Cap. LXVII. *at* lucem *multum per se pudorem omnium oculis.*] Optime *Ciacconius* legit *luce* et *oculos.* adde distinctionem: *at* luce, *multum per se pudorem omnium* oculos, *multum etiam tribunorum militum et centurionum præsentiam, adferre.* Quod *de pudoris sede in oculis collocata* objicit Davisius, præter rem videtur. agitur enim hic de oculis eorum qui alios *spectant,* non eorum qui *spectantur;* quod non adtendit Vir clarissimus. *oculus omnium* est *conspectum, intuitum omnium;* ut in Cicerone, *in oculis conspectuque omnium exponere.* et sensus est, Ad milites in officio continendos, multum *per se* conducit si habeant ceterorum militum *oculos* in se *conversos;* quod *luce* fit: multo magis conducit, si addatur præsentia tribunorum et centurionum; quorum in tenebris parum valet auctoritas: vid. lib. II. 31. *Luce,* scil. *existente,* absolute; *dum lux est,* interdiu.

De *Bell. Civ.* lib. II.

Cap. IV. *Communi enim fit vitio naturæ, ut invisis,* latitantibus, *atque*

incognitis rebus magis confidamus.] Pro *latitantibus* Codices optimi habent *latitatis*, hoc est, opinor, *ĩtẽtatis*, seu *intentatis*. Horatius: *Nil*
268 intentatum *nostri liquere Poëtæ*. Literæ *i* et *l* sæpe commutantur cum sint ejusdem ductus: unde *victrix libido* nunc legi videtur pro *ulctrix*, seu *ultrix*, apud Livium I. 58. ed. Gronov.

Cap. VII. Sed *Nasidienæ naves*, &c.] Pessime voculam primam tollere vel mutare voluit Ciacconius. Connexio hæc est: cap. 6. *commisso prœlio*, Massiliensibus *res nulla ad virtutem defuit: Sed* (cap. 7.) Nasidienæ naves *nullo usui fuerunt*.

Cap. IX. *laterculo adstruxerunt.*] Omnes Codices *latericulo*. Scribo, *lateritio*, sc. *opere*. sic paullo infra, *lateritium discuteret*. Pro *adstruxerunt*, Leid. prior, *adstrinxerunt*.

Cap. XV. Sub tecto *miles, dextera ac sinistra, muro* tectus, *adversus* &c.] Abundare videtur vel *sub tecto* vel *tectus*; pro quo legi posset *tutus*. Cæsarem vero magis referre videtur, *Sub tecto miles* (*dextera ac sinistra, muro; adversus, plutei objectu*) *operi quæcumque usui sunt, sine periculo subportat*.

Cap. XVII. *postea vero*, quum *Cæsarem*, &c.] Lego: *postea vero* quam *Cæsarem ad Massiliam distineri cognovit*. Sic Bell. Gall. IV. 37. postea vero quam *equitatus noster in conspectum venit*. Cicero Famil. VI. 13. postea vero quam *magnam spem habere cœpi*. Idem XV. 1. postea vero quam *certissimis auctoribus—sum certior factus*. vide B. G. V. 32. B. Alex. c. 12.

Cap. XXXIV. *timore*, et *fuga.*] Forte: *sed præoccupatus animus Attianorum militum timore* ex *fuga, et cæde suorum, nihil de resistendo cogitabat*. Sic lib. III. 49. *odore tetro* ex multitudine *cadaverum*. ubi vide Oudendorpium, qui citat *vulneribus ex prœliis* III. 106. et ibi in MSS duobus *et prœliis*. III. 18. *morbo ex frigore et labore*. ibi quoque MSS quatuor *et frigore*. Vide an vulgata defendi possit ex Gronov. ad Cicer. pro L. Manil. c. 9. *Hunc in illo timore et fuga Tigranes*, &c. Verius tamen videtur *ex*, hoc loco.

Cap. XXXVII. *natura, et loci munitione.*] Mallem, *natura loci, et munitione*. ut c. 31. *et* opere, *et* natura loci *munitissima castra*. c. 35. *sed quum* loci natura *et* munitio *castrorum aditum prohibebat*. Vide B. G. VII. 14. B. C. III. 9. B. Alex. c. 61.

Cap. XLI. *aut* parentes *suos commendabant.*] Cur *parentes* solum,
269 quasi nulla *conjugum* et *liberorum*, et ceterarum *necessitudinum* subesset

cura? Lego: *aut* absentes *suos commendabant.* hoc omnes comprehendit. *parentes* pro *cognatis,* est sequioris ævi, non Cæsariani.

Cap. XLII. *proximos colles capere universos, atque eo inferri signa jubet.*] Hæc aliter distinguenda puto: *unam, ut in miseris rebus, spem reliquam salutis esse arbitratus, proximos colles capere universos;* atque *eo inferri signa jubet. Atque* est adverbium, *statim,* sine mora, *proximos colles capere universos,* idem est ac, *si universi caperent* (vel *capere possent*) *proximos colles.* Simile istud Livii VII. 35. *ergo* una *est* salus, erumpere *hinc atque abire.* et Lucani I. 496.

velut unica *rebus*
Spes *foret adflictis, patrios* excedere *muros.*

Ibid. *substitisse demonstratum est.*] Non alibi demonstratum est equites substitisse *ad novissimum agmen, et, equorum reficiendorum caussa:* tantum dicitur (c. 39.) *atque alii alio loco resistebant,* i. e. *subsistebant.* Aut igitur iste locus non est integer; aut vox *demonstratum* referenda est ad *substitisse* solum; *sed ii, quos (ad novissimum agmen, equorum reficiendorum caussa) substitisse demonstratum est,* &c. ut Cæsar per hanc parenthesin suppleat hic quod ibi omiserat.

Ibid. *fuga totius exercitus* procul animadversa] Hoc manifesto falsum est: exercitus enim *totus* Curionis non *fugiebat;* neque quidem potuit, undique circumventus: unde *milites* (the *foot-soldiers*) *ad unum omnes interficiuntur,* ut statim narrat. Lucanus quoque de hac re, IV. 749.

Non timidi petiere fugam, non prœlia fortes.

Equites quidem *perpauci* (inter quos Asinius Pollio) ex CC, se recipiebant ex prœlio; et *fugientes* nonnulli milites ab hostium equitatu interficiebantur: sed quid hoc ad fugam *totius* exercitus, XV cohortium? Lego: *sed ii, quos—substitisse demonstratum* (c. 39.) *est, fuga, totius exercitus* periculo animadverso, *sese incolumes in castra conferunt.* Sic B. Afric. c. 66. *qui fuga se receperant in castra.* vide et B. G. I. 11.

De Bell. Civ. lib. III. 270

Cap. VIII. custodiis*que diligentius* dispositis,—*in navibus* excubabat;] Codices omnes, uno excepto, legunt *excubans.* ex quo consensu probabile fit, præcedentia interpolata esse, et scribendum: *litoraque omnia longe lateque classibus* (Bibulus) *occupavit,* custodias*que diligentius* disposuit, *ipse gravissima hieme in navibus* excubans; *neque ullum laborem,* &c. Jam si mutes manuscriptorum lectionem *excubans* in *excubabat,*

necesse erit uti mutes quoque *custodias disposuit* in *custodiis dispositis*. quod hic factum fuisse verisimile est. Mox, *si in Cæsaris complexum*, &c. *Cæsaris* ponitur pro *Cæsarianorum*, ut c. 92. *Pompeius suis prædixerat, ut* Cæsaris *impetum exciperent*. et ita alibi.

Cap. X. *bis in potestatem pervenisse Cæsaris*, &c.] Merito quærit Davisius, quomodo Cæsari cum Vibullio colloquendi data sit facultas post *secundam* ejus dimissionem. Dubitat igitur, an non *tertium* captus sit Vibullius, quia Plutarchus in Pomp. p. 655. tradit, Cæsarem, cum hæc agebantur Ἰούβιον (sic corrupte vocat Vibullium) ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΝ ἔχειν σὺν ἑαυτῷ. Hæc Vir doctissimus. Vibullium vero tertio fuisse captum nequaquam probabile videtur; non solum quia de ea re silet Cæsar (quod tamen vix fecisset in re adeo notabili, et ad clementiæ suæ famam pertinente) sed etiam ex ratione historiæ istorum temporum. nullum enim prœlium, in quo capi potuit Vibullius, factum est ab eo tempore quo secunda vice dimissus erat, usque ad hoc tempus quo ad Pompeium mittebatur. Vibullius, post captivitatem Corfiniensem, in potestatem venit Cæsaris in Hispania æstate A. U. C. 704. et dimissus est. Ab Hispania Massiliam profectus est Cæsar. inde Placentiam, ad compescendum militum suorum tumultum. inde Romam. ibi moratus est usque ad mensem ejusdem anni Decembrem, quo profectus est Brundisium. inde mare trajecit, et statim Vibullium ad Pompeium misit. Nullus in his rebus Vibullio tertiæ captivitati locus. Videtur hæc res ita habuisse: Cæsar eum dimisit in Hispania; sub hac tamen, uti videtur, exceptione (quæ nihil duri in se habuit) ut, quando commodum foret, opera ejus uteretur ad Pompeium. et hoc innuere videtur ipse Cæsar in voce *judicaverat*: quasi diceret,
271 *isto tempore*, quo Vibullium secundo cepit, *judicavit* eum ad hanc rem idoneum hominem fore. per totam istam æstatem Cæsar rebus Urbanis occupatus, in Italia detinebatur. ut primum licuit, Romam reliquit, et Vibullium videtur secum eduxisse, et, prima data occasione, ad Pompeium amandasse. Quod vero Vibullium αἰχμάλωτον appellet Plutarchus, probabile est eum voluisse sensu *præteriti; quem ceperat;* non, *tunc captivum*.

Cap. XV. *omnia litora a Cæsare tenebantur*.] Quomodo potest hoc esse verum, quum, paullo ante (c. 14.) Cæsar Kaleno scripserit, *portus, litoraque omnia classibus adversariorum teneri?* et c. 8. *litoraque omnia longe lateque classibus occupavit*, sc. Bibulus, Pompeianus. Lego igitur, *omnia a litore, Cæsari tenebantur*. Portus et litora tene-

bat Bibulus: cetera omnia *a litore*, Cæsar: unde *omni terra earum regionum prohibebatur* Bibulus. vide infra, hoc capite, et c. 17. 42. Mox, *ejus facultas*, pro *ejus rei*, ut B. G. VII. 1.

Cap. XXII. profectus, *ut dictitabat, ad Cæsarem.*] Non dictitare potuit se *profectum*, sed *se profecturum*. Scribe ergo *profecturus*.

Ibid. *quosdam ejus municipii.*] Pro his tribus vocibus Cod. Lovan. habet *Cosam ejus*: Pal. et Dorvill. *constantius*. Forte: *ubi, quum* Consentinos *sollicitaret*. Consentia erat metropolis Bruttiorum, Thuriis conterminorum. unde forte est quod Vell. Paterculus II. 68. dicit Cœlium oppressum fuisse *circa Thurios* non *in Thuriis*. Appianus Bell. Civ. lib. V. p. 1119, 1120. conjungit *Thurios* et *Consentiam*: et ita Livius lib. XXV. 1. Hic est iste Cœlius cujus Epistolæ facetæ, et ingeniosæ ad Ciceronem, extant lib. VIII. Familiar.

Ibid. *Ita magnarum initia rerum, quæ occupatione magistratuum* et temporum *sollicitam*, &c.] Transposita videntur ista *et temporum*. lego: *Ita magnarum initia rerum* et temporum, *quæ, occupatione magistratuum, sollicitam Italiam habebant*, &c. *Tempora* sunt καιροὶ, *occasiones*. unde *tempora rerum*, c. 61. Cicero Offic. I. 40. *Deinceps de ordine* rerum *et* temporum *opportunitate dicendum est*. III. 24. *nisi forte eam pecuniam in reip. magnum aliquod* tempus *contulerit*. Idem Epist. Fam. IV. 13. *vis et mutatio omnium* rerum *atque* temporum. vide et IX. 16. et alibi passim. Livius IX. 18. *domini* rerum tempo- 272 rum*que trahunt consiliis cuncta, non sequuntur*. *Occupatione magistratuum*, est, *occupatis* circa eas res *magistratibus*.

Cap. XXIV. *nostri* veterani *in portum refugiebant.*] Parum ad rem videtur, sive *veterani* sive *tirones* fuerint. Suspicor scriptum fuisse, *nostri* veriti *in portum refugiebant*; id est, veriti, ut putabat Libo: *timorem simulantes*, ut Bell. Gall. VIII. 10. *timorem suum*, est, *simulationem timoris*. non enim *revera* timebat, ut bene notat Davisius.

Cap. XXXII. *uti in* sorte *fecerant.*] Sensus et scripturæ vestigia huc ducunt, *Publicanis, uti in* superiore *fecerant*, insequentis *anni vectigal promutuum*. nam dixerat cap. 31, *a publicanis pecuniam insequentis anni mutuam* (Scipio) *præceperat*. annis autem duobus continuis hoc fiebat, unde eo biennio æs alienum provinciæ multiplicatum est, ut hoc capite refert. Tale aliquid narrat Themistius Orat. IX. p. m. 206.

Cap. XXXVIII. *In his fuit M. Opimius, præfectus equitum. Reliquos omnes—aut interfecerunt*, &c.] Manifestus est hujus loci defectus post

equitum. Deest enim, *qui fuga salutem petiit,* aut aliquid quo significetur illum *evasisse.* hoc clare patet ex oppositione sequentium, *reliquos omnes.* Bell. Gall. I. 53. *ibi perpauci, lintribus inventis,* salutem sibi petierunt. *in his fuit Ariovistus:* RELIQUOS OMNES *equites consecuti nostri interfecerunt.* qui locus est huic simillimus.

Cap. XLIV. *Atque ut* nostri, qui perpetuas *munitiones* habebant perductas—timebant: *ita illi,* &c.] Hic strenue grassati sunt interpolatores. In nullo Codice manu scripto invenitur *qui:* neque ullus est (excepto uno) qui non exhibet *videbant* pro *habebant.* Deinde *timebant* manifesto insertum est, ut particula *ne* habeat unde dependeat. Lego: *Atque ut* nostris perpetuæ *munitiones* fiebant, perductæ *ex castellis in proxima castella, ne quo loco erumperent Pompeiani, et nostros post tergum adorirentur; ita illi interiore spatio perpetuas munitiones efficiebant, ne quo loco nostri intrare, atque ipsos a tergo circumvenire possent.* Hæ omnes depravationes ortæ sunt, ut mihi videtur, ex una voce corrupta. nam postquam *fiebant* mutatum fuerat in *videbant,* ne-
273 cesse erat ut *nostris* mutaretur in *nostri,* et Nominativi *perpetuæ* et *perductæ,* in Accusativos. hinc etiam mox intrusum *timebant.*

Cap. XLVI. *His rebus* completis, legiones *reduci jussit.*] Non alibi, quod scio, ita scribit Cæsar, sed *confectis.* Bell. Civ. I. 32. *His rebus* confectis *Cæsar,* &c. Bell. Gall. V. 2. *His* confectis *rebus.* VII. 90. *His rebus* confectis. *Completis* videtur esse explicatio τοῦ *confectis:* ut supra c. 28. pro *cursu confecto,* Codd. Lovan. et Dorvil. habent *completo.* Alibi ita effert, *His rebus gestis, effectis, perfectis, explicitis.* Deinde, pro *legiones* scrib. vel *legionem* cum Faërno; vel *legionarios,* ut et c. 45. forte, *legionarii—progressi: non legiones progressæ,* quia non erat nisi *una* legio, scil. *nona.*

Cap. XLVII. *copia abundarent: quotidie enim—cursum haberent. Ipse autem—summis* erat *in angustiis*] Lego et distinguo: *quum illi omnium rerum copia abundarent, (quotidie enim magnus undique navium numerus conveniebat, quæ commeatum subportarent; neque ullus flare ventus poterat, quin aliqua ex parte secundum cursum haberent) ipse autem, consumtis omnibus longe lateque frumentis, summis* esset *in angustiis.* Facile perspicitur unde *esset* mutatum in *erat;* nempe ex confusione distinctionum. Ceterum, ista ἔννοια, *neque ullus flare ventus poterat,* &c. Plutarcho et Appiano adeo placuit, ut uterque eam in scripta sua transtulerit; ille in Pomp. p. 653. E, et rursum in Cæsare: hic Bell. Civ. lib. II. p. 768. ed. Toll.

Cap. LIII. *milibus ducentis* æris *ab octavis* &c.] Istud *æris* in uno tantum scripto Codice invenitur: duobus abest: reliqui omnes pro eo habent *atque*. cum locus difficilis occurrit in quo hæc vox *atque* visitur, continuo de interpolatione suspectum habe. raro fallit hæc crisis in Cæsare. Lego: *Quem Cæsar, ut erat de se meritus et de republica, donatum milibus ducentis,* atque *ab octavis ordinibus ad primipilum se transducere pronunciavit.* Hic quoque *atque* est *statim, continuo.* hoc non intellecto, alii MSS mutabant *atque* in *æris;* alii omnino abjiciebant; alii denique supposuerunt *donavit,* ut esset *donavit atque pronunciavit.* Omnes perperam.

Cap. LIV. Exstructis *omnibus castrorum portis,* et *ad impediendum objectis.*] Magnæ hic sunt difficultates in voce *exstructis.* In duobus bonis Codicibus, et Edit. primis, deest *et.* Forte: ericiis *omnibus* 274 *castrorum portis, ad impediendum, objectis.* Infra, c. 67. *erat objectus portis ericius.* ubi de hac machina vide Vossium. Glossæ: *ericius,* ἰχεῖνος· scrib. ἐχῖνος. *Ad impediendum,* scil. eos qui impediendi erant, id est, hostes. sic *ad transportandum,* sc. copias. Vide Gronovium ad Livii XXXVIII. 12.

Cap. LVII. *mittit ad eum Clodium.*] Cum tot *Clodii* eo tempore fuerint, nihil dixisset Cæsar nisi prænomen addidisset, *A. Clodium,* ut c. 90. *quæ per A. Clodium cum Scipione egisset.*

Cap. LVIII. *aditus duos, quos esse angustos demonstravimus.*] Nihil in præcedentibus demonstratum observavi de his aditibus *duobus* angustis. *unum* quidem video c. 41.

Ibid. *cogebantur Corcyra, atque* Acarnania—*pabulum subportare.*] Non credo. nam *Acarnania* jam erat in Cæsaris potestate, c. 55, 78. Cod. Leid. prior habet *a Corcyra.* Lego: *cogebantur a Corcyra atque a* Candavia—*pabulum subportare.* nam *Candavia* erat sub Pompeio: vide c. 11, 79. meminit ejus Cicero ad Attic. III. 7. vide et doctiss. Wessel. ad Itiner. Hierosol. p. 607, 608. A *Corcyra atque* A *Candavia,* ut B. Gall. V. 32. AB *duce et* A *fortuna.* B. Civ. III. 42. AB *Asia atque* AB *omnibus regionibus.* Ita illic idem Leidensis.

Cap. LXXVIII. *si ab ora maritima* Corcyraque *discedere nollet.*] scil. Cæsar. Sed per totum hoc bellum *Corcyra* erat Pompeii. etiam post pugnam Pharsalicam, Lucan. VIII. 37. Appian. p. 773. 786. Quomodo igitur potuit Cæsar *discedere a Corcyra* quam nunquam tenuit? Codex Petav. et Leid. pr. habent *Coriciaque:* et ita fere Lovan. nisi quod repetit ultimam syllabam vocis præcedentis *maritima Macoritic-*

que. Vossianus *Oriecıaque.* Lege: *si ab ora maritima* Oriciaque *discedere nollet. Oricia* est regio circa Oricum. Stephanus: Ὠρικία, ἡ χώρα, καὶ ἡ γυνή. ubi vide doctissimos Berkelium et Holstenium. potes etiam sumere adjective *ora Oricia,* ut *Oriciæ terebinthi,* III Propert. V. 63. et Virgil. Æn. IX. Sed prius mallem. Supra c. 34. *deducta Orico legione, quam tuendæ* oræ maritimæ *caussa posuerat* Cæsar. vide cap. 8. ubi itidem pro *Orici* quatuor optimi Codd. habent *Corici:* Leidensis prior *Corcyri.* Ceterum ab *ora maritima Oriciaque* idem est
275 ac si dixisset *præsertim ab Oricia:* ut cap. 44. *Pompeius neque a mari* Dyrrachioque *discedere volebat.* Vide cl. Oudendorp. ad III. 9.

Cap. LXXIX. *de prœlio ad Dyrrachium facto.*] Libri scripti non agnoscunt præpositionem *de.* Lego et distinguo: *simul a Pompeio litteris per omnes provincias civitatesque dimissis, prœlio ad Dyrrachium facto, latius inflatiusque multo, quam res erat gesta; fama percrebuerat, pulsum* &c. *Prœlio ad Dyrrachium facto,* est, *post prœlium ad Dyrrachium,* ut cap. CXI. *prœlio in Thessalia facto.* Adi notam Oudendorpii, ubi videbis interpolatores aliter quoque hunc locum tentasse, substituendo *quibus* ante *prœlio* &c. Scaliger videtur sumpsisse istud *de* ex cap. 80. *de prœlio Dyrrachino.*

Cap. LXXXII. *de* præmiis *ac sacerdotiis* &c.] Dixi alibi, nisi fallor, legendum esse, *de* præturis *ac sacerdotiis.* probatur ex hoc et sequenti capite: et clare ex Plutarch. in Pomp. p. 655. B. et Cæsar. p. 728. B. Vocem hic ejectam restitue Horatio II Serm. vi. 55. ubi pro *Prædia* leg. *Præmia:* quæ propria est de hac re vox. sed hic agitur de *honoribus;* nempe, *præturis, sacerdotiis, consulatibus.* de *præmiis* belli mox.

Cap. LXXXV. *animadversum est, paullo* [ante, extra quotidianam consuetudinem] *longius a vallo esse aciem Pompeii progressam.*] Quatuor istæ voces desunt in optimo Leidensi. et recte. quid enim vult *paullo ante?* Conjunge: *animadversum est, paullo longius a vallo* &c.

Cap. LXXXVI. *ut sæpe cogitavissent.*] Olim conjeci *flagitavissent,* ex Lucano VII. 342. et multis aliis auctoritatibus. et mox, *ne suam omniumque reliquorum opinionem fallerent;* ex Auctore Bell. Alex. c. 16. *ne suam atque omnium falleret opinionem.* Vulgo hic legitur, *ne usu manuque reliquorum opinionem fallerent. Omnium reliquorum,* ut Bell. Alex. c. 8.

Cap. LXXXIX. *celeriter* ex tertia acie *singulas cohortes detraxit.*] Fundamenti loco ponitur a Viris doctissimis, Cæsari *sex* legiones in

tertia acie fuisse hoc prœlio. de qua re ne verbum quidem apud Cæ-
sarem invenio, neque apud quemquam alium scriptorem. Sed con-
cesso hoc ita fuisse; quod secundo loco sumitur, nempe, Cæsarem de-
traxisse *sex* cohortes ex *tertia acie*, ut *quartum* aciem efficeret; neque 276
de hoc *numero* verbum unum apud *Ipsum* invenio. Immo, inquiunt,
ita clare dicitur infra c. 93. *quartæ aciei, quam instituerat* SEX cohor-
tium *numero, signum dedit.* Atqui omnes MSS et Editt. Vett. con-
stanter et recte ibi habent EX *cohortium numero:* nisi quod unus legat
et pro *ex;* et duo exhibeant *ex cohortibus*, quod evidenter est ex Glos-
semate: nullus vero *sex*. Hæc cum ita sint, nihilominus constat ex
testimoniis veterum (Plutarchi, Frontini, et Appiani mox citandi)
Cæsarem de tertia acie detraxisse *sex* cohortes. Viri igitur eruditi pro
singulas cohortes legerunt *senas cohortes.* Mihi non videntur attigisse
Cæsaris scripturam, quam opinor fuisse, *celeriter* SEX tertiæ aciei *sin-
gulas cohortes detraxit. Detraxit singulas*, id est, *singillatim*, ἓν καθ' ἓν,
Horatii *unum et item unum*, non omnes simul, et ἀθρόως, ne Pompeianis
res innotesceret; sed unam primo, deinde alteram, et reliquas dein-
ceps, parvo temporis spatio interposito, ut tota res *celeriter* tamen fie-
ret. noluit enim Cæsar adversarios suos scire hoc strategema: unde
Plutarchus scribit eum fecisse hoc ἀδήλως, *occulte:* Appianus vero p.
779. dicit, τρισχιλίους εὐτολμοτάτους πεζοὺς ἐνήδρευσεν· immo ἐφήδρευσεν,
in subsidiis posuit tria milia (*i. e.* sex cohortes) *audacissimorum mili-
tum;* non, *in insidiis*. Detraxit *singulas*, ut Bell. Gall. VII. 47. *eos
ipse rursus*, singulos *exceptans*, in *murum extulit*. Hinc vero orta vi-
detur hujus loci corruptela, quod cum *sex* mutatum fuerat in *ex*, pro
tertiæ aciei necessario interpolandum erat *tertia acie*. Par mendum in
hac voce sustuli ex Bell. Gall. VII. 49. *ut cohortes* SEX *castris celeriter
educeret:* ubi vulgo legitur EX *castris*. vide et aliud ejusdem fere ge-
neris notatum ad lib. I. cap. 66.

Ibid. *ex tertia acie singulas cohortes detraxit.*] Nondum possum di-
mittere hunc locum, quem, post Ciacconium, ita explicat D. Vossius:
"*ex tertia acie* &c.] Expone, ex quaque legione tertiæ aciei: nam
"cohortes detractæ *sex* fuerunt, et totidem legiones in eadem acie."
Davisio hæc expositio *dura* videbatur, qui pro *singulas* maluit *senas*.
Contra quem Clarkius hanc Vossii expositionem adeo perspicuam et
naturalem ait, ut aliam in sententiam ne possint quidem accipi Cæsaris
verba. Mihi longe secus videtur, pro re certa habenti, hominem Ro-
manum non potuisse elicere hanc sententiam ex verbis Cæsaris, quo- 277

niam iis inest nihil quod *certum* aliquem *numerum* designat. nam *cohortes detraxit singulas*, est, cohortes *aliquot* detraxit singulas: utrum vero eæ *sex* sint, vel *decem*, vel *viginti*, non aliunde scias quam ex additis istis numeralibus. neque quidquam te juverint adjuncta, *ex tertia acie:* ex quibus verbis natus est error Cl. Clarkii. ita enim, ut ex sequentibus video, argumentatus est: tertia acies constitit ex *sex legionibus*. igitur *tertia acies* et *sex legiones* hoc loco idem est. ergo, qui cohortes *singulas* detrahit ex *tertia acie*, detrahit *singulas* ex *sex legionibus*. Hoc non sequitur: nam potest aliquis detrahere *singulas* cohortes, ex *duabus* tantum legionibus tertiæ aciei, reliquis *quatuor* intactis; et nihilominus recte dicetur ille detraxisse *singulas cohortes ex tertia acie*. Non idem igitur est *detrahere singulas cohortes ex tertia acie*, et, *detrahere singulas cohortes ex sex legionibus*, licet *tertia acies* ex *sex legionibus* constiterit: quod tamen ita fuisse in hoc prœlio, nondum inveni.

Cap. XCIII. sex *cohortium numero*.] Recte MSS et vett. editt. *ex*. sic c. 101. *ex numero ægrorum*, id est, *ægri*. cap. 59. *ex equitum numero*, i. e. *equites*. Lib. I. 77. *ex numero tribunorum militum*. Lib. II. 7. *ex eo numero navium*, i. e. *ex iis navibus*. Corn. Nepos Dion. c. 9. *suorum e numero*.

Cap. XCIV. *ab iisdem* acies *Pompeiana a sinistra parte* erat *circumita, atque initium fugæ factum*.] Verbum *erat* merito suspectum fuit Ursino, Grutero, Clarkio, et Oudendorpio. Sed gravius aliquid suberat. *iisdem* enim hoc loco clare ad *Cæsarianos* pertinet. atqui *ab iisdem initium fugæ factum*, est, *iidem primi fugiebant* vel *fugere incipiebant:* quod falsum est, et contra mentem Cæsaris; nam Pompeiani *fugiebant*, non Cæsariani. Hoc quoque loco *atque* est adverbium, *statim*. quo percepto, facile fuit interpolationem et caussam ejus videre. Lego: *ab iisdem acie Pompeiana a sinistra parte circumita, atque initium fugæ factum:* scil. a Pompeianis *factum* est: Pompeiani *statim* vel *continuo* fugere incipiebant. Bell. Gall. I. 18. *reperiebat* —initium *ejus* fugæ a Dumnorige *atque ejus* (non male *eduis*, i. e. *Æduis*) *equitibus* factum *esse:* id est, *Dumnorigem primum fugisse*,
278 primum fuisse qui fugeret. Supra, hoc libro, c. 69. *Equitatus Cæsaris,—receptui suo timens*, initium fugæ faciebat: *i. e.* primus fugiebat. Infra, c. 96. *ut a quo genere hominum victoriam sperasset*, ab eo initio fugæ facto, *pæne proditus videretur*. Cicero Philippic. V. 7. *cædis initium fecisset a me: i. e.* ego primus cæsus fuissem. Sed longe diversum fuisset, si dixisset, *cædis initium factum fuisset a me*. hoc enim

foret, *ego primus cædere cæpissem;* ego auctor cædis fuissem. in priore casu *a me* fuisset *ἀπ' ἐμοῦ, numerando:* in secundo, *a me* fuisset *ὑπ' ἐμοῦ, agendo.* In hoc loco Cæsaris, corruptores putabant *atque* esse conjunctionem, et ideo *τὸ factum est* necessario poscere verbum quod præcederet: inde *erat atque factum est.* post quod, jam ex eadem necessitate *acie* mutandum erat in *acies,* ut staret constructio.

Cap. XCVI. *cui* semper *omnia* &c.] Sui oblitus est Cæsar, si ita scripsit. nam supra c. 49. *At Cæsaris exercitus optima valetudine, summaque* aquæ copia *utebatur; tum* commeatus omni genere, *præter frumentum,* abundabat. Non igitur *cui* SEMPER, sed *cui*[n] SÆPE *omnia* &c. Sic c. 86. pro SÆPE *cogitavissent* (vel *flagitavissent*) optimus Leidens. perperam habet SEMPER.

Cap. XCVIII. *neu quid* sui *desiderarent.*] Lege: *neu quid* usui *desiderarent.* Sic B. G. IV. 29. *omnia deerant quæ ad reficiendas eas* (naves) usui *sunt.* vide et B. Civ. II. 15. 35. Tacitus Hist. III. 20. *lixas Bedriacum mittit, copias, ceteraque* usui *adlaturos.* Livius XXXI. 42. *maxime* usui *fuit Aminander.* Ita *pecus sacrificatui,* et *vinum potatui* Apuleius Met. VII. p. 139. Plena locutio fuisset, *neu desiderarent aliquid quod iis usui esset.*

Cap. XCIX. *multi præterea in finitimas civitates refugerunt.*] Quid hoc ad rem? agit enim de numero *deditorum,* non de iis qui *fugerunt.* Lego et distinguo: *sed in deditionem venerunt amplius milia* xxiv, (*namque etiam cohortes quæ præsidio in castellis fuerunt, sese Sullæ dediderunt*) *multi præterea* qui *in finitimas civitates refugerunt: signaque militaria* &c.

Cap. CI. *Iisdem fere temporibus Cassius* &c.] Cæsar hoc loco vix omisisset prænomen, *C. Cassius:* ut cap. V. excidere potuit ob sequentem literam *C.*

Cap. CXI. *auxilio* L *missæ.*] Appianus p. 773. dicit LX, ἑξήκοντα. Reponenda forte Cæsari nota numeralis X.

Cap. CXII. *a superioribus regionibus.*] Accedo iis qui legunt *regibus.* 279
Justinus II. 1. *Ægyptum autem quæ tot* regum, *tot seculorum cura impensaque munita sit,—non posse videri hominum* (an *omnium*) *vetustate ultimam, quæ sive exaggerationibus* regum, *sive Nili trahentis limum, terrarum recentissima videatur. Superioribus regibus* ut *superioribus imperatoribus* passim apud Cæsarem. nam in Scriptore Bell. Afric.

[n] Probante Schradero Emend. p. 14.

c. 47. pro, *more superiorum imperatorum,* scribendum puto, *superiorum temporum.*

Farraginem hanc (ex profanis, quemadmodum dicuntur, scriptoribus) claudat locus Livii, lib. II. cap. 53. p. 140. ed. Gronov. *Dum hæc ad Veios geruntur, Volsci Æquique in Latino agro posuerunt castra, populatique fines erant.* EOS *per se ipsi Latini, assumtis Hernicis, sine Romano aut duce aut auxilio, castris exuerunt. Ingenti præda, præter suas recuperatas res, potiti sunt. missus tamen ab Roma Consul in Volscos C. Nautius.* Si Latini per se castris exuerunt *eos,* i. e. *Volscos Æquosque,* quodnam opus erat ut Consul a Roma mitteretur in *Volscos?* vel, si in *Volscos,* cur non et in *Æquos* etiam? Pro *Æquos,* scriptum erat, opinor, *ecos,* more ponendi c pro *qu,* ut in *cocus* et *coquus, locutus* et *loquutus* &c. ex *ecos* factum videtur *eos.* Posthac autem verius legetur, credo, ÆQUOS *per se ipsi Latini—castris exuerunt. missus tamen ab Roma Consul in* VOLSCOS *C. Nautius.* Rationem politicam reddit Livius quare Consul mitteretur in Volscos: *Mos, credo, non placebat, sine Romano duce exercituque socios propriis viribus consiliisque bella gerere.*

Addam pauca solummodo: In titulo hujus opusculi dicit Scaliger, *Non aliunde dissidia in religione dependent, quam ab ignoratione Grammaticæ.* Hoc paradoxon exemplo sequenti forte illustrari potest. Notum est omnibus, quanta dissidia in religione excitaverint pauca verba in Act. Apostol. cap. XIII. comm. 48. καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον· quæ vetus interpres ita vertit: *et crediderunt quotquot erant præordinati* (Beza, *ordinati*) *ad vitam æternam.* Nostra
280 Versio: *and as many as were ordained to eternal life, believed.* Hic sensus in Partes jamdudum adsumtus fuit; ut non solum homines singuli, sed et totæ sectæ, immo et populi, hoc dogma mordicus teneant. Et tamen sunt, qui ex ignoratione Grammaticæ, quatenus Grammatica circa verborum diversos sensus versatur, hanc interpretationem, hoc saltem loco, primitus oriri potuisse existimant. nam πιστεύω significat non solum *credo,* sed etiam *fidem profiteor.* ita Simon Magus Act. VIII. 13. ἐπίστευσε, i. e. *dixit* πιστεύω, dixit *se credere,* (non enim *revera* credidit, ver. 21.) πίστιν ὡμολόγησε, *fidem professus est.* ad quam significationem *profitendi,* exigi debet locus ad Roman. XIII. 11. νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν ἡ σωτηρία, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· *nunc enim propius*

nos est salus ista, quam erat *cum fidei professionem fecimus:* id est, cum Christiani primum facti sumus. *for now the salvation,* or, *the deliverance,* (ἡ σωτηρία, cujus mentio facta est cap. XI. 11. et quæ probabiliter de excidio Hierosolymorum et Judaïcæ πολιτείας fine intelligenda est,) *is nearer us, than* it was *when we* first *made profession of our faith.* In nostra versione hæc ultima difficilia sunt intellectu: *for now is our salvation nearer than when we believed.* Ita hoc in loco, ne plura adducam exempla, quæ in N. T. multa sunt, et plura forte quam vulgo putatur, ἐπίστευσαν (τὰ ἔθνη) εἰς ζωὴν αἰώνιον, *gentes* (i. e. *Gentiles, Ethnici*) *fidem suam professæ sunt in vitam æternam,* vel *in vita æterna:* id est, *declaraverunt* πιστεύομεν εἰς ζωὴν αἰώνιον, *credimus in vitam æternam:* cujus rei professio necessarius est articulus fidei Christianæ, et semper erat: et ita in symbolo apostolico nunc habetur. *Vita* autem ista *æterna* in quam Ethnici profitebantur fidem suam ver. 48, est eadem *vita æterna* quam Judæi rejecerant versu 46, cum quo connecti debet hic versus 48: ἐπειδὴ δὲ—οὐκ ἀξίους κρίνετε ἑαυτοὺς τῆς ΑΙΩΝΙΟΥ ΖΩΗΣ, ἰδοὺ στρεφόμεθα εἰς ΤΑ ΕΘΝΗ—ἀκούοντα δὲ ΤΑ ΕΘΝΗ, ἔχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν λόγον τοῦ Κυρίου· καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, εἰς ΖΩΗΝ ΑΙΩΝΙΟΝ. Tota difficultas hujus loci ortum videtur habuisse ex omissis distinctionibus, et ex male intellectis locutionibus ἐπίστευσαν et ἦσαν τεταγμένοι. quibus erroribus robur adjecit auctoritas veteris interpretis, *et crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Sed ἐπίστευσαν hoc loco significare potest *fidem professi sunt,* et ἦσαν τεταγμένοι, *constituerant:* ut Act. XX. 13. οὕτω γὰρ ἦν διατεταγμένος. quod ipse 281
Beza vertit, *sic enim constituerat:* Vet. Interpr. *disposuerat:* Nostri, *for so had he appointed.* nulla vero est differentia inter ἦν τεταγμένος et ἦν διατεταγμένος, nisi quod hoc ultimum significare potest *firmiter* vel *pro certo constituerat,* ex vi præpositionis διά. Frequentissime autem participium præterit. passivi, vel ipsum præteritum, activam habet significationem: ut ἦσαν πεποιημένοι ἀγῶνα, *contendissent,* Demosth. De Coron. p. m. 112. ed. Oxon. ὑμᾶς ὑπάρχειν ἐγνωσμένους, *vos jam judicavisse,* p. 125. συλλελογισμένον ὀρθῶς, *recte reputantem,* p. 98. ἦν βεβουλευμένος, *deliberaverat,* Dio Chrysostomus Troïc. p. m. 156. καταδεδούλωται, *subjugavit,* Euripides Iphigen. in Aulid. ver. 1269. παρειςδέδεγμαι, *ad me recepi,* Sophocles Trachin. 546. ἦμεν πεπυσμένοι *audiveramus,* vel *audivimus,* Æschyl. Agamemn. 1106. Exempla inveneris in quibusvis scriptoribus Atticis, quos imitari amat Lucas, ut cum dicit λούσαντες pro λούσασαι, Act. IX. 37. *fœminarum* enim erat, non *virorum,* fœmi-

nas *mortuas* lavare; et Luc. VII. 4. παρέξει (pro παρέξῃ) quemadmodum Attici scribunt secundam personam fut. medii: idem quod παρέξεις· et βούλει pro βούλῃ cap. XXII. 42. Ita hoc loco, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, *quotquot constituerant,* scil. cum Paulo et Barnaba. (ut ταξάμενοι ἡμέραν, *cum constituissent diem,* Act. XXVIII. 23.) per quod vult historicus, nonnullos ex gentibus *tempus constituisse* cum Paulo et Barnaba, in quo professionem facerent fidei suæ in Articulo *vitæ æternæ:* et ita fecisse. καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, εἰς ζωὴν αἰώνιον· *et fidem professi sunt, quotquot constituerant, in vitam æternam. But the Gentiles, hearing this, rejoiced, and glorified the word of the Lord* (nempe, prophetiam istam Esaiæ XLIX. 6. de *gentibus,* citatam a Paulo et Barnaba, versu 47.); *and professed their belief, as many* of them *as had appointed, in eternal life.* Si malis in parenthesi ponere verba ista, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι, parum refert, modo conjungas ἐπίστευσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, non τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

Verti ἦσαν τεταγμένοι *constituerant,* in plusquam perfecto. quam significationem hæc verba habere posse, ex citatis paullo ante exemplis licet intelligere. eandem sæpe habet et aoristus I, in optimis scriptori-
282 bus, et in Evangeliis. sic Matt. XXVIII. 17. οἱ δὲ ἐδίστασαν· *quidam autem* [o] *dubitaverant* (*Thomam* intelligit), non *dubitaverunt,* sicut vertitur: quod isto tempore, quo hoc narratur, falsum esset. Et ex hac significatione Aoristi, corrigi potest error alius, magni momenti, in versionibus et interpretatione Actor. Apost. IX. 35. ubi οἵτινες ἐπέστρεψαν vertitur *qui conversi sunt,* pro, *qui* (vel *quicumque*) *converterant se,* i. e. *conversi fuerant.* Constructio enim vera istius loci est, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες Λύδδαν καὶ τὸν Σάρωνα, οἵ τινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Κύριον, εἶδον αὐτόν· *et omnes qui incolebant Lyddam et Sarona, qui conversi* fuerant *ad Dominum, videbant illum.* per quam rem, fides eorum magnopere confirmabatur. Longe diversa res esset, si scriptum fuisset, ΚΑΙ ἐπέστρεψαν, quod versio Anglicana exprimit, AND *turned to the Lord.* Hoc sane multo majus fuisset miraculum quam istud quod in claudo sanando ediderat Petrus, si *omnes* incolæ (vel *maxima pars,* cum Hammondo) *Urbis* (Lyddæ) et *tractus terræ* (Saronis) ad fidem Christianam conversi fuissent intuitu *unius* miraculi. nam modica computatione, quam ex Josephi loco instituere possumus, hoc pacto numerus conver-

[o] Tempus Plusquam Perfectum hic nullum locum habet. De versu Matthæi confer Valckenærium Adnot. Critic. p. 350.

sorum ex hoc miraculo ascendisset ad *quindecim millia,* ad minimum: cum revera, ne de *uno* quidem novo proselyto facta ibi sit mentio. Primæ conversiones Judæorum et Gentilium non procedebant isto impetuoso modo; cum *donum Linguarum,* omnium, post resurrectionem Domini nostri, longe illustrissimum et latissime patens miraculum, non nisi *tria millia* hominum ad fidem converteret.

Atque hæc possent sufficere. scio enim eum, qui his rebus se immiscet, inde nihil fere, præter obloquium, et convicia dissentientium, reportare: adeo ægre homines patiuntur *veteres avias sibi de pulmone revelli.* Nihilominus, quoniam additionem aliquam, loco omissorum, supra innui, conabor[p] explicare locum Actor. Apostol. adhuc, uti videtur, minus intellectum. is est cap. XXIII. 9. ubi in synedrio, ex Sadducæis et Pharisæis constante, Paulus orationem habens, artificiose fatetur se esse Pharisæum: quo facto, Scribæ qui erant ex partibus Pharisæorum, se statim ei adjungebant, dicentes, Οὐδὲν κακὸν εὑρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν. *nihil mali* 283
invenimus in homine isto: quod si spiritus locutus est ei, aut angelus, ne repugnemus Deo. Contextum pono sicut jacet in omnibus, opinor, impressis exemplaribus, et sicut ab omnibus nunc legitur. Et primum, mirari subit disjunctionem istam, πνεῦμα Ἢ ἄγγελος, *spiritus* AUT *angelus;* quasi omnes *angeli* non essent *spiritus.* certe nullos nisi *spiritus* agnovit Auctor ad Hebræos Cap. I. 14. de *angelis* loquens: Οὐχὶ ΠΑΝΤΕΣ εἰσὶ λειτουργικὰ ΠΝΕΥΜΑΤΑ, &c.; *Nonne* OMNES (angeli) *sunt ministratores*· SPIRITUS &c.? Vel, si ἢ *seu,* pro *explicativo* sumatur, ut sit, *spiritus, id est, angelus;* obstat minime necessaria ejusdem rei *repetitio:* et, quod maximum est, prava subjecti divisio in *angelos* et *angelos.* Ortus videtur hic primus error ex non considerata (etiam antiquis, quantum reperire possum) vocis πνεῦμα significatione. nam πνεῦμα hoc loco, et sæpe in Luca, est absolute, *spiritus malus.* Cap. IX. 39. καὶ ἰδοὺ, ΠΝΕΥΜΑ λαμβάνει αὐτόν· quod mox ver. 42. appellatur δαιμόνιον. Rursus XXIV. 39. quod ille ibi vocat absolute πνεῦμα, ab Ignatio (Epist. ad Smyrn. p. m. 22.) qui citat istum locum, appellatur δαιμόνιον, quod sensu malo in N. T. semper accipitur, et quod mihi primum præivit ad mentem hujus loci Actorum, et significationem vocis πνεῦμα inveniendam. Sic X. 20. Πλὴν ἐν τούτῳ μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ ΠΝΕΥ-

[p] Hanc Marklandi explicationem refutat Valckenærius libro citato p. 401. seqq.

ΜΑΤΑ ὑμῖν ὑποτάσσεται· hæc eadem *πνεύματα* vocantur *δαιμόνια* paullo ante, ver. 17. Exempla multo plura dari possunt ex S. S. præcipue ex Luca in Evangelio, et Actis Apostolorum : sed brevitati hic consulitur, et in sequenti, ubi vix opus est ut probetur ἄγγελον absolute esse *bonum spiritum.* Mat. IV. 11. καὶ ἰδοὺ, ΑΓΓΕΛΟΙ προσῆλθον αὐτῷ· quod est, οἱ ΑΓΓΕΛΟΙ διηκόνουν αὐτῷ, Marc. I. 13. Nemo potest dubitare quin hi fuerint *boni spiritus.* vide Joan. V. 4. Act. VI. 15. et ita in multis aliis N. T. locis. Cui autem bono est hoc loco quærere coactas vocis πνεῦμα significationes (*Angelum*, cum statim sequatur *Angelus*; *inspirationem, Spiritum Sanctum, animam humanam* a corpore separatam) cum ad manum sit unice vera ex ipso Luca, et necessaria ex argumenti divisione?

Ex vocibus πνεῦμα et ἄγγελος explicatis, intelliguntur eædem voces comm. 8°. (seu potius ex 8° intelligitur nonum) Σαδδουκαῖοι μὲν γὰρ
284 &c. *Sadducæi enim dicunt non esse Resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum,* (μηδὲ ἄγγελον, μήτε πνεῦμα, i. e. neque *bonum*, neque *malum* spiritum) *Pharisæi autem utrumque* (vel *utraque*) *confitentur.* Ubi *duæ* species, *boni* et *mali* Spiritus, poni videntur pro Spiritibus *in genere:* unde *duæ* res enumerantur pro *una;* Pharisæi *utrumque* confitentur: id est, *Resurrectionem* et *Spiritus.* Sed quia spiritus *duarum* specierum sunt; ideo *boni* et *mali,* ἄγγελοι et πνεύματα, pro *uno* genere vel prædicato, *spiritibus,* poni possunt. Ita *cælum et terra* pro *mundus*, Genes. I. et frequenter in Sacris Scripturis: secundum quod dici potest, " Deus creavit *Hominem,* et *cælum et terram;* et servator est " *utriusque.*" Ubi quamquam *tria* sunt nominata, *duo* tamen sola, σχήματι διανοίας, intelliguntur, *Homo* et *Mundus.* Veruntamen, si malis ἀμφότερα ad tria referri, Chrysostomus ait, Πῶς οὖν λέγει ΑΜΦΟΤΕΡΑ; ἢ ὅτι πνεῦμα καὶ ἄγγελος ΕΝ ἐστιν; &c. Hinc suspicor Chrysostomum non intellexisse quid esset πνεῦμα hoc loco, dicentem πνεῦμα et ἄγγελον *unum* vel *idem* esse, cum lux et tenebræ non sint sibi magis opposita: nisi voluerit ἓν ea notione quam modo memoravi, pro *una* re, opposita *duabus:* ita ut ἀνάστασις sit *una* res, ἄγγελος et πνεῦμα non nisi *una*, duæ species pro uno genere. Pergit Chrysostomus: ἢ ὅτι οὐ μόνον ἡ λέξις περὶ ΔΥΟ, ἀλλὰ καὶ περὶ ΤΡΙΩΝ λαμβάνεται. Paria fere Œcumenius. Hujus rei, nempe vocis ἀμφότερα *tria* notantis, clarum est exemplum in Phalaride (antiquo utcumque scriptore) Epist. XVIII. ad Uxorem: περὶ δὲ τοῦ παιδὸς (οἶδά σοι χάριν) ὅτι σὺ ΑΜΦΟΤΕΡΑ, καὶ ΜΗΤΗΡ αὐτοῦ, καὶ ΤΡΟΦΟΣ, καὶ ΠΑΤΗΡ ἐγένου· *filii vero caussa* (habeo

tibi gratiam) *quod tu* UTRUMQUE, *et* MATER *illius, et* NUTRIX, *et* PATER *fueris.* Hic ἀμφότερα perspicue de *tribus* dicitur. Utcumque sumatur hæc vox, sive de rebus *duabus* (quod verius puto) *Resurrectione* et *Spiritibus;* sive de *tribus,* Ἀναστάσεως, Ἀγγέλων, et Πνευμάτων (quod aliis forte verius videbitur), certum est neque negari potest, ἄγγελον hic esse *bonum spiritum,* πνεῦμα *malum.*

Cognito Sadducæorum et Pharisæorum dogmate de hac re, facile jam intelligitur locus D. Joannis XII. 28. ubi postquam Servator noster precatus esset Deum, ut *nomen suum glorificaret,* venit e cælo vox, *Et glorificavi, et rursus glorificabo.* Hanc vocem articulatam fuisse, et ab omnibus auditam et intellectam constat ex narratione Evangelistæ, 285
et ex iis quæ dicit Jesus ver. 30. Pars vero turbæ adstantis (*Sadducæi*), quæ negabat Spirituum interventu aliquid effectum esse, dicebat, *tonitru esse factum.* Satis impudenter. *Alii* (nempe, *Pharisæi*) *dicebant, Angelus ei locutus est.* Utraque pars secundum dogmata sua. Locum Joannis jam relegas, et videbis ibi *Sadducæos* et *Pharisæos,* ubi nunc subticentur.

Sed redeo ad locum primo citatum: in quo, licet verba (πνεῦμα et ἄγγελος) explicata sint, in re tamen et sententia manet maxima omnium difficultas, et cujus præcipue caussa hoc negotium susceptum est: εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ, ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν· *quod si spiritus malus locutus est ei, aut angelus* (spiritus bonus), *ne repugnemus Deo.* Quid ais? eodemne ordine et jure sunt *spiritus malus* et *bonus?* num *repugnamus Deo,* si obsistimus homini agenti per impulsum *spiritus mali,* seu *Dæmonii?* Si quis, cui πνεῦμα (*malus spiritus*) ἐλάλησε, regem suum aut magistratus ferro petere, patriam hostibus prodere, parentes vel liberos suos trucidare, aut religionem legibus stabilitam subvertere conetur; an θεομαχοῦμεν quando *tali* repugnamus, et ad pœnam deposcimus? Hoc nimis absurdum est: et tamen ex his necesse est ut ita fiat; neque eludi potest. si enim hæc verborum constructio et sententia obtineat, æque θεόμαχοι erimus si repugnemus *cuivis* spiritui, sive ἄγγελος sit sive πνεῦμα, sive a Deo veniat seu a Diabolo. Ecce quantum faciat una parva distinctio, quam, si Novi Testamenti editor essem, sine scrupulo ponerem hoc loco: εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ· ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν. Notissima est figura Aposiopesis, quando quis partem tantum sententiæ profert, ceteram omittit, auditori vel lectori relinquens ex sensu et circumstantiis supplendam. velut hic suppleri

potest, post αὐτῷ, vel, ταχέως φανερωθήσεται, *brevi apparebit,* vel, ἡ βουλὴ καὶ τὸ ἔργον τοῦτο καταλυθήσεται, *consilium et opus hoc dissolvetur :* vel tale aliquid. Scribæ enim nihil hic definiunt, sed, ut in re nota, innuunt solum, et cetera synedrio supplenda linquunt.

Hæc figura vulgatissima est, et a viris doctis sæpe illustrata; pauca itaque solum exempla ejus, ut in re bene nota, ponam. Primum erit
286 ex hoc ipso scriptore, Luc. XIII. 9. de ficu arbore fructum non ferente: κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ μή γε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. Nostra versio: *And if it bear fruit,* WELL: *and if not,* &c. non male supplens. potuit quoque supplevisse, LET IT STAND. Εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν, verti debuit, *the next year* (vel, *against the next year*) *thou shalt cut it down.* ἔτος enim intelligitur (vide comm. 8.) ut apud Josephum Antiq. Jud. I. 11: sect. 2. ed. Huds. de Angelis quos Abramus hospitio excepit: ἥξειν ἔφασαν ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΛΛΟΝ, καὶ εὑρήσειν αὐτὴν (Σάῤῥαν) ἤδη μητέρα γεγενημένην. Ubi εἰς τὸ μέλλον male vertitur *aliquanto post.* quod vitium correxisse potuit interpres, si illi in mentem venisset historia hujus rei quæ narratur Genes. XVIII. et respicitur Rom. IX. 9. Apud Plutarch in Cæsar. p. 714. A. κατέστησεν ὕπατον ΕΙΣ ΤΟ ΜΕΛΛΟΝ, recte vertitur, *in proximum annum consulem creavit.* (et ita in Pompeio p. 644. E.) Sed hoc obiter. redeo ad ellipsin, seu aposiopesin. Xenophon Cyropæd. VIII. p. 237. E. in Oratione Cyri morituri: Εἰ μὲν οὖν ἐγὼ ὑμᾶς ἱκανῶς διδάσκω οἵους χρὴ πρὸς ἀλλήλους εἶναι· εἰ δὲ μή, &c. *Itaque si ego satis vos doceo quales vosmet erga vos gerere debeatis* [recte est:] *sin autem,* &c. Ita vertit et supplet interpres Leunclavius. potuit quoque, *facite sicut ego vobis præcipio,* post *debeatis.* Hunc Xenophontis locum non recte cepit Vigerus Idiotism. c. VIII. sect. vi. reg. iv. p. m. 295. Idem Xenophon. Memorabil. lib. III. p. 762. C. pariter loquitur. Genesis XXIV. 49. ex Versione LXX: Εἰ οὖν ποιεῖτε ὑμεῖς ἔλεος καὶ δικαιοσύνην πρὸς τὸν κύριόν μου· εἰ δὲ μή, &c. supple, εὖ ἔχει, vel tale quidpiam post κύριόν μου. Exempla hujus generis sunt ad manum ex Homero, Platone, Thucydide, Theophrasto, Aristophane, Polybio, Luciano, &c. Fuse de eo Casaubonus ad Athenæum V. 2. p. 332. 333. Eodem modo et Latini. Cicero ad Attic. VII. 23. *De me autem ipso, tibi assentior, ne me dem incertæ et periculosæ fugæ, cum reipub. nihil prosim, nihil Pompeio; pro quo emori cum pie possim, tum libenter. manebo igitur: etsi vivere. Quod quæris, hic quid agatur* &c. Post *vivere* suppleri debet. Columella De R. R. XII. 7. de herbis quibusdam

postquam condiantur: *deinde si tantum remiserint humoris, ut suo sibi jure* (i. e. succo) *ablui possint: si minus, superfusa dura muria lavantur.* Post *possint* intellige, *bene habet.*

Adeo autem frequentis usus est hæc figura, ut mirum videri possit 287
neque veteres neque recentiores interpretes eam hic perspexisse. Sed, si verum volumus, illos latuit hoc loco significatio vocis πνεῦμα *malus spiritus;* qua significatione incognita, non potuerunt hunc locum magis intelligere, quam ignorata ista aposiopesi: utrumque enim *simul,* prorsus necessarium erat ad mentem auctoris percipiendam. percepta autem significatione vocis πνεῦμα pro *malo spiritu,* facilis transitus erat ad rectam distinctionem, nempe, ut vitaretur absurditas quæ vitari non potuit nisi ita distinguendo. Versio autem Anglica, verborum ordinem turbando etiam, reddidit hæc plane non intelligibilia, et sine remedio reliquit. Posthac autem omnia constabunt, si distinguas et vertas, *But if an evil spirit hath spoken to him: or* if *an angel* (good spirit), *let us not oppose God.* Suppleri potest, *But if an evil spirit hath spoken to him, That will soon appear:* vel, *His attempt will come to nought:* vel alio quolibet simili modo, qui sensui convenit: quales modi plurimi sunt, omnes incerti. Dilemma vero satis clarum est, et aliquatenus simile isti Gamalielis Actor. V. 38. 39. qui locus et ipse indiget explicatione: sed ea non est hujus temporis.

Summa eorum quæ dicta sunt, est hæc: Vox πνεῦμα in commatibus 8° et 9°, *necessario* significat *spiritum malum,* δαιμόνιον, eadem ratione qua ἄγγελος est *spiritus bonus,* cui opponitur. neque aliud quidquam significare *potest* hoc loco πνεῦμα, nisi D. Lucas adeo imperitus et male ab eruditione humana, vel a Spiritu Sancto instructus fuit, ut divisionem institueret quæ rem dividendam totam non comprehenderet et exhauriret. Recta autem divisio in *malos* et *bonos,* in δαιμόνια seu πνεύματα, et ἀγγέλους, hoc loco necessaria est, quia Pharisæi credebant existentiam malorum æque ac bonorum Spirituum, quod clare docet Matthæus IX. 34. et Lucas hic narrat comm. 8°, ut lectorem præparet hac præfatione ad id quod narraturus est comm. nono. Jam vero hoc, *Si malus spiritus locutus est ei, aut angelus, ne repugnemus Deo,* ut nunc distinguitur, sententiam continet absurdam, neque sensui hominum consentaneam, neque dogmatibus Pharisæorum, Joan. X. 20. sed neque doctrinæ Christianorum, Epist. Jacob. IV. 7. (*resistite Diabolo*): neque praxi Servatoris nostri (Matt. IV. 1—11.), qui 288
spiritui malo repugnabat, licet sciret illum permissione Dei locutum

esse sibi, et tentationes admovisse. Hæc omnia incommoda vitantur una, et (ut mihi videtur) unica distinctione seu figura usitatissima, et sine unius literæ mutatione, εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ· ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν. *Si vero malus spiritus locutus est ei* (suppleri potest, ut supra): *aut* si *angelus, ne repugnemus Deo.* plane ut in eodem scriptore, Luc. XIII. 9.

Hæc, quando audiebantur, facile intelligebantur a præsentibus, ex loquentis gestu, vel abrupta vocis continuatione: sed scripto commissa, obscuriora fiunt, quia silentium vel gestus non solent signis exprimi. Linea quidem tali——nos nonnunquam utimur ad abruptionem significandam. sed ea incognita, quantum scio, erat veteribus. Si ea uti liceret, statim appareret quod difficile est hoc loco: εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ——· ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν.

EPISTOLÆ MARKLANDI AD D'ORVILLIUM

EX AUTOGRAPHIS DESCRIPTÆ.

SIR,

YOUR civility to me at Amsterdam encourages me to ask a farther favour of you. You were mentioning a MS. Propertius which you have; if I do not ask a thing that is unreasonable or inconvenient to you, I should be very glad to have the collation of it, which I would take myself, if you durst trust it with me here; or if not, wherever else you think proper. You seemed to think that it is of no great value: it is possible it may be very modern, and yet taken from a good copy: such a one is Dr. Mead's, the collation of which my friend Mr. Wasse gave me; which, though it be of a very modern date, yet there are some things in it which I have not seen observed in any other MSS. For instance; in that passage, I. 3. vers. ult.

Illa fuit lacrimis ultima cura *meis:*

You know Heinsius conjectured *ultima meta*; the MS. has *ultima metu*; which plainly confirms Heinsius's emendation. So again II. 1.

Non hæc Calliope, non hæc mihi cantat *Apollo.*

I had long ago conjectured, *non hæc mihì* dictat *Apollo*, and had determined (perhaps too boldly) to put it into my text; remembering that other passage of Propertius,

Tum mihi pauca suo de carmine dictat *Apollo;*

and that of Horace,

Fronde caput vincti cenant (l. *certànt*) *et carmina* dictant;

and many others where the same phrase is used. It was a great pleasure to me to find my conjecture established by this MS. which has plainly *dictat Apollo.* Once more: in the same Elegy, v. 5.

Sive togis *illam fulgentem incedere* Cois:

You know what a great variety of readings there is in the MSS.; but Dr. Mead's has, (if I remember right, for I have not the collation here,)

Sive illam Cois *fulgentem incederè* togis,

and in the margin *tectis:* which easily leads to the true reading,

Sive illam Cois fulgentem incedere textis.

Texta, you know, are *vestes. Nocturno relegens* texta *diurna dolo,* as he says in another place, and so do other authors, whose testimonies I have observed in my margin: in another place, IV. 5. he uses the word *textura,* speaking of the same thing,

Eurypylique placet Coæ textura *Minervæ.*

Pardon the liberty I take in being thus impertinent: but I mention these places to shew my opinion, that modern MSS. often help us out where more ancient ones leave us in the dark. For this reason I shall take it as a singular favour, if you will think fit to let me have the use of it here: if not, I shall be far from taking it ill that you deny me it. In hopes of seeing you soon at the Hague, I am, Sir,

Your most obedient humble Servant,

Hague, Aug. 1, 1732. JER. MARKLAND.

Eruditissimo et Humanissimo Viro J. P. Dorvillio S. D. Jer. Marklandus.

Remitto tibi, Vir præstantissime, Codicem tuum Propertii, cujus usuram tam libenter et humaniter mihi indulseras. Quam utilis mihi fuit, ostendet exemplar meum, quod una cum eo mitto, his proximis diebus Hagæ comparatum; vitiosissimum quidem illud, sed cujus margini, ut fit, conjecturas meas, et explicationes aliquot otiosus, et propemodum sine libris adleveram. Duo alia exemplaria habeo, in quorum oris probationes conjecturarum et explicationes singulorum fere versuum adnotavi. Utinam hæc ad manus fuissent! multo plura et potiora tibi misissem. Nunc (quoniam melitissimo nostro poeta te delectari innuis) stricturas has fidei tuæ committo: enixe a te petens, ut cum nemine communices hæc ossa carnibus suis nuda; et, ut tuo tempore et commodo, in Angliam mihi remittas hoc exemplar, quoniam annotationes quæ inibi sunt, non alibi transcriptas habeo: quas tamen ut in Propertium tuum transferas, si lubet, et si tanti putes, juris tui facio.

De Marginalibus Viri Docti Observationibus quod scribis, gratias tibi ago. Æquum tamen puto ut rem tuo judicio permittam, quippe cum totus iste exscribendi labor tuus futurus sit. Si igitur tanti tibi videbuntur Observationes istæ, mihi quoque certe videbuntur, et gra-

tum mihi feceris si eas mihi transmiseris: sin minus, et tempori et labori tuo consulas.

Conjecturam tuam Lib. III. El. XVII.

Tondens purpuream, regna paterna, comam,

libenter vidi. Certissimam emendationem appellassem, nisi diu fuisset quod eam in margine meo (si qua fides) habeo. Græci quidem dicerent, κείρειν τὴν βασίλειαν τοῦ πατρὸς αὐτῇ τῇ κόμῃ, pro σὺν αὐτῇ τῇ κόμῃ: nec dubito quin Propertius (qui Græcus est poëta potius quam Latinus) ad eorum normam, data occasione, ita locutus fuisset. Sed si retineamus *purpurea coma*, necesse erit ut construamus *tondens regna*, quod omne ferrum duritie superat. Certissimam igitur puto tuam correctionem. De Amici tui mutatione, *Minoæ figuræ*, dubito: propter istud Lib. I. El. 2.

Teque peregrinis vendere muneribus:

quod eodem (et elegantissimo quidem) modo dictum videtur, et, nisi fallor, casu sexto.

Salivam mihi movisti ex eo quod Amstelædami mihi retulisti: esse scil. in Anthologia Græca inedita Epigrammata aliquot (præter Salmasianum istud,) quæ Propertius in Elegias suas transtulerit. Si quid hujusmodi observaveris, oro te ut mihi notum feceris. Est, nisi fallor, in Anglia exemplar unum (ad minimum) hujus Anthologiæ: scisne ubi, aut penes quem? si enim invenero, totam avidissime percurram.

Cogor in Angliam ante destinatum tempus reverti. Ratio valetudinis meæ, quæ, ut nunquam optima, ita nunc incertissima est, hoc postulat. Dolet sane, quod ante expectatum abreptus doctissimos viros Burmannum et Drakenborchium insalutatos relinquo: proxima tamen æstate, si nihil improvisum se objiciat, hoc facere destino. Interea, vale, Vir ornatissime, et me tibi obligatissimum ex animo potius quam ex verbis æstima.

Dabam Hagæ Comitum,
VII. Kal. Septembr. MDCCXXXII.

Quantum vero me beas de codice illo Guelferbytano! modo ne sit Codex iste Groninganus, quem olim tam accurate contulit Cl. Broukhusius: quod te suspicatum esse mihi dixisti. Si quid mihi in Angliam destinaveris, ita inscribendæ erunt tuæ literæ: *To Mr. Markland, at Mrs. Strode's House in Cavendish Square, London, Angleterre.*

Clarissimo doctissimoque Viro J. P. D'Orvillio S. P. D. Jer. Marklandus.

Pauci tantum dies elapsi sunt V. C. ex quo literas tuas Kal. Decemb. Amstelædami datas, et simul schedas Propertianas, et exemplar Miscell. Critic. rure positus accepi: ob quæ omnia grates quam maximas tibi ago; dolens literas tuas menses tres absumsisse in transeundo fretum istud quod nos distinet, paucarum horarum negotium: quippe vix ante Idus Martias venerunt in manus Amici mei, nisi tamen is admonere neglexerit me rusticantem, et ultra C. M. pass. a Londino distantem; nam de superiore fasciculo, quem memoras, ne verbo quidem inaudivi; nec quo modo interciderit possum conjicere, aut ad indagandum illum, quo me vertam, scio. Forte tu mihi subvenire in hac parte poteris, si in memoriam possis revocare cui illum mandaveris. Interim, nisi nimis molestus sum, rogo me certiorem facias de eo quod in isto fasciculo continebatur. Pars solatii erit saltem rescivisse quantum perdiderim.

Adnotationes tuas in Propertium, et eruditorum Vestrorum Miscellanea summa cum voluptate perlegi; opus plenum optimo judicio et eruditione. Nescio quidem quibus observationes istas debeamus: nisi tamen me fallit conjectura, agnosco manum Cl. Burmanni in Latinis, et in Græcis P. Wesselingii. Quorumcumque sunt, dignas puto eo Nomine quod inter eruditos Vos Batavi ex renatis Literis semper tenuistis.

Ecce iterum grates ob specimen collationis Cod. Guelferbytani: quem non eundem esse cum Groning. video et gaudeo. A conjectura mea in Propertio *ulva* pro *unda*, recte et bono judicio dissentis. Abjectus *Tiberina unda*, est *juxta* undam Tiberinam, ut alibi lib. IV.

Lucus erat fœlix hederoso consitus antro

est, *juxta* antrum. Locutio tamen mira videtur, quales multæ Propertianæ. Alia etiam hujus loci interpretatio esse potest, cujus in Notis meis mentionem faciam. Vale Vir eruditissime, et si quid tibi volupe efficere potero, credas velim non intra verba staturum esse meum demerendi tui studium et voluntatem.

Dabam Non. April. MDCCXXXII.

Viro doctissimo J. P. D'Orville S. P. D. Jer. Marklandus.

Paucis abhinc diebus Literas tuas accepi, Vir Clarissime, et simul munus gratissimum, ut in scriptionis genere quod raro admodum se mihi probat, *Vannum Criticam.* Et de judicio recto, atque eruditione (eximia ea quidem, nec protrita) quæ per totum opus elucent, nihil dicam: neque enim ab hac maxime parte Liber tuus mihi censetur: Virtutem et Humanitatem istam tuam amo, quarum propositum est depravatum Hominis Animum corrigere, et simul patrocinari defunctis Heroibus, quorum rogis insultaverat et ossa calcaverat Sacrilegus. Honestissimæ quidem caussæ, et ingenuo atque erudito viro dignissimæ. Tibi igitur non pœnitendam clientelam devinxisti, omnes qui literas vel amant vel colunt; imo potius, omnes quibus humanitatis aliquid superest. Contra enim hujusmodi grassatores quivis Homo miles est. Nugas quidem ridemus: Malignitatem vero execramur. Simias ferimus, interdum et iis oblectamur: Viperæ fustibus et saxis, ab omnibus, et nunquam non, excipiendæ. Ita censebunt omnes Ingenui et bene morati, nec metuent; ne, dum ita censent, sibi obcrocitent centum pavones, vel tota grex absona de corte Junonia.

Quod de rebus meis scire aves, amice facis. Scito itaque, me frui otio, altissimo quidem, crebris tamen adversæ valetudinis vicibus distincto. *Reverendi* Titulus, qua me infula decorasti, ad me non attinet: neque unquam, opinor, attinebit. Studium quidem nonnullum posueram in legendo Novi Fœderis contextu. Hoc, aliter acceptum, ad Te, ab iis qui me noruut, vel non norunt, delatum reor. Conjecturæ meæ in Lysiam cum editione D. Taylor, qui tibi, opinor, non ignotus est, prodibunt.

Multum quæsivi, nec, distractis cunctis exemplaribus, possum adhuc comparare *Criticen,* poëma a Te, an a fratre tuo, scriptum. Dicor inibi, indiciis satis claris, acriter exagitatus, et locutionibus parum civilibus exceptus. Hæc, an ita se habeant, nescio: nec credam antequam videro: et postquam videro, ut maxime ita se habeant, condonabo.

Non ita pridem audivi Cl. Oudendorpium vestrum parare ἔκδοσιν Apuleii. Si tibi cum illo amicitiæ usus intercedat, notum illi facias rogo, penes me esse Varias Lectiones quasdam in Lib. primum Metam. et partem secundi, et undecimum integrum: quas descripsi ex

exemplari D. Richardsoni, nuper præfecti Coll. Petrensis Cantabrigiæ, qui eatenus cum Codice (quis iste, vel unde, non innuitur) contulerat. Habeo quoque aliqua inedita Casauboni in Apologiam, quæ permissu D. Bentleii, exscripsi ex margine exemplaris quod Bibliothecæ regiæ donaverat, vel legaverat, Casaubonus. Hæc cum nonnullis conjecturis meis hic illic sparsis, si tanti putet Cl. Vir. data occasione, lubenter transmittam. Vale Vir Doctissime et scribe me tui gregis.

Londini prid. Kal. Sept. MDCCXXXVII.

Viro Clarissimo J. Ph. D'Orville S. D. Jer. Marklandus.

LITERAS tuas XIII Junii datas Amstelæd. heri accepi, mihi tandem huc transmissas. Unde tam sero, inquis. Nescio quidem, et moleste fero. Brevi subsequentur Chartæ: quibus perlectis, majores tibi gratias habiturus sum, quam maximas interim agens propter benevolentiam erga me tuam, cujus recordatio mihi jucundissima est.

Fasciculum quoque alterum, quem memoras, pridem accepi, una cum literis tuis, et *Critice*, luculento poëmate fratris tui doctissimi: cui, quod tam strenue patrocinatus es, pietatem et φιλαδελφίαν tuam amavi. Sed sane, quod ad me attinet, longe abest ut ullius defensoris indigeat Vir Clarissimus. Cum enim tam penitus animo infixum habeat Virgilii Æneida esse perfectum opus, grates potius a me illi agendæ fuerant quod tam leniter egerit mecum, qui, uti scis, in alia omnia eo.

Miror unde ortum habuerit inanis iste rumor Lipsiensis de suppresso Cl. Taylori tui Lysia, qui Vertumnum jam spectat, intra paucos dies in publicum proditurus. Conjecturæ meæ typis absolutæ fuerunt usque ab initio Januarii proxime elapsi. Sed moram editioni injecit Dion. Halicarnassensis *Judicium de Lysia,* quod Orationibus præmittitur. Exemplar, prima quæ sese obtulerit occasione, tibi, opinor, missurus est Cl. Editor, una cum conjecturis meis, quas, peto, meo nomine accipias: et, dum legis, oro te ut judicium subtile istud tuum paullisper obtusius geras. Ni faxis, ἄμμες ἀπωλόμεθα.

Dudum scis, opinor, sub prelo esse Max. Tyrium, ex curis secundis Cl. Davisii τοῦ μακαρίτου, impensis Virorum aliquot nobilium et Illus-

trium qui societatem *promovendæ Rei Literariæ* inierunt. Nescio an symbolam huic Editioni collaturus sim. Deterrent me, præter innumera menda in contextu, tot lacunæ quibus hiat Maximus, prout ex ipsa Argumentatione liquido apparet, et quibus animum advertisse non videtur Cl. Davisius in priore editione. Nescio quid in hac præstiturus sit. Notastine unquam in legendo isto Auctore mirum exemplum incuriæ magni Dan. Heinsii (Dissert. XL. p. 417. ed. Davis.) in cujus Versione hæc leguntur: "Primi mortalium, cum inventæ "nondum essent naves—avem forte fortuna e cælo delapsam vide-"runt, quæ aquis innataret, aut aliquid e *navi* delapsum, quod in "summis fluctibus *subsideret*." Nonne hoc mirum est, aliquid e *navi* delapsum, cum in eadem sententia *nondum inventæ essent naves*? æque mirum Heinsium non vidisse pro φόϱτον legendum esse φοϱυτόν. vide Hesychium. Dolet quod elegans hæc, sed vaga versio (vel paraphrasis potius) Heinsii in hac nitida Edit. servabitur. Mihi nequaquam placent hujusmodi Excursus magis quam Versiones, qui ingenium interpretis quidem demonstrant, sensum Auctoris incertum et obscurum, ne dicam *intactum* aliquando, immo sæpissime, relinquunt. Non dubito quin idem censeas Tu.

Paratur quoque, uti me nuper certiorem fecerunt Cl. Taylorus et Tho. Bentleius, accurata et splendida Æschyli editio, ex Codd. Mediceis, cum integro Is. Casauboni Commentario in Agamemnonem, hactenus inedito: et reliquis Stanleii ex Bibliotheca Regia Cantabrigiensi. Quis hanc provinciam suscepturus sit, non adhuc scio; monui tamen ut ad te recurreretur, qui egregia, nisi fallerer, in hanc rem adminicula præstare posses, si velles quoque. Recepi etiam in me de hac re ad te scribere, si vir aliquis notæ Eruditionis, tibi forte minus cognitus, huic operi præficiatur.

Apposite ad hoc ultimum quod dixi de viro *notæ eruditionis*, in mentem venit quoddam in quo Amicitia tua mihi forte usui esse possit. Res ita se habet: Scripsi nuper ad Gul. Smith Amstel. bibliopolam, penes me esse Lucianum edit. Græv. in cujus marginibus multas conjecturas per totum opus diversis temporibus adpinxeram: has, si volupe foret Cl. Hemsterhusio, me illi transmissurum, sicut erant, cum ipsis exemplaribus. Rescripsit D. Smith (quas literas eodem die quo has tuas accepi) cl. Hemst. ab incœpto dudum destitisse; successorem vero in pertexenda editione nactum esse virum imprimis eruditum et industrium. Se vero obnixe petere ut exemplaria sine mora mitte-

rem. Longe diversa res est, inquam: neque enim Luciani *Editori* cuilibet, sed *Hemsterhusio* ista promiseram, cujus eruditio et ingenium mihi perspecta sunt. Neque adeo stultus sum ut putem Hemsterhusium auxilio cujuspiam indigere; sed interdum κηπουρὸς ἀνὴρ, ut scis: et ex diversis conjecturis ad Veritatem via sternitur. Quin et ὑπομνήματα nuda, sine Rationibus aut ullis explicationibus, sæpe subjeceram: quæ Ille facile intellexisset, et, si proba, explicasset: alius forte non ita. Neque hæc nunc dico ideo quia suspecta mihi sint ingenium et eruditio successoris, sed quia ignota. Fieri potest ut ipso Hemsterhusio doctior sit: fieri potest ut ex eorum numero sit qui perdendis bonis Scriptoribus operam Bibliopolis locant: a quorum hominum notitia et commercio quam longissime fugerem. Quare, nisi iniquum videar postulare, (et sane, si ita mihi videretur, nequaquam postulassem) hoc a Te peto, ut si Vir prædictus, sit ex Amicis tuis, vel notis &c. me certiorem facias: sin, ut Literis quam primum commodo tuo possis ad me datis, de eo omnino sileas. Non possum mollius agere: neque quisquam Vir probus hanc cunctationem et ἀσφάλειαν jure mihi vitio verterit. D. Smith non rescribam antequam tuas accepero.

En tibi conjecturam unam alteramve in Lucianum. P. 492. T. II. ed. Græv. initio fere Navig. ἅπαντες γὰρ αὐτοῖς οἱ ἐλεύθεροι ἀναπλέκονται. ἔς τε πρὸς τὸ ἐφηβικὸν ἐν Παλλήνῃ. οἱ πρόγονοι ἡμῶν, οἷς ἐδόκει καλὸν &c. Ita legitur et distinguitur; nisi quod Interpres tollit plenam στιγμὴν post Παλλήνῃ. Tu vero qui Historiam Græcam calles, nostine quinam sint hi *majores* Atheniensium in *Pallene*, seu *Pallenenses*? Leges, sat scio mecum,—ἀναπλέκονται ἔς τε πρὸς τὸ ἐφηβικόν· ἔμπαλιν ἢ οἱ πρόγονοι ἡμῶν, οἷς ἐδόκει καλὸν εἶναι κομᾷν τοὺς γέροντας &c. *contra quam majores nostri* &c. Ægyptii, inquit, *pueri* nobiles comam religant, etiam ad puberem ætatem usque: contra, nostri *senes* hoc olim faciebant. Nota res ex Thucyd. lib. I. initio. ἔμπαλιν ἢ οἱ πρόγονοι, ut Hermot. p. 551. T. I. ἔμπαλιν ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πίθος. et p. 570. ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρύσιππος. Vide et p. 462. Versu præcedenti pro Αἰγυπτίας scribendum opinor Αἰγυπτίοις.

Iterum Adv. Indoct. p. 389. καί τοι τὸ τῶν μυσῶν τοῦτο, διὰ πάντων τὸ πρᾶγμα ἦν. εἶδον γὰρ καὶ τὴν τοῦ Πύῤῥου εἰκόνα, καὶ ὅμως ἐπέπειστο &c. Loquitur de rege Pyrrho, cui persuaserant adulatores, se vultu similem esse Alex. Magno. Sed Dæmonium sit oportet, qui aut Græca aut Latina intellexerit. Lego: καί τοι τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, τὸ πρᾶγμα ἦν· (εἶδον γὰρ καὶ τὴν τοῦ Πύῤῥου εἰκόνα·) καὶ ὅμως &c. atqui, inquit, quam maxima discrepantia et dissimilitudo erat inter vultus

Alexandri et Pyrrhi: (sciens dico, utpote qui utriusque imagines viderim) et tamen &c. Sic T. I. p. 18. *ὥστε τὸ μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, εἶναι τὴν ἁρμονίαν*, &c. et p. 490. *εὑρήσεις γὰρ τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, τὸ πρᾶγμα.* et p. 605. *καὶ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, ἐστὶ πρὸς ἄλληλα.* Omitto alios Auctores.

Rursus T. I. p. 639. *ἢ πολιορκίας σχῆμα* (l. *χρῆμα*) *δηλώσας, ἀναγκαῖον καὶ χρειῶδες ὂν, ἢ ἔτι πόλεων σχῆμα, ἢ Συρακουσίων λιμένα.* Vox *Συρακουσίων* (vel *Συρακουσῶν*) redarguit frigidum istud et vagum *ἔτι πόλεων*, et monstrat proprium nomen loci delitescere. Non inspexi Thucydidem, qui mihi ad manus non fuit ex quo in conjecturam sequentem inciderim: sed quovis pignore ausim contendere Lucianum scripsisse *Ἐπιπολῶν σχῆμα*, et allusisse ad Thucydideam istius loci descriptionem. Supra quoque p. 629. meminit *τοῦ ἐν ταῖς Ἐπιπολαῖς παρατειχίσματος.* Conjeceram quoque *χρῆμα* pro *σχῆμα*: sed occupaverat ex MS. Grævius.

Crede mihi, vir doctissime, nec dubito quin tu probe cognitum habeas, Lucianum adhuc esse corruptissimum, etiam post Magnum Grævium. Et tamen memini me olim audivisse cl. Bentleium dicentem, Grævium maximam partem mendorum emaculavisse. Ego persuasum habeo ne quartam partem abstulisse; quo magis doleo elapsum esse ex manibus Doctissimi Hemsterhusii.

Post tot seria, en rem tibi ridiculam! Apographum epistolæ cujusdam quam anno proxime elapso ad Te scripseram, forte præter morem meum servaveram. Nuper in eam conjectis oculis occurrebat importunum illud et *κακόζηλον tota* grex. Ridebam: quid enim aliud facerem? Peto igitur, ut, nisi dudum Veneris marito eam epistolam donaveris, ocyus inspicias: et, si Pavones meos Fœmininos illic inveneris, arrepto calamo, sexum mutes et misellos hos *θλαδίας* in integram virilitatem postliminio restituas: ne ego, qui *totum* gregem uno ictu emasculavi, ipse ad verveces ableger.

In hac urbe me hiematurum arbitror. Si locum mutavero, reddam te certiorem. Interea literas tuas sic inscribas, *To Mr. Markland, at Mr. Gater's, an Apothecary in Winchester, Hampshire.* Vale, Vir Clarissime, et simplicitatem hujus epistolæ si non amas, ignoscas saltem longitudini.

Wintonæ, Nov. XXIV. MDCCXXXVIII.

Necdum finitus Orestes. Quæro a te, quem puto Græcæ linguæ esse peritissimum, an unquam observaveris Infinitivum Aorist. 1. usurpatum pro Infinitivo Futuri. Ex gr. *Dico me hoc facturum esse*, an

Græce verti possit, *λέγω ἐμὲ τοῦτο ποιῆσαι*, pro *ποιήσειν*, vel *ἂν ποιεῖν*, vel *ἂν ποιῆσαι*. [a] Nonnulla exempla video in Lysia, et protuli aliquot ex aliis scriptoribus, et Joan. XXI. 25. Sed ex circumstantiis, aut Græcæ linguæ genio, omnia ista suspicor vel mutari debere in *σειν*, vel *σεσθαι* (si Media sint :) vel deesse *ἂν* ante Infin. Aoristi primi. Si quid in hanc rem unquam notaveris, peto certiorem me facias. Iterum vale.

[a] Obs. Miscell. Vol. IV. T. II. p. 286. *Dorville.*

INDEX
AUCTORUM VETERUM
EMENDATORUM VEL EXPLICATORUM
NECNON
ALIARUM RERUM MEMORABILIUM
IN
NOTIS AD SUPPLICES &c. &c.

F.

Z.

H.

I.

K. C.

Λ.

M.

P.

Σ.

T.

Υ.

Φ.

X.

Ψ.

Ω.